BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 G
9

13 H 7 59

TRACTATVS TRES VERGINII DE BOCCATIIS A' CINGVLO I. V. C. ROM.

De Cenſibus ſuper conſtitutionibus Pij Quinti, Martini, & Caliſti.
De Societatibus officiorum, iuxta conſuetudinem Romanæ Curiæ.
Et de Pactis & promiſſionibus, cum declaratione conſtitutionum Bonifacij VIII. & Gregorij XIII.

SVPERIORVM PERMISSV.



ROMÆ, IN ÆDIBVS POPVLI ROMANI.

APVD GEORGIVM FERRARIVM.

M. D. LXXXX.

SANCTISSIMO D. N. SISTO PAPAE QVINTO

IESV CHRISTI IN TERRIS VICARIO ET PONT. MAXIMO.

PAter Sanctiſſime, non deſiſtis gregis vniuerſalis catholicæ Eccleſiæ tibi a Deo commiſſi in omni mundi parte diligentem curam adhibere, illique contra hæreticos, & infideles auxilium & conſilium, verbo, & opere præbere; & Reges & alios ad id faciẽdum hortaris, opus ſane religioſum & catholicũ. In vrbe, qua ſedes eſt Apoſtolica, beati Petri Eccleſiã mirabili celeritate perficiſti, & ſancti Ioannis Lateranenſis Eccleſiã breui tempore honorabili Palatio ornaſti, vnà cum Obeliſco ante illius fores, cum ſigno ſanctiſſimę Crucis: & Scalam ſanctam ad Orientem verſus eccleſiam Saluatoris (vbi multæ Sanctorum reliquiæ conſeruantur, pro maiori fidelium orantium deuotione) ponere feciſti. In Eccleſia S. Mariæ Maioris, vbi Præſepium Domini conſeruatur, illuſtrem & ornatam Baſilicam facere curaſti, & pariter ante dictam Eccleſiam Obeliſcum cum Cruce ponere mandaſti. Eccleſiam ſancti Hieronymi prope Ripam Tiberis breuiſſimo tempore perficere feciſti. Et ante Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populo Obeliſcum in Circo Maximo fractum & abſconditum, reſtaurari, & ponere pariter cum ſigno Crucis iuſſiſti. In Vaticano vltra


perfectionem Eccleſiæ ſancti Petri, & Palatij Apoſtolici, & Obeliſcum etiam cum ſigno Crucis in eius Platea poſitum, Bibliothecã librorum, canonum, conciliorum, & conſtitutionum ſummorum Pontificum, ornatu maximo a fundamentis feciſti. Super columnis Traiani & Antonini, quas ornare, & ad primum ſtatum reducere, & reſtaurare iuſſiſti, ſtatuas æneas SS. Petri & Pauli (qui columnæ Eccleſiæ ſunt) poni pariter voluiſti. Aquam Felicem in Mõte Quirinali, & Capitolino, & per vrbẽ breui tempore, conduxiſti. Vias planas & rectas inter montes & valles ab eccleſia S. Ioannis Lateran. vſque ad eccleſiam ſanctiſs. Trinitatis montium (quod antiqui facere nõ cogitarunt) duxiſti: in quibus viis & montibus altera Roma à Populo Romano ædificatur. Iuſtitia erigitur, veritas elucefcit, Religio ſplendet & exaltatur. Ob id cum annis elapſis, ne tempus ſine linea tranſiret, conſtitutiones ſummorum Pontificum de cenſibus Martini, Caliſti, & Pij V. declarare conſtitueram, eo quia quamplures in eorum opinionibus fundati, ſpreta illarum forma conſulebant cenſus fieri poſſe alio modo, quam in dictis cõſtitutionibus ſtatuitur. Et ſimili modo conſuetudinem ſuper ſocietatibus officiorum Romanæ Curiæ declarare, manutenere, & ſubſtinere conatus ſum, contra illos, qui ſocietatem officiorum indies faciebant, quærentes eandem immemorabilem tollere conſuetudinem. Et tandem quia nonnulli quando de eorum cauſis pendentibus apud ſedem Apoſtolicam, & quas mediante iuſtitia obtinere non poterant, pacta, & promiſſiones de rebus in iudicio deductis in caſu victoriæ litis diuerſis perſonis, tam in curia, quàm extra exiſtentibus faciebant etiam per publica inſtrumenta, contra conſtitutionem Bonifacij, vel cum fauoribus omnia corrumpebant, contra conſtitutionem Gregorij, & his artibus auferebant bona pupillis, & piis locis; ideo prefatas conſtitutiones declarare nixus

ſum,

ſum , & in tres tractatus omnia ſupradicta diſpoſui. primum ſcilicet de Cenſibus, ſecundum de Societatibus officiorum, tertium de Pactis & promiſſionibus nominaui.quos omnes S. V. dicaui,ne Conſtitutiones ſummorũ pontificum & conſuetudines immemorabiles ita ſalubres pro anima & corpore iſtis artibus tollerentur. Quare humiliter ſupplico S. V. vt eos,quales ſint,ſuſcipere velit, & me & illos à morſibus maleuolorũ defendat & tueatur & amet. & Deus omnipotens feliciſſimè & longo tempore S.V.conſeruet, cúm omni gloria aduerſus omnes hæreſes mundi. Vale.

S.V.humiliſs. ſeruus

Vergiriꝰ de Boccatiꝰ



ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.
D. ALEXANDRO PERETTO
CARD. DE MONTE ALTO

S.R.E. VICECANCELLARIO, PRÆPOSITO regimini totius ſtatus Eccleſiaſtici in Conſulta, Summatori S.D.N. Siſti V. & Legato Bonon. Domino ſuo colendiſſimo.

VERGINIVS DE BOCCATIIS A' CINGVLO.

QVoniam in actionibus virtus conſiſtit, ex quibus vir præſertim Illuſtriſsimus exaltatur, & in dies creſcit: nam aliàs S.D.N. Siſtus V. & auunculus magnus tuus, regimen totius ſtatus Eccleſiaſtici in Conſulta, in qua viri Illuſtriſsimi, & Reuerendiſs. & clariſsimi omni virtutum genere, poſiti ſunt, tibi ſoli commiſiſſet, in quo cum omni diligentia, cura, & ſolicitudine, fide ac integritate, prudentia, iuſtitia, & veritate ita te geſsiſti, quòd incitaſti S.S. vt etiam gubernium Ciuitatis Bononiæ nobiliſsimæ inter alias ciuitates ſtatus Eccleſiaſtici etiam tibi ſoli concederet, ac tandem officium Vicecancellarij, quod primum poſt S.D.N. Papam in adminiſtratione iuſtitiæ in vrbe Roma, & in orbe exiſtit, occurrente illius vacatione, tibi tradidit atque conceſsit: ad cuius officium pertinet, cura, gubernatio, & directio audientiæ RR. PP. DD. Auditorum ſacri Palatij Apoſtolici, quod eſt ſupremum tribunal iuſtitiæ totius orbis Chriſtianorum, & inuigilare circa litteras Apoſtolicas, quæ ſuper gratiis factis à ſummis Pontificibus pro tempore in Cancellaria

cellaria

cellaria Apoſtolica expediuntur, vt dictæ litteræ legitimè expediantur, & omnis dolus & malitia ab eis repellatur, & vt officiales præpoſiti in Cancellaria ſint fideles, & diligentes in taxandis & expediendis litteris tam dictis, & poteſtatem habes committendi omnes cauſas quæ ſunt de communi iuſtitia ad curiam deuolutas quibuſuis iudicibus eiuſdem curiæ eo modo, quo tibi placuerit, & alias ampliſſimas facultates tam ſuper regulis Cancellariæ, quàm in publicatione canonum & conſtitutionum conciliorum, & ſummorum Pontificum pro tempore, quas omnes recenſere non eſt neceſſarium, cum nota ſint Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. tuæ, ob id in gubernio poſt ſummũ Pontificẽ Maximus exiſtis: licet humilitatis cauſa te Uicecancellariũ appelles. Et quoniã aliàs paruulum tractatum de remiſſoriis, vel dilationibus Illuſtriſſ D. tuæ dicaui, de iſtis tribus paruulis tractatibus dicto S. D. N. Siſto Papæ dicatis, tibi ſoli hunc paruulum de Societatibus officiorum Rom. Cur. cum ſit materia noua, & nullus ſuper ea particulariter ſcripſerit, & non adſint ſuper eis conſtitutiones Pontificũ, ſed ſolum ſtylus & conſuetudo Ro. Curiæ propterea in eo conficiendo multum laboraui, quos labores quales ſint tibi etiam dirigere conſtitui, eoſque libenti animo ſuſcipe, & me, ac libellum hunc aduerſus detractores defendas, & tuearis, & vt ſoles fideliſſimos ſeruos tuos ames. D.N. Ieſus Chriſtus det Illuſtriſſ. D. tuæ felicitatem, & longam vitam. Uale.

VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I. C. ROMANI

TRACTATVS DE CENSIBVS

SVPER CONSTITVTIONE PII V. MARTINI, CALISTI, ET NICOLAI.

Diuiſus in tres partes

In Prima declaratur textus Conſtitutionis Pij V.
In Secunda ſoluuntur multæ quæſtiones.
In Tertia declarantur Conſtitutiones Martini, Caliſti, & Pij.

Rubrica Conſtitutionis Pij V. ſuper forma creandi cenſus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

TEXTVS.

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe,& in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verum etiam, quod deterius eſt, contrariis omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ ſtimulum,legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt; non potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes,& piarum mentiũ petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo letiferoque veneno, ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſuum, ſeu

annuum redditũ creari cõſtituive nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum, niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio, ſolutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus: Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam: quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſum debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambiũ, ſeu certas expẽſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodẽ contractu, ſeu aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint & nulla: immo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus temporis præſentis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire: Sed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante etiam longiſſimi temporis, ac immemorabili: immo centum & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directe vel indirecte talem facultatem auferentibus: quibuſcunque verbis aut clauſulis concepta ſint. Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, Volumus per bimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe: & vbi pretium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur; volumus nihilominus quandocunque redditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuncia, de qua ſupra, non obſtantibus his, de quibus ſupra: idq; obſeruari mãdamus etiam quòd pluries, ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſequutus fuiſſet. Pacta etiam continentia pretium

cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus. Contractusque ſub alia forma poſthac celebrandos, feneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſſe, vel tacite, contra hæc noſtra mādata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri, & licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus; illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubiiciant, & animarum ſaluti cōſulant. Nō obſt. quibuſuis cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, & litteris, etiam per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcunq; tenoribus & formis, ac cum clauſulis quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex quauis cauſa, etiam per modum legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis ſiue in fauorem Vniuerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directe vel indirecte præſenti noſtræ conſtitutioni in toto vel in parte contrairent, ſpecialiter & expreſſe derogamus: cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentes in Cancellaria, & in acie Cāpi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones Extrauagantes perpetuo valituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri; volumus, & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur. &c. Nulli ergo, &c. Siquis autem, &c. Dat. &c. 1568.

SUMMARIUM PRIMAE PARTIS.

1 FOrma creandi cenſus ſumitur ex Rubrica conſtitutionis Pij V.

2 De forma eſt, vt conſtituatur in re immobili, fructifera, et certis finibus deſignata. nu. 3. & 4.

3 Fructifera res, quæ dicatur.

4 Super immobili re fructifera, & certis finibus deſignata, cēſus conſtitui debet

5 De forma eſt, vt numeretur pecunia in contractu cenſus.
6 De forma eſt, vt non fiant ſolutiones anticipatæ.
7 Eſt de forma, non fieri conuentiones, vt quis non obligetur ad caſus fortuitos.
8 De forma eſt, quod non adſit pactum impediens rei alienationem.
8 Pactum auferens facultatem vendendi, eſt ſublatum.
8 In venditione rei cẽſuatæ præfertur cenſuariis aliis.
8 Forma ſeruanda quando venditur res cenſui ſubiecta.
8 Emptor cenſus præfertur in venditione aliis.
9 Pactum redimendi cenſum debet eſſe perpetuum.
9 De forma eſt, quod non fiant certa pacta, & quæ.
10 Pactum redimendi in totũ, vel pro parte, in tribus conſtitutionibus continetur.
10 Eſt contra formam, facere cenſus de cenſibus.
11 Eſt contra formam facere pactum, vt quis ſuſcipiat onera, ad quæ de iure non tenetur.
11 Venditores inuiti cogi non poſſunt ad redimendum cenſum.
12 De forma eſt, quod pereat vtrique, & non vni.
13 De forma eſt, quod poſſit cenſus pro eodem pretio extingui.
13 Redimi cẽſus poteſt in totum vel in parte, & quomodo. & nu. 14.
14 Scripturam, qui dicit factã eſſe de cenſu, quid ſignificet.
14 Solutiones cenſuum non poſſunt anticipate fieri.
15 Forma in retrouenditione cenſus.
15 Forma etiã datur in retrouẽditione cenſus, quæ pariter eſt ſeruanda.
15 Venditio rei ſuper qua cenſus impoſitus eſt, debet intimari emptori cenſus.
16 Contractus cenſus, quomodo formari debet.
16 De forma eſt, quod non fiant pacta, quod pretium emptor aliquo caſu repetere poſſit ex pacto.
17 Cenſus quid ſit.
17 Cenſus conſtitutione, quæ forma ſit ſeruanda vt ſint liciti.
17 De forma contractus cenſus quot caſus numerantur.
17 Forma ſi nõ ſeruetur, cõtractus eſt nullus
18 Cenſus ſuper perſona conſtitui non poteſt hodie, contra doctores antiquos.
19 Perempta re, an cenſus ſolui debeant per venditorẽ rei peremptæ & nu. 28
20 Fortuitis caſibus in contractu cenſus renunciari non poteſt.
21 Cenſus primo aſſignatur ſuper re, poſtea venditur, & forma venditionis.
22 Cenſus emptus pecunia differt a cenſu reſeruatiuo.
22 Hypotheca, quæ ponitur ſuper contractu cenſus, cuius ſit naturæ.
23 Cenſuarius an pro ſolutione cenſus agere poſſit contra venditorem cenſus etiam vendita re ſuper qua eſt cenſus impoſitus.
24 Intimari non debet retrouenditionem faciendam venditor cenſus, emptori cenſus.
24 Venditor cenſus debet intimari emptori venditionem rei, ſuper qua impoſitus eſt cenſus.
25 Venditor cenſus quãdo poſſit emptorem exceptione excludere ſuper ſolutione cenſus.
26 Emptor cenſus poteſt cogere emptorem rei, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, vt recognoſcat ipſum in cenſuarium.
27 Cenſus conſtitui debet ſuper re principaliter, non ſuper perſona iuxta conſtitutiones Pontificum.
28 Emptor cenſus emit cenſum & ipſam rem ita vt perẽpta re perimat cẽſus.
29 Cenſus emptus ſuper tribus prædiis, quæ

quæ fuerunt diſtracta a venditore, an cenſus poſſit exigi a quolibet inſolidum. & nu. 50.

31 *Hypothecaria qualiter agi poſſit quando cenſus impoſitus eſt ſuper pluribus rebus.*

32 *Pactum redimendi tolli non poteſt pacto & præſcriptione.*

32 *Præſcribi non poteſt pactũ redimendi, & quare.*

33 *Pacta contraria tollentia pactum redimendi, ſunt ſublata ex conſtitutione Pij V.*

34 *Pretium cenſus ſemel conſtitutum non poteſt augeri nec minui.*

35 *Pretium iuſtum cenſus quod ſit.*

36 *Cenſus an præſumatur perpetuus, ſi non apparet de eius cõſtitutione, vel cum pacto redimendi.*

37 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper pretio rei venditæ per emptorem ad fauorem venditoris rei.*

37 *Venditor rei ſuper pretio rei non poteſt cenſum conſtituere.*

38 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper omnibus bonis.*

39 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper re, & quod fructus eius non ſint æquales cenſui.*

40 *Cenſus propter obligationẽ perſonalem tãtum eſt vſurarius, præſertim ex conſtitutione Pij.*

41 *Cenſus vt ſint liciti debent conſtitui ſuper re certa, immobili, & fructifera.*

42 *Pactum redimẽdi debet eſſe perpetuum*

43 *Pactum redimendi infra certũ tempus, & non poſtea, non valet.*

44 *Pretium cenſus debet eſſe in numerata pecunia coram Notario & teſtibus.*

45 *Notarius debet ſcribere quæ vidit in inſtrumento, non quæ non vidit.*

46 *Pretiũ debet numerari in contractu cenſus, & non ex confeſſione de recepto.*

47 *Pretium debet eſſe totum in pecunia numerata, & non partim in pecunia, & partim ex confeſſione de recepto.*

48 *Veritas ſemper vincit, & quæ debent in contractu cenſus attendi.*

49 *Cenſus ſuper alio cenſu an cõſtitui poſſit & nu. 10.*

49 *Immobilis res quãdo ſit cenſus, & quando mobilis. & nu. 50.*

49 *Perpetuum eſt cẽſus reſpectu emptoris non venditoris.*

49 *Mobilis res eſt cenſus reſpectu venditoris, qui habet pactum redimendi. & num. 50.*

51 *Cenſus poteſt vendi, et in aliũ transferri.*

52 *Pretium cenſus an poſſit ſolui ex debito facto per venditorem ante conſtitutionem cenſus.*

53 *Compenſatio de liquido ad nõ liquidum non datur in contractu cenſus*

54 *Ad fortuitos caſus an poſſit vẽditor cenſus obligari.*

55 *Fortuiti caſus quando ad emptorem pertineant: Et quando poſſit illis renunciari, & nu. 56.*

57 *Venditor cenſus an poſſit ſe obligare nõ alienare rem cenſui ſubiectam.*

58 *Vendi poteſt res ſuper qua eſt impoſitus cenſus.*

58 *Laudemium omnino eſt ſoluendũ in venditione rei cenſualis.*

59 *Pacta ſoluendi intereſſe lucri ceſſantis ob non ſolutionem cenſus non valent.*

60 *Pactũ vt perdat rem cenſui ſubiectam non valet.*

61 *Noui cenſus ex cenſibus non ſolutis fieri non poſſunt.*

62 *Onerum ſolutiones, an ex pacto poſſint venditori applicari.*

63 *Onera quãdo imponãtur per æs & librã.*

64 *Collecta per æs & libram poteſt communitas imponi.*

65 *Forenſes quãdo poſſint collectari a communitatibus.*

66 *Forenſes in prædiis tributariis poſſunt collectari.*

67 *Onera realia, quæ ſint.*

Colle-

68 Collectas regulariter ſoluere non tenetur emens cenſum. & nu. 69.
70 Onera non ſoluunt non poſſidentes rem.
71 Onera realia emptor cenſus ſoluere tenetur cum venditore.
72 Onus reale tranſit cum fructibus. Fallit in penſione ex pacto. & nu. 74.
73 Onera, quæ ſoluit venditor poteſt retinere in ſolutione cenſus.
75 Onera ad quę non poteſt ſe obligare venditor cenſus.
77 Intimari debet emptori per venditorem venditio rei per duos menſes ante.
78 Venditor volens cenſum extinguere, debet per duos meſes ante denunciare emptori, & propter quid.
79 Intimatio verbalis non ſufficit vt in mora conſtituatur emptor.
80 Venditor debet intimare & facere depoſitum pretij, aliàs poteſt cogi intra annum.
81 Emptor poteſt cogere venditorem redimere infra annum, non poſt.
82 Pactum redimendi non expirat poſt denunciam factam per venditorem.
83 Præſcriptio immemorabilis differt a præſcriptione centum annorum.
84 Pretium ob pœnam ab inuito venditore non poteſt exigi.
85 Contractus ſuper alia forma celebrati ſunt vſurarij.
85 Forma inducta a conſtitutione conſenſu partium tolli non poteſt.
86 Cenſus reſeruatiui qui ſint.
87 Pactum redimendi habet locum in cenſibus redimibilibus, & irredimibilibus.
89 Cenſus creati vendendi & alienandi ſecundum conſtitutionem Pij vendendi.
90 Pretium ſemel conſtitutum, ex quauis cauſa non poteſt minui vel augeri.
91 Contractus cenſus tam ante conſtitutionem celebrati ſunt reuidendi
91 Hortamur verbum prolatū a Papa, importat conſilium reuerentiæ, & ideo obligat.
92 Pænitentiam fecit Adam poſt peccatum, & pænitentia quis gratiam Dei recuperat.
92 Religioſi boni qui ſint, & qualiter debeāt contractus reuidere.
93 Clauſulæ non obſtantiarum qualiter ſint intelligendæ remiſſiue.
94 Probari cenſus ex quibus actibus poſſit remiſſiue.

1 EX Rubrica & conſtitutione Pij V. colligitur intentio eius, quæ fuit in hac conſtitutione dare formam, qualiter cenſus ſint creandi, vt liciti exiſtāt: quia quando in conſtitutione & rubrica, prout in iſta, quæ forma ſit ſeruanda in cōtractu cenſus celebrandi; dicitur, tunc diſpoſita in rubrica, & conſtitutione ſunt de forma. Felin. in c. cum dilecta. col. 8. verſ. decimum ſignum. de reſcript. & Albertus Brunus in tractatu de forma, charta 34. verſ. quinta cōcluſio. vbi ait, quòd ſi lex, vel ſtatutum, in rubrica, & nigro dicat, ſe tradere pro forma, tunc cenſeatur ibi forma tradita, a qua recedere nō liceat: ita quòd actus aliter factus nō valeat. Baldus & Angelus in l. 1. ff. de lib. & poſthum. verſ. ſecus autem, ſi de forma. & ponit exemplum in ſtatuto requirente in inſtrumētis deſcribi nomina, pronomina, & cognomina, quod non ſufficit demonſtrare per alia ſigna; & appellans ab interlocutoria, in qua requiritur ſigillatim expreſſio grauaminis, non eſt ſatisfactū formæ ſi referat ſe ad acta, & eſt textus in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. face. poſſunt. ibi autem late formæ &

qou

quod ſufficiat poni in rubrica de forma ſeruanda in creatione cenſus, tenet Felin. in d.c. cum dilecta. Marian. Sozzin. in c.2. de libell. oblat. ſub nu. 10. mihi col. 10. circa medium. verſ. debet igitur res. ibi, niſi modus demõſtrandi eſset de forma, & non de ſimplici demonſtratione: quia tunc debet ſpecifice illa forma ſeruari, & ibi ponit exemplum poſitum per Angelũ vbi ſupra, & dixi in tract. de contract. minorum & mulierum. gl. 6. nu. 164. & tunc ab iſta forma recedere non licet, & actus aliter factus non valet, vt dicũt ſupradicti omnes Doctores. Igitur vt contractus cenſus validi ſint, forma tradita in infraſcripta conſtitutione ſeruanda eſt ad vnguem, & ſi non ſeruetur, contractus eſt nullus, & vſurarius ipſo iure, vt dicitur in hac conſtitutione, quia forma ad vnguem implenda & ſeruanda eſt in contractu, in quo a lege datur forma: & regulariter quicquid fit contra formam, nullum eſt. Felin. in d.c. cum dilecta. col. 8. verſ. geſta. de reſcr. quam regulam ampliat duodecim modis, & limitat Tiraquell. de retract. parte 1. §. 37. glo. 2. num. 20. & quod ſit ad vnguem forma obſeruanda, & adimplenda, Tiraquell. in l. ſi vnquam. in verbo reuertatur. nu. 63. C. de reuoc. don. & illius omiſſio etiam in minimo vitiat in totum: quia formæ nihil addi aut minui poteſt, cum ſit indiuidua. Tiraquell. de retract. par. 1. §. 1. gloſ. 11. nu. 10. & ſeq. etiam in actis fauorabilibus & piis, & in formæ omiſſione vtile per inutile vitiatur. Tiraque. de retract. conuẽtionali. §. 4. glo. 6. n. 31. & ſeq. nec ſuppletur per æquipollens, aut iuramentum. idem Tiraq. ſuper leg. connubia. glo. 7. num. 159. & quando lex vel ſtatutũ dat formam ſemper intelligitur eſſe præciſa. Alex. cõſ. 50. nu. 4. vol. 5. Afflict. deci. 355. nu. 4. Pedem. deciſ. 165. num. 16. & propterea ſeruãda eſt iſta forma expreſſe, & non per æquipollens.

Declaratio Textus Conſtitutionis Pij Quinti.

2 VNde in conſtitutione Pius V. dixit: Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cenſus, ſeu annuum redditũ creari conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quę pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus nominata ſit.] Hoc eſt primũ requiſitum formæ traditæ a Pio V. quod non poſſit aliquo modo creari cenſus, niſi in re immobili, vel quæ habeatur pro immobili, & res immobilis eſt terra, & quæ ſuper terram ſunt conſtructa, aqua, aer, & ignis inter elementa ſunt mobilia. Sunt etiã mobilia omnia ſupellectilia, merces, pecuniæ, & ſimilia, animalia omnia, & homines ſunt ſe mouentia, vnde ſolũ terra & ædificia ſuper terram ſunt immobilia: & ſuper iſtis immobilibus tantum cenſus conſtitui poſſunt, non autem ſuper mobilibus ſe mouẽtibus & iuribus, & actionibus, quia Papa hoc prohibuit, & eius prohibitio ſequenda, & obedienda eſt, & inobedientes excommunicantur. c. 2. diſt. 62.

3 De ſui natura fructifera, id eſt, apta ferre fructus de ſui natura, vt in l. frugem 77. ff. de verb. ſignifi. nam frugis appellatione venit omnis redditus, qui nobis obtigit ex fructu terræ, ſiue in frumentis, vel aliis rebus, & arbores etiam dicuntur frugiferæ. l. æquiſſimum. §. fructuarius. ff. de vſufr. & ſilua cędua. l. ſilua cędua. ff. de verb. ſig. & cretifodinas, qui eſt locus, in quo

cre-

creta foditur.l.promiſiſti.de præſcri. verb. & poteſt vti cretifodinis vſufructuarius.l. item ſi fundi. & l.æquiſsimum.§.1 ff. de vſufruct.Item lapidicinæ, & ſimiles res ſunt fructiferæ connumeratæ à Rebuffo in d. l. frugem. ff.de verb.ſign.char.497.& ſeq. & ſi non eſt apta res immobilis ferre fructum, vt ſunt montes ſaxei, arenoſi, ripæ maris, fluminum, & paludum, & in quibus non patet tutus acceſſus, non poteſt ſuper ea re immobili imponi cenſus, cum eſſet contra formam huius conſtitutionis, quæ vult, vt res ſit fructifera de ſui natura, & vide infra parte 2. nu.100.

4 Et nominatim certis finibus deſignata, & iſta res immobilis debet eſſe certa finibus, quibus ſit deſignata ab omni ſui parte, & finis hic ponitur pro limite: quia fundus ſuos limites habere debet, vt toto tit.ff. de termino moto.& l.1.ff ſi menſor falſum modum dixerit, & l. Titius 2. ff. de act.empt.Et ſic in re immobili grauãda cenſu, tria requiruntur: primo, quòd ſit immobilis: ſecundo, quòd ſit de ſui natura fructifera: tertio, quòd ſit deſignata certis finibus, & hæc omnia tria copulatiue requirũtur. & non ſufficit vnum vt dicunt quidam moderni, & ſi fiat pręmiſſis omnibus non attentis, ſit contra formam huius conſtitutionis.

5 Rurſus, niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro iuſtoq.pretio.] Pro declaratione huius particulæ, vide quæ dicã infra in hac prima parte nu. 44. & in tertia parte num.21.& 57. Nauarrus de vſur.nu. 85.& ſi fiat ſine numeratione pecunię cum confeſsione de recepto, vel aliàs, ſit contra formã iſtius conſtitutionis.

6 Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri aut in pactum deduci prohibemus.] De iſta clauſula dixi infra in 3.parte num. 22. vbi vide quare ſit prohibita iſta anticipata ſolutio, & præſertim quia minuitur ſors, & vſuræ pro illa parte diminutæ ſoluuntur. l.eos.§.ſed & ſi.C. de vſur. & ſi fiat ſolutio anticipata cenſus, ſit cõtra formam iſtius conſtitutionis.

7 Conuentiones directę aut indirectæ obligantes ad caſus fortuitos, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus.] Caſus fortuiti regulariter ſpectãt ad dominũ rei.l.quæ fortuitus.C.de pignor.act. vbi quòd caſus fortuiti, qui prouideri non potuerũt, nullo bonæ fi dei iudicio præſtantur, niſi conuētione partium, quæ conuentio ſublata eſt in iſta conſtitutione. l. ſi inter. §. quicquid. ff. de pign. Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam.nu.26.ff.ſi cert.petat. facit regul. Io. Petri Surdi cõſ. 61. nu. 39.& directæ conuentiones ad caſus fortuitos ſunt quando ſpecialiter & expreſſe facta eſt obligatio ad caſus fortuitos.l.ſed & ſi quis.§.quæſitũ. ff.ſi quis caut.vbi Barth. Sozzin.cõſ.123. nu.5. lib.4.Ripa in tract. de priuileg. cõtract.nu.73. Surdus in dicto conſ. 61. nu. 63.& qui dicantur caſus fortuiti, numerantur per Surdũ in conſil. 12.nu.15.& quando aſcribantur culpæ in dicto conſ. 12. nu. 30. & late in d.cõſ.12.& ſi fiãt hę cõuentiones obligãtes ad caſus fortuitos eũ, qui ex forma contractus nõ tenetur ad eas, fiunt contra formam iſtius conſtitutionis.

8 Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cẽſui ſuppoſitam, quia volumus rẽ ipſam ſemper & libere, aut ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel

rei,

rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. De iſto pacto Nauarrus in tract.de vſur.num.115. dicit non eſſe licitum, & non apponendam in contractu cenſus, ex quo prohibetur in dicta cōſtitutione Pij, qui prohibet fieri hoc pactum, ex quo deterior conditio venditoris efficitur: nam pacta facientia deteriorem conditionem debitoris improbantur à iure. l.de die.14.& l.Attilicinius 17.ff. de pact. dotal.Decius conſ. 536. col. 2.verſ.venio ad ſecundum.Tiraquell. in l.ſi vnquam. verſ. donatione largitus.nu.31.C.de reuocand.donat. Surdus conſil.78. nu.2. in prin.nam venditor tenetur ſe obligare ad ea omnia, quæ ſunt de natura contractus, non autem ad ea, quæ non ſunt de natura contractus. Baldus in l. emptor. C. de act. empt. Petrus de Rauenna ſing. 776. & vide infra hac parte nu. 38. & ſi fiat iſtud pactum eſt contra formam iſtius conſtitutionis.

Vbi autem vendenda ſit res, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda ſit, etiā per menſem expectari, & in re emphyteotica eſt ſimilis textus in l.fin.C.de iure emphit. Nauar. in tract. de vſur. glo. 7. nu.92.vide infra in 3.parte huius tractatus nu.34.& infra parte 2.nu. 62. & 63.& hæc forma eſt ſeruāda, quando venditur res cenſui ſubiecta.

9 Pacta continentia moroſum cēſus debitorē teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramēto creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius, ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita ſint, & nulla, iſta pacta fuerunt maxima ratione ſublata, ex quo venditor cenſus ſoluit maiorem quantitatem pecuniarum, ex re ſuper qua cenſus eſt impoſitus quàm percipiat ex ipſa re ſtabili: nam cōputato vno anno cum alio ex terris valoris 100. ſcut. non recipit quatuor ſcut. quolibet anno, & nihilominus pro pretio cenſus 100. ſcut. ſoluit pro cēſu ſcut. 8.9.& 10. quolibet anno; vnde iniquum videtur propter moram nō ſolutionis in tempore grauare venditorem vltra dictū cenſum in vno, duobus, vel plus ſcutis pro prætēſo lucro ceſſāte, quod de iure nō debetur, niſi probetur. Paulus de Caſt.in l.3.§.fi. ff.de eo quod cer.loco. Mohēd.deciſ. 102.& 103. Pute.deciſ. 137.lib.1.dixi late in tract. vti poſſid.c.18. num. 65.& pluribus ſeq. nec minus eſt grauandus venditor ad ſalaria etiam liquidanda medio iuramento cenſuarij, vel propter moram perdere rem immobilem, in qua eſt impoſitus cenſus longe maioris valoris: vnde iſta pacta ſunt illicita & vſuraria, & cum optima ratione à Sanctiſſimo Pontifice ſublata: quoniam venditor eſt ſatis grauatus cenſu exceſſiuo, quem ſi non ſoluit emptor conueniat venditorem coram iudice; & ſoluet ſponte vel mediante executore & hæc eſt tutior & melior praxis, quàm dicta pacta illicita apponere, & ſi apponantur iſta pacta, contra formam iſtius conſtitutionis apponuntur.

10 Immo & cēſum augeri, & nouū creari ſuper eadem vel alia re in fauorem eiuſdem aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Hæc prohibitio fuit facta optima ratione, quia vſuræ decurſæ nouas vſuras facere non debent. l.ſi non ſortem.§.1.ff.

de condit. indebit.l.fin.C. de vſur.& ſi fiant noui cenſus de cenſibus, fiunt contra formam iſtius conſtitutionis, & praxis erit vt cogat véditorem ad ſoluẽdum cenſus decurſos & non ſolu tos, vel intentare Saluianum interdictum, & in vim illius faciat ſe pone re in poſſeſſione rei, ſuper qua eſt im poſitus cenſus,retinẽda quouſq. ſatisfiat ex fructibus de cenſibus decurſis.

11 Sicut etiam annullamus pacta cõti nentia ſolutiones onerum ad eũ ſpectare, ad quẽ aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Pro declaratione,vide quæ dixi infra par te 2.nu.62.vſque ad num.73.& nihilominus ſi fiat pactũ cõtrarium huic conſtitutioni, in hoc fit contra illius formam, quia iſta pacta in dicta con ſtitutione ſunt prohibita.

12 Poſtremo cenſus omnes in futurũ creandos non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte effecta volumus ad ratam perire. Iſta clauſula eſt declarata infra in iſta parte nu.54. & ſeq. vbi vide. tamen ſi fiãt pacta diſponentia contrarium, ſunt facta con tra formam iſtius conſtitutionis.

13 Sed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante etiam longiſſimi temporis,ac immemorabilis,im mo centum & plurium annorum prę ſcriptione non obſtantibus aliquibus pactis directe vel indirecte talem facultatem auferentibus quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint. Nauarr. de vſur.num.95.tenet ſuper iſta conſtitutione, quòd in totum vel pro parte poſſit cenſus redimi, & allegat multas rationes, quas vide:ſed quia iſta particula conſtitutionis ſequitur diſpoſitionem præcedentem, in qua ſtatuitur, quòd non ſolum re in totum perempta, vel infructuoſa reddita volumus ad ratam perire, vt ſupra nu.prox. poſtea ſequitur continuando, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, ſcilicet in totum vel pro parte:nam ſicut caſu, res pro par te perit vtrique, ſcilicet emptori & venditori, ita etiam pro parte poſſit cenſus extingui, & ita videtur textus in l.1. in princ. in finalibus verbis. ff. de latina libert. tollenda, ibi,quis.n. patiatur, talem eſſe libertatem, ex qua ipſo tempore mortis, in eandem perſonam, ſimul & libertas & ſeruitus concurrant, & qui quaſi liber mo ratus eſt,eripiatur non ſolum in mor tem, ſed etiam in ſeruitutem:quia hę dictiones non aduerſantur ſuperioribus, licet ponantur inter diuerſos actus, ſed ponit identitatem iuris ſicut quando dictio, ſed, iungitur co pulę, & tunc licet denotet diuerſitatem facti, tamen idemptitatem iuris in eodem caſu denotat.l.ſed & ſi.ff.de petit. hæred. & ibi Bart.in princ.Alber. in dictionario in verbo, Sed.

14 Præterea hic dictio, ſed, iungitur dictioni, etiam, quæ eſt implicatiua præ cedentis orationis. Decius conſ. 466.nu. 17. & implicat caſum magis dubitabilem.Berous conſ. 57.nu.49. & 50. lib. 3. & includit maiora & diuerſa ab expreſſis, & auget addendo, & multiplicando.Pariſ. conſ. 46. nu. 30.& 31.& conſ. 143. nu. 15.& 16. lib. 4. & eius natura eſt caſum implicare, in quo fit maior vel par dubitatio. Alex.conſ.116.nu.14.lib.2.propterea videtur quòd ex conſtitutione Pij licitum ſit cenſus redimere in totum vel pro parte. & hæc opinio co adiuuatur,quia in conſtitutione Mar tini, dicitur vel redimere cenſum in totum,vel pro parte eadem numerata pecunia,& dixi inf.in 3.par.n. 27. & ſic in conſtitutione Pij datur facul

-tas

tas redimendi in totum, & pro parte cenſuũ ſtantibus præmiſſis.

Et ſi quis pacto directe vel indirecte vellet talem facultatem auferre redemptionis cenſuum quibuſcunque verbis vel clauſulis, facerent contra formam præſentis conſtitutionis.

15 Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & poſt denũciam intra annum: tamen etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi pretium nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur: volumus nihilominus quandocunque redditum extingui poſſe, præuia tamen denuncia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus, etiã quod pluries ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutum fuiſſet. hæc particula eſt infra parte 3. num. 37.38.& 39. ibi vide in hac particula datur forma ſeruanda in retrouenditione cenſus tantum facienda per cẽſuarium venditori cẽſus, & quid venditor facere teneatur, & emptor facere poſſit, & in quo tempore, & infra quantum tempus, & quia hæc ſunt in dicta parte tertia declarata, ad ibi dicta remitto lectorẽ; & iſta forma in retrouenditionẽ ſeruãda eſt, & ea non ſeruata, retrouẽditio nulliter petitur.

16 Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliã cauſam repeti poſſe omnino prohibemus. vide quæ dixi inf. hac parte nu. 84. & ſi fiat pactum quòd emptor poſſit pretium cenſus repetere à venditore, etiam quòd nolit dictum pretium reſtituere, & ſimiliter ſi fiat pactum quòd ſi venditor ſit moroſus in ſolutione cenſus per tantum tempus, in pœnam pretium præfatum reſtituere teneatur emptori, vel ob aliam cauſam, vt ſupra num. 9. quia ſemper iſta pacta facta cenſentur contra formam præſentis conſtitutionis.

Cõtractusque ſub alia forma poſt hac celebrandos fœneraticios iudicamus. De hac clauſula, vide infra hac parte nu. 85. ſequitur in conſtitutione Pij, & ita illis propterea non obſtantibus quicquid vel expreſſe vel tacite contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat à fiſco, volumus vendicari, & in quibus caſibus poſſit fiſcus hæc exigere, connumeraui infra in 3. parte nu. 57. & 58.

17 Dictum eſt ſupra de forma cõtractus cenſus, & quod illa omiſſa declaratur in conſtitutione Pij contractus fœneraticios. Nunc videndum quid ſit cenſus, & Sotus de iuſt. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. col. 1. dicit, ꝙ eſt penſio quam quis ſuper ſuis bonis, & perſona conſtituit: hæc definitio non adaptatur huic cõſtitutioni, quia ſuper omnibus, & in peſona, in conſtitut. Pij cenſus imponi prohibetur, alias definitiones cẽſus refert Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 107. nu. 1 Nauarrus in tractatu de vſur. nu. 69 definit cenſum eſſe ius quoddam recipiendi aliquam penſionem pecuniæ, vel alterius rei, in annum, menſem, vel tempus. Hæc definitio non refert ſe ad conſtitutiones Pontificum: ideo poſſet definiri hoc modo, Quod cenſus ſit redditus emptus ſuper re immobili, iuxta formã conſtitutionis Pij pp V. quæ aũt ſit forma dictæ cõſtitutionis numerauĩ ſupra, & primo vult, ꝙ cõſtituatur ſup re immobili de ſui natura fructifera, & certis finibus deſignata, vt ſupra nu. 2.3.& 4. Secundo quod pretium ſit in pecunia numerata, vt nu. 5. Tertio quod non fiant

ſolutiones cẽſuum anticipate, vt nu. 6. Quarto, quòd non fiant cõuentiones obligãtes ad caſus fortuitos, contra naturam contractus, vt ſupra nu. 7. Quinto, quòd non fiat pactum auferens facultatem alienandi rem cenſui ſubiectam, vt ſupra nu. 8. Sexto, quòd nõ fiat pactum vt venditor moroſus teneatur ad pœnas, vt ſupra nu. 9. Septimo, ne fiant noui cenſus de cenſibus decurſis, vt ſupra num. 10. Octauo, ne fiant pacta, quòd ſolutiones onerum ſpectent illi, ad quem de iure non ſpectat, vt ſupra nu. 11. Nono, quod res in totum vel in parte perempta vtrique, vt ſupra num. 12. Decimo, quòd ſemper poſſit extingui cenſus per venditorem eodem pretio, vt ſupra nu. 13. Vndecimo, q̃ nõ fiat pactum, vt ab inuito venditore pretium ab emptore, repeti poſſit, vt ſupra nu. 16. Hæc enim ſunt de forma contractus cenſus, & ſi illa omittantur, vel fiant contra dictam formam contractus, iudicatur vſurarius ab iſta cõſtitutione ipſo iure, ſiue forma omittatur in omnibus dictis capitibus, vel in vno, quia illius omiſſio vitiat in totum contractum, quia formæ nihil addi, aut minui poteſt, cum ſit indiuidua. Tiraquell. de retract. parte 1. §. 1. gloſſ. 21. nu. 10. & ſeq. & formæ omiſſione vtile per inutile vitiatur, vt declarat ibi nu. 12. & de retractu conuentionali §. 4. glo. 6. nu. 31. & ſeq. nec ſuppletur per iuramentum, nec per æquipollens, idem Tiraquell. ſuper legibus connubialibus gloſſ. 7. nu. 159. & quando actus peccat in forma non valet cõtractus, nec quoad proprietatem, nec quoad vſufructum, vt dixi in tract. de contractibus minorum & mulierum glo. 6. nu. 172.

18 Poſtquam vidimus quid ſit cẽſus, diſcurramus parum, quæ dicunt Doctores de cenſibus ante Pij conſtitutionem, & Sotus in dicto lib. 6. quęſt. 5. art. 1. col. 2. verum tamen de cenſu perſonali, vbi firmat multis rationibus, quòd cẽſus ſuper perſona conſtitui poteſt. Didacus in tract. variarum reſolutionum lib. 3. c. 7. num. 5. idem tenet Nauarr. in tract. de vſur. nu. 75. & nu. 81. 82. & 83. tenet contra, quòd nõ poſſit imponi ſuper perſona, & in conſtitutione Pij V. ſtatuitur, quòd cenſus conſtitui non poſſit niſi in re immobili fructuoſa de ſui natura, vt dictum eſt ſupra in ſexto requiſito; ideo hodie in hoc non eſt attendenda amplius opinio Doctorũ, ſed conſtitutio Pij V. quæ dat formã & modum, qualiter ſint formandi cõtractus cenſuum ſuper re ſtabili tantum, non ſuper perſona, conſulendo ſaluti animarum, & petitioni piarum mentium, & malas conſuetudines remouendo, quæ conſtitutio præualet opinioni doctorum. cap. 1. vbi doctores. diſt. 20. & illa conſtitutio hodie ſola eſt attendenda, quicquid dicant tam ante eam, quàm poſt doctores, quia decretales ſunt obſeruãdæ, & non obſeruantes ſunt temerarij. c. 2. diſt. 20. & dicta doctorum etiam Sanctorum vbi adſunt decretales in ſubſidium debent allegari, & ſolum quando deficiunt canones. c. 2. de noui operis nunc. Dominicus Archid. & Turrec. num. 1. in d. c. 1. diſt. 20. & in caſibus nõ deciſis ad Papam recurrere debemus, Præpoſit. in dicto c. 1. num. 2. Turrec. nu. 1. & non fundare nos in opinionibus doctorum contra canones Papæ.

19 Verum Didacus in d. c. 7. num. 5. verſ. primum etenim vult probare ex conſtitutionibus Caliſti, & Martini quòd peremptis rebus, ſuper quibus eſt

eſt impoſitus cẽſus, nihilominus venditor teneatur ad ſolutionem cenſus ex eo ſolo, quod Pontifices in dictis conſtitutionibus non dixerunt, quòd peremptis rebus, eſſet perempta obligatio ſoluendi cenſus, ſed hæc ratio non eſt bona, quia ſi ipſi Pontifices hoc non dixerunt, non ſequitur quòd permiſerint cenſum ſolui per venditorem re perempta, & ad tollendam iſtam rationem præſumptam. Pius V. ſanctæ mem. declarãdo dictas conſtitutiones eodẽ Spiritu ſancto quo regitur & gubernatur ſemper Romana Eccleſia addidit conſtitutionibus præfatis ſub his verbis, Poſtremo cẽſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totũ vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire. & ex iſta cõſtitutione tollitur hoc motiuum Didaci, quia cenſus perit re perempta in totum vel in parte, & perſona non eſt re perempta obligata, vt dixi in 3. parte nu. 25.

20 Vnde Nauarrus in tract. de vſur. num. 90. in gl. 5. infert, quòd ſi in contractu cenſus eſt renũciatum caſibus fortuitis, quòd talis renunciatio non valet, ex quo Papa in contractu cenſus ita mandauit: & ratio eſt, quia eſt emptio annui redditus, ſuper tali prędio, vel domo, & extincto prædio, vel domo empta in parte, vel in toto extinguitur emptori, redditus annuus in totum vel pro rata: nam perfecta emptione periculum eſt emptoris. l. neceſſario ſciendum. ff. de periculo & commodo rei venditæ, & per totum dictum titulum, quare de tanta allucinatione doctorum mirandum eſt, &c.

21 Et quia idem Didacus in d.c.7.nu 5. verſ. quatto ſi contractũ, vult probare, quòd ſolutio annui redditus ſit perſonalis, & quod fundus ſuper quo redditus conſtituitur acceſſorie apponitur, pro certiori & ſaniori ſolutione; quia res accedit iure pignoris, & hypothecę, & allegat pro caſu l. fundus. ff. de annuis leg. Sed huic rationi reſpondetur primo, quòd inſtrumentum venditionis annui redditus eſt principaliter ſuper re factum nõ acceſſorie: nam in contractu cenſus dicitur primo, impoſuit & aſſignauit vnum perpetuũ annuum cenſum ſcutorum x. ſuper domo ipſius Berardini, & dictæ domus fructibus, quem quidem annuum perpetuum cenſum x. ſcutor. idem Berardinus vendidit, ceſſit, & conceſſit, tranſtulit, & tradidit Ioanni pręſenti, ac pro ſe & ſuis hæredibus. Item ſimili titulo venditionis, ac iure proprio in perpetuum dictus venditor, vendidit, dedit, ceſſit, & conceſſit, & trãſtulit dicto Ioanni emptori præſenti, omnia & ſingula iura, quòd d. venditor habet de & ſuper dicto annuo cenſu, ac d. domo, ſuper qua eſt aſſignatus cenſus, ponens, conſtituens, dans, quem cenſum, vt ſupra aſſignatum & vẽditum, idem venditor promiſit ſoluere emptori præſenti, & de ſemeſtri in ſemeſtre: hanc autem venditionem, ceſſionem, fecit pro precio ſcutor. 150. quod pretium fuit numeratũ in præſentia notarij & teſtium. Inſuper dictus venditor promiſit dicto emptori præſenti, quod d. domus, &c. & obligauit omnia bona, & in ſpecie dictam domum, ex iſto contractu venditionis demonſtratur quod cenſus primo conſtituitur ſuper re: ſecundo venditur cenſus conſtitutus: tertio tranſtulit omne ius emptori, quod habet vẽditor ſuper dicto cẽſu, & domo tranſferẽs poſſeſſionem in emptorem per conſtitutum dans licentiam intrandi.

quarto obligat ſe ſoluturum cenſum. quinto declaratur pretium, promittens de euictione cum obligatione ſpeciali d. domus, vnde obligatio ſolutionis cenſus non eſt principaliter facta per venditorem ſuper ſua perſona, ſed acceſſorie, & ſic iſtud quartum motiuum tollitur ex facto, & nõ eget alia reſponſione, & ex iſtis rationibus tolli videtur, quod dicit Sotus de iuſtitia & iure lib. 6. q. 5. art. 1. col. 3. verſ. admonemus, dum reprehendit Caranza, quia non intellexit praxim conſtitutionis cenſus.

22 Hypotheca, quę in contractu cenſus per venditorem imponitur, ſuper re, ſuper qua eſt cenſus conſtitutus, non ſequitur legem aliorũ pignorum & hypothecarũ, quia ſi domus, ſuper qua imponitur cenſus alienetur per venditorem cenſus, & trãsferatur domus & poſſeſſio in alium, poſſeſſor domus conueniri poterit ad ſolutionem cenſus non facta nec præmiſſa excuſſione contra venditorem, cum conſtituatur quoddam ius ſuper domo, tãquam onus ipſius domus, quod tranſit in quemcunque eius poſſeſſorem, & ideo quilibet ſingularis ſucceſſor cogendus eſt cenſus ſoluere, ac emptorem cenſus in dominum recognoſcere pro ſolutione dicti cenſus. Guido Papæ quæſt. 42. & quęſt. 576. & Caſſan. ſuper conſuet. Burg. Rubr. 11. §. ſexto. in prin. nu. 2. & in verſ. aduerte. nu. 16. & Rub. 5. §. 2. nu. 33. & iſtã doctrinam refert Didacus in d. c. 7. nu. 6. licet dicat, quod hæc hypotheca accedat obligationi de ſoluendo annuo redditu, ſed errat quia nõ accedit obligationi perſonali, ſed reali venditioni cenſus, cuius natura eſt acquirere ius in re ſuper qua eſt impoſitus cenſus quod non poſſit aliena ri non requiſito emptore cenſus, vt cauetur in conſtitutione Pij V. ibi, Vbi autem res vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliiſque præferri, eique denunciari conditiones quibus res vendenda ſit, & per menſem expectari. Et dixi infra in tertia parte nu. 34. Nauarrus in tractatu de vſur. nu. 125. & in conſtitutionibus Caliſti, & Martini dicitur in bonis in ipſo contractu expreſſis & perpetuo obligatis pro ſolutione dicti cenſus.

23 Sed ſi emptor cenſus non vult agere contra poſſeſſorem domus, ſuper qua eſt impoſitus cẽſus, quæ per venditorem fuit alienata, an poſſit agere pro cenſu ſoluendo, omiſſo tertio poſſeſſore contra ipſum venditorem cenſus etiam quod nõ poſſideat rem, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, vel eius hæredes, & videtur dicendum, quòd res ſit obligata, non perſona venditoris, ſi rem, ſuper qua eſt impoſitus cẽſus, alienauit, intimata alienatione emptori cenſus, iuxta conſtitutionem Pij V. & quia in cõſtitutione Martini & Caliſti dicitur in bonis in ipſo contractu expreſsis, & perpetuo obligatis pro ſolutione d. cenſus: præterea concludo, quòd ſtantibus dictis Martini, Caliſti, & Pij conſtitutionibus, & facta intimatione emptori cenſus, de venditione facienda de domo, ſuper qua eſt impoſitus cẽſus, quod venditor & eius hæredes ratione perſonalis hypothecæ conueniri non poſſunt amplius, ſed eſt conueniendus poſſeſſor domus, ſuper qua eſt impoſitus cenſus: & ideo Pius V. voluit intimari venditionem domus ipſi emptori cenſus, quia poſt venditionem ceſſat cauſa ſolutionis cenſus cum domus in alium tranſlata ſit, & cum in aliũ tranſlata ſit poſſeſsio domus, emptor cenſus debet agere contra poſſeſſorem domus, non contra

ven-

venditorem domus, quam in alium tranſtulit: nam ceſſante cauſa ceſſat effectus. Tiraquell.late in tract.ceſſante cauſa,parte 1.nu. 142.ſecus vbi non fuit facta intimatio emptori cenſus, de venditione facienda, quia habet ignorantiam tranſlationis poſſeſſionis in alium, & tunc poſſet agere pro cenſu contra venditores domus, & eius hæredes, etiã quod poſſideãt, propter eorum culpam & negligentiam omittendo facere ea, quæ in lege iubentur.

24 Ea propter ſemper venditor quando vult vendere rem obligatam cenſui deſuper cõſtituto & impoſito,debet iuxta conſtitutionem Pij V. intimare emptori cẽſus, qualiter ipſe intendit rem, ſuper qua eſt impoſitus cenſus vendere cum talibus pactis cõditionibus, & pretio, & propterea ſi intendit eam rem emere, expectabit illum per menſem, iuxta conſtitutionem Pij V. aliàs elapſo termino alteri vendet, & tunc elapſo termino conſtitutionis,ſi alteri vẽdit dictam rem, ipſe venditor liberatur à ſolutione cenſus, quia emptor rei certioratus in emptione de dicto cenſu, tenetur ad illius ſolutionem, quia res empta tranſit in eum cum onere ſuo reali,& poſſeſſor rei tenetur cenſum ſoluere. c.ex litteris. de pignor. & facit totus titulus. ff. de periculo & cõmodo rei venditæ.& hoc tenet Nauar.de vſur. num.116.verſ.22.quæſtio.

25 Et ſi venditor cenſus, & rei, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, conueniatur ab emptore cẽſus, poteſt eum exceptione excludere, dicendo vendidiſſe alteri rem, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, & intimaſſe eidem venditionem faciendam, iuxta conſtitutionem Pij V.& illũ expectaſſe per menſem, & propterea vendidiſſe eã rem Titio, qui poſſidet dictam rem ſuper qua eſt impoſitus cenſus, ideo agat contra dictum poſſeſſorem, & pro verificatione præmiſſorum, produxit & repetiit intimationem factam de venditione facienda inſtrumentum venditionis, & captæ poſſeſſionis, quare coram iudice agere debet, pro cenſu ſoluendo contra emptorem rei, quia cenſus eſt reale, & rem ſequitur. Aymo. conſ. 499. nu. 23. lib. 3.& Caſſan. ſuper conſuet.Burg.Rub.5. §. 2. nu. 33. dicit, quòd in Galliis agunt contra poſſeſſorem redditus non excuſſo principali debitore cẽſus,quem refert Didacus in tract.variarum reſolutionum lib.3.c. 7.nu.6.verſ. permittitur tamen idem eſſe,&c.

26 Et quando tertius emptor rei ſuper qua eſt impoſitus cenſus,non vult emptorem cenſus recognoſcere, poteſt illum cogere, vt recognoſcat ipſum in cenſuatiũ, & probat Didacus multis rationibus in d.c.7.nu.6.verſ. hinc etiam. lib. 3. variarum reſolutionum.

27 Dum vero idem Didacus ibi nu.6. verſ.cõſtat igitur.ait,quòd in annuis redditibus conſtituendis non eſſe neceſſarium quod conſtituantur hi redditus ſuper certis bonis, immo poſſe perſonali tãtum obligatione præmiſſa conſtitui, non obſtantibus conſtitutionibus Martini & Caliſti,quia ſecũdum ipſum ſit mentio in conſtitutionibus eorum de huiuſmodi bonis immobilibus ad maiorem ementis tutelam,& indemnitatem, & vt emptor cenſuum ſit certior & tutior in ſolutione cenſus, quam ſi in perſonã tantum agere poſſet,male loquitur,quia verba Summorum Pontificum Martini & Caliſti,non intelliguntur eo modo, quo ipſe Didacus dicit,ſed vt dicit Pius Papa V. Dei Vicarius ibi,

Hæc

Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus cēſum ſeu annuū redditū creari, conſtituive nullo modo poſſe, niſi in re immobili de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Et quæ dicta ſunt in dictis conſtitutionibus à Summis Pontificibus Dei Vicariis ſunt attēdenda in materia vſurarum & peccati, nō quæ dicunt doctores, præſertim quia Didacus ſequitur moderniores in tractatu vſurarum, quorum commentaria ſunt prohibita. Quare dicendum eſt, ꝙ cenſus ſolū conſtitui poſſunt tuta conſcientia in re immobili tantum fructuoſa de ſui natura certis finibus deſignata, non ſuper perſona venditoris, & in hoc non ſunt attendendę interpretationes doctorum, ſed conſtitutiones, & verba Summorum Pontificū, à quibus non eſt recedendum aliquo pacto, ſed ſemper eis inhærendū qui non poſſunt errare cum regantur à Spiritu ſancto, & idē tenet Nauar. in tract. de vſur. num. 75.

28 Dum vero dicit idem Didacus nu. 6. verſ. quod item dicimus. in dicto c. 7. lib. 3. variarum reſolutionū. quòd emptor in his contractibus non emat ipſas res, ſuper quibus conſtituitur redditus, & illius iuris periculum ad eum non pertinet: nam ſi res perirent aut nō ſuppoſitis rebus venditor moreretur abſq; hæredibus & bonis, ꝓfecto ius omnino vanum eſſet, & ipſius periculum emptori incumberet, & allegat dictos modernos de vſuris. Iſtud ſuppoſitum quod emptor non emat ipſas res, ſuper qua cenſus imponitur, non eſt verum, immo emit cēſum conſtitutū & ipſas res, vt oſtenſum eſt ſupra nu. 21. & ſi res pereunt in totum vel in parte, pereunt emptori & venditori in totum vel in parte, vt dictum eſt ſupra nu. 19. & ita declarauit Pius V. in ſua conſtitutione, vnde hoc aſſumptum Didaci non eſt verum, quia periculum eſt ipſius emptoris nō venditoris, ſi res pereat pro rata rei peremptæ, & propterea hæredes venditoris, vel vēditor re perempta in totum, vel pro parte tenebitur prout res erit perēpta ad ſolutionem cēſus, vt dicitur in conſtitutione Pij V. Ideo non eſt verum, quòd de iure aut conſuetudine, & ex legibus ipſius contractus cēſus conſiſtat, & ſubſtineatur ex ſola perſonali actione ſimilis contractus, quia ex conſtitutionibus Pontificum ſolum ſuper re immobili conſtituitur, & ſimiliter ex conſuetudine Romanæ Curiæ, & ex forma contractus cēſus ſupra poſita nu. 21. & infra in 2. parte num. 196.

29 Quærit idem Didacus quòd ſi conſtituatur annuus redditus decem aureorum ſuper tribus prędiis, aut domibus, quæ deuenerunt ad plures, & tertios poſſeſſores, qui nō erāt in perſona obligati emptori cenſus, an emptor poſſit in ſolidū exigere integrū annuum cenſum à quolibet poſſeſſore, vel teneatur omnes pro rata conuenire, ideſt quemlibet eorum poſſeſſorum pro tertia parte, vel quemlibet poſſeſſorem in ſolidum, & tēnet idē Didacus in d. c. 7. nu. 7. verſ. quæritur deinde. lib. 3. variarum reſolutionum. recitatis hinc inde opinionibus quòd quilibet in ſolidum teneatur propter dictionem, omnis, poſitā in l. moſchis. ff. de iure fiſci. quæ dictio ſingularis numeri cuilibet inſolidum actum tribuit, & tamē nu. 8. mutat opinionem, & tenet quòd in cenſu quilibet pro rata teneatur.

30 Sed aduertendum quod in venditione annui redditus in primis per vēditorem conſtituitur cēſus ſuper aliqua re ſtabili, & ſic ſi ſunt tria prædia,

dia, ſuper quolibet prædio redditus conueniens capacitati prædij & fructibus conſtitui debet, videlicet ſuper tali prædio ſito in tali loco iuxta bona capacitatis ſcut. x. ſuper tali ſito in alio loco ſcut. v. & ſuper tali ſito in alio loco ſcut. xx. & facta conſtitutione cenſus ſuper terris vẽditur cenſus cum re, vt dictum eſt ſup. nu. 21. & huiuſmodi prædia debent eſſe fructifera de ſui natura, iuxta conſtitutionem Pij V. vt dictum eſt ſupra nu. 12. & hoc modo poteſt ſuper pluribus bonis cõſtitui, & tenet Didacus in d. c. 7. nu. 8. lib. 3. variarum reſolutionum. & Nauarr. in tract. de vſur. nu. 113, verſ. decima quæſtio, ſed nõ ita explicite, ſed in genere: ideo aduertendum ad conſtitutionem cenſuum ſuper pluribus rebus, vt ſeruetur modus præfatus: primo vt ſatisſiat conſtitutioni Pij V. ſecũdo vt tollatur omnis difficultas & lites poſtea futuras in caſu, in quo res tranſeat ad diuerſos poſſeſſores, vt in caſu Didaci, & dictum eſt ſupra nu. proximo, & in cenſibus conſtitutis ante conſtitutionem Pij V. diuiſio cenſuum impoſitorum ſuper tribus poſſeſſionibus arbitrio religioſorum & iudicum ordinariorũ fieri debet ad tõllẽdum grauamina & lites; & tunc cenſuarius agere poterit contra quẽlibet poſſeſſorem pro rata cenſus conſtituti ſuper quolibet prædio, & non in ſolidũ pro portione alterius contra vnũ, ex quo quælibet res tranſit in alium cum onere ſuo, vide infra in 2. parte nu. 30. & nu. 137.

31 Præterea idem Didacus in d. c. 7. lib. 3. variarum reſolutionum num. 8. verſ. quod ſi abſolutionem, tenet, quod creditor cenſus poſſit agere quadam actione hypothecaria, contra quoſlibet poſſeſſores, bonorũ venditoris cẽſus vel pro rata cõtra quẽlibet poſſeſſorem rerum, ſuper quibus eſt impoſitus cenſus, licet contra videatur terminari in l. 1. C. ſi vnus ex plurib. hæredibus. tu dicas quod contra poſſeſſores rerum ſuper quibus eſt impoſitus cenſus, poteſt agi pro rata cenſus, vt dictum eſt ſupra proxime ſi facta eſt diuiſio, & ſi non eſt facta fiat arbitrio iudicis, ſuper aliis vero bonis nõ poteſt, & tunc ſuper bonis obligatis, ſeu venditis pro cenſu agitur Saluiano interdicto, vt dixi in quæſtione de cenſibus in tertia parte nu. 51. retinendis donec & quouſque de fructibus ſatisfiat, & non actione perſonali in re ſcripta, vt infra dicetur. vide infra parte 2. nu. 2.

32 Verum quia idem Didacus lib. 3. variarum reſolut. c. 8. ponit varias quæſtiones de pacto redimẽdi cẽſus, & de pacto adiectionis in diem vel legis commiſſoriæ. Sed hodie in conſtitutione Pij expreſſe cauetur, quòd vẽditor cenſus poſſit cenſum extinguere pro eodem pretio, non obſtante longiſſimi temporis præſcriptione, etiam immemorabili, immo centum & plurium annorum, non obſtantibus aliquibus pactis directe vel indirecte, talem facultatem auferẽtibus quibuſcunq; verbis, aut clauſulis concepta ſint, ex qua conſtitutione primo tollitur præſcriptio etiam immemorabilis, quæ per Papam in ſua conſtitutione tolli poteſt, & de hoc non eſt dubitandum, & quando lex, vel ius commune reſiſtit præſcriptioni, tunc non poteſt præſcriptio habere principium. l. Titio vſuſfructus. ff. de condit. & demonſt. Bal. in tract. præſcr. in 1. parte ſextæ partis principalis nu. 1. & caſu 28. & gl. in c. 2. 16. q. 3.

33 Secundo tollit quæcunque pacta contraria pacto redimendi, ibi, Non

obſtantibus quibuſcunque pactis directe vel indirecte talem facultatem auferentibus quibuſcunq. verbis aut clauſulis concepta ſint. & ſic ſi ſit factum pactum, quòd cenſus tantum redimi poſſint infra quattuor annos, nõ valet tale pactum. Primo, quia Papa derogat huic pacto. Secundo, quia Papa declarat contractus eſſe vſurarios, ſi fiant alio modo, quàm in hac conſtitutione cauetur. Tertio, quia hoc pactũ redimendi perpetuo conceſſum venditori, vt poſſit ſe ab vſuris & cenſu liberari, eſt de forma & ſubſtantia illius contractus cẽſus, & illo ſublato contractus non eſſet licitus, quia venditor eſſet ſuppoſitus perpetuo & exceſſiuo cẽſu ſiue reſpõſione præter id, quod nunquam poſſet ſe liberare ab huius exceſſiua annui redditus reſponſione; ideo cum ſit vnum ex ſubſtantialib. dicti contractus, cenſus fuit optima ratione à ſanctiſsimo Pontifice ſtatutum, vt nõ obſtante temporis etiam immemorabilis curſu, & quibuſcunque pactis factis per contrahentes ſemper venditor his nõ obſtantibus cẽſum pro eodem pretio redimere poſsit. vnde non videtur neceſſario diſcurrere ſuper his, quæ dicit Didacus in d. c. 8. lib. 3. variarum reſolutionum, quia ea ſunt contra hanc conſtitutionem, & legem, quamuis nu. 7. & 8. in d. c. 8. allegando Guid. Papæ conſ. 516. & Ant. Archiep. Flor. in tract. de vſur. c. 2. §. 13. nu. 25. & Siluest. in ſumma in verbo vſura il 2. q. 15. videatur hãc tenere opinionem, ſed valde dubitati ue. Tu vero lector non recedas à conſtitutione Pij V. quidquid dicant doctores, quia illa ſeruanda eſt ad euitandum vſuram & peccatum.

34 Et licet idem Didacus c. 10. nu. 1. lib. 3. variarum reſolutionum dicat quòd pactum redimendi appoſitum in dicto contractu cẽſus ad fauorem venditoris, ſit pars pretij. l. fundi par tem. ff. de contrahend. empt. ſed ipſe dicit quod hęc pactio redimendi cẽſum perpetuum diminuit pretium cenſus, prudentiſſimus Pontifex Pius V. has dubitationes conſiderans, ſtatuit in ſua conſtitutione, quòd pro eodem pretio cenſum ſemper poſſe extingui, & in fine conſtitutionis dicitur pretium ſemel conſtitutum, nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimos cõtrahentes minui, vel augeri: & ſic ex iſta conſtitut. Pij V. tollitur iſta opinio Doctorum, quod ex pacto redimendi diminuatur pretium, cum pretium ſemel conſtitutum non poſſit augeri, vel minui.

35 Iuſtum pretium cenſus, quod ſit, valde controuertunt doctores: nam Didacus in d. c. 10. nu. 2. lib. 3. variarum reſolutionum, dicit illud eſſe quod communi prouincię vſu taxatũ & definitum fuerit. Guido Papę conſ. 180. & in c 2. de empt. & vend. in extrauag. Caliſti iij. dicitur ibi redditus ſeu cenſus vendentes ex ſingulis marcis, certum competens pretium, ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi vendentes & emẽtes in tractatibus ſuper his inter ſe firmauerint, & ſic conſuetudo præfata contrahentiũ ſeruanda eſt, dummodo non excedat x. pro centinario, vt dicitur in conſtitutione Nicolai quinti. Tiraquell. de retract. parte 1. §. 1. gloſſ. 6. num. 15. 17. & 18. & vide quæ dixi infra in quęſtione de cenſibus, num. 50. vbi collegi doctores contrauertentes, & dixi quod erat iuſtum pretium, ibi vide, ne bis idem repetatur. Nauar. de vſur. nu. 104. verſ. vnde in Aragonia.

nia. vide Follerium in praxi cenſuali §.dummodo. nu. 1.& per totum.

36 Quid ſi non apparet de origine annui redditus, an ex curſu temporis præſumatur perpetuus, vel redimibilis, à conſtitutione Pij V.& citra conſtitutus annuus cenſus ſemper præſumendus eſt redimibilis, etiam quod non conſtet de origine: quia ita cauetur expreſſe in dicta conſtitutione, & dictum eſt ſupra num. 13. Si vero ante conſtitutionem factus ſit cenſus & ſeruatus per multum tempus ante, & non apparet de eius initio, tũc formandæ ſunt plures cõcluſiones, quas format Didacus in lib.3.c. 10.nu. 4. & 5. variarum reſolutionum. quas tranſcribere non intendo, ibi vide: quia mea intentio eſt ſolum declarare conſtitutionem Pij V. quæ eſt magis clara, & facta ad tollendum omnes doctorum diſputationes, & controuerſias, necnon peccatum, & pro ſalute animarum: & vide inf. parte 2. nu.188.& ſeq.& in hac 1.par.nu.94.

37 Quæri etiam poteſt, quòd ſi quis habet fundum, & illum vendat Titio pretio 100.ſcut.cum pacto, quòd emptor, qui rem emptam accepit, & pretium præfatum non ſoluit venditori, cui promiſit emptor donec pretium ſoluat quolibet anno ſcut. x. ſoluere occaſione annui redditus redimibilis & cum aliis qualitatibus in contractu cenſus requiſitis, cui quæſtioni Didacus lib.3.variarum reſolutionũ cap.11.num.1.& 5.& ſeq. dicit hunc non eſſe contractum cenſus, nec venditionis annui redditus, iuxta formã ſupra poſitam nu.21.ſed eſſe proprie contractus emptionis & venditionis, ac ſimplicis traditionis rei venditæ, habita fide de pretio, & dum pretium ſoluit, emptor qui fructus rei percipit ſoluat annuam præſtatioaem, & redditum ipſi venditori, cum pacto redimendi hunc cenſum ſic conſtitutũ: & tamẽ Didacus nu. 5. ibi firmat hunc contractũ cenſus legitimum: mihi vero videtur propter conſtitutionem Pij V. quòd hic non ſit verus contractus cẽſus: ſed valde ſuſpectus, primo cõtractus cẽſus ex dicta conſtitu. fieri non poteſt, niſi primo conſtituatur ſuper re fructifera de ſui natura, in pecunia numerata tempore cõtractus, in præſentia teſtium & notarij, vt dicitur in conſtitutione Pij V. in principio hic non fuit numerata pecunia, ſed ſuper pretio numerando fuit conſtitutus cenſus contra formã dictæ conſtitutionis. Secundo licet emptor moroſus ſit in ſolutione pretij, & quod percipiat fructus rei emptæ, & quod retinet rem, & pretium, teneatur ad vſuras æquitatis ratione. l.2.C.de vſur.& dicit Io.Baptiſta Lupus in tract. vſurarum commentario. 1.num.140.& ſeq. vt poſſit venditor vſuras legitimas exigere, ita tamen vt legem non offendat pro pretio nõ ſoluto per venditorem. Et ſumma vſurarum conſtitui debet arbitrio iudicis, non à contrahẽtibus. l. 1. in prin. ff.de vſur. & vide gloſſam & doctores in d.l.2. C. de vſur. & in caſu noſtro vſura non eſt taxata à iudice, ſed à partibus, & exceſſiue ad rationem x. pro centinario: ergo. Tertio venditor non tenetur ad caſus fortuitos, ſed ſolus emptor contra conſtitutionem Pij V. quia re perẽpta debet perire cenſuario & venditori, hic perit tantum emptori rei, non cenſus, quia re empta periculũ eſt emptoris: regulariter. §.cum autẽ.inſt.de emp.& vẽditione.& l. 7.in princ. ff.de peric. & comm. rei vend. cum mille ſimilibus; at cenſuarius hic nullum periculũ incurrit, cum cenſus non debeatur emptori

ptori, ſed venditori, cui ſuper pretio rei cenſus eſt reſeruatus contra formam dictę conſtitutionis, in omnibus prætereà valde dubito hodie de his, quę Didacus ibi num. 5. & ſequentibus dicit.

38 Cenſus conſtitui poſſe ſuper omnibus bonis alicuius incertis, nec deſignatis, ſed indefinite expreſſis, & ſic tam ſuper bonis poſſeſſis, q̃ poſſidendis, eo quia obligatio in perſonã reſoluitur, dicit Sotus de iuſtitia & iure lib. 6. q. 5. art. 1. col. 3. verſ. ex hac concluſione, ego miratus ſum, q̃ tantus vir hæc dicat: nam eſt contra conſtitutiones Martini & Caliſti in c. 1. & 2. de empt. & vendit. in extrauag. in quibus dicitur, quòd venditores cẽſuũ aſſignarunt certas poſſeſſiones & bona ſtabilia, quæ fructarent tantum quantum erat quantitas cenſus, vt dictum eſt ſupra num. 12. Pius V. declarans iſtas cõſtitutiones, ſtatuit in ſua conſtitutione, non poſſe conſtitui, niſi in re immobili, vel quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quæ certis finibus deſignata ſit, & ſic ex iſtis conſtitutionibus Pontificum demonſtratur, quòd iſta concluſio non eſt vera, & Nauarrus de vſur. num. 86. & 129. confirmat, quæ diximus.

39 Secũdo infert Sotus vbi ſupra col. 3. verſ. ſequitur ſecundo, quod poteſt conſtitui cenſus ſuper re, etiam cuius fructus non adæquent cenſum, & hęc illatio eſt pariter contra conſtitutiones Martini, & Caliſti, cum prædia non debent minus in fructu reddere, quam ſit ſumma cenſus, vt ex lectura dictarum conſtitutionum apparet, & & reprehenditur à Nauarro in dicto tractatu de vſuris num. 73. & 74. vbi reprobat omnes eius rationes.

40 Et idem Sotus in dicta col. 3. verſ. deniq; in huiuſmodi dicit, quòd propter obligationem perſonalem, in emptionibus cenſuum, non eſt vſura nec iniuſtitia dummodo pretium cẽſus iuſtum ſit: quia ſi res, ſuper qua cõſtituitur cenſus, tuta non eſt, aut nõ tantum fructum reddat in emptoris vergit periculum. Sed huic rationi reſpondetur, quòd cenſus non poteſt cõſtitui ſuper perſona, ſed ſuper re fructifera ad minus in tanta quantitate, quanta eſt cenſus impoſitio, vt ſic licitus ille contractus ex conſtitutionibus præfatis Martini, Caliſti, & Pij, qui poſſunt diſponere ſuper vſuris, & ſublatis conſtitutionibus, nõ poſſunt huiuſmodi contractus cenſuum fieri, & ſi fiant, non ſeruatis his, quæ diſponuntur in dictis conſtitutionibus cenſus ſunt vſurarij, vt declarat Pius V. in ſua conſtitutione, cui ſtandum eſt, non dicto doctoris, vt dictum eſt ſupra nu. 8. ex quibus conſtitutionibus reſpondetur his, quæ per Sotum allegantur, & quibus per eum non bene reſpondetur, ea propter non diſcutiã illas duas quæſtiones, quas ponit in articulo 2. ibi de cenſu perpetuo ſuper omnibus bonis incertis, de quo dictum eſt ſupra num. 38. & de cenſu temporali certo, decẽ vel viginti annorum, vel de incerto ad vitam alicuius, quia huiuſmodi cenſus ſunt prohibiti in dictis conſtitutionibus, vnde Deciani conſil. 2. nu. 141. lib. 1. dum tenet, quòd poteſt conſtitui cenſus ſuper actionibus perſonalibus reprobatum eſt.

41 Nam cenſus, vt ſint liciti, debent conſtitui ſuper re certa, immobili, & fructifera de ſui natura ad minus in tanta quantitate in quanta cenſus imponitur, debent eſſe perpetui, reſpectu emptoris, vt ſcilicet nullo vnquã tempore poſſint ſortẽ repetere: nam ſi poſ-

ſi poſſent ſortem repetere eſſet mutuum, & propterea vſurarij. Tertio, vt venditor ſemper poſſit cenſum redimere, & ſe liberare ab vſurarum ſolutione, & ſic debet eſſe temporalis cenſus, reſpectu ipſius venditoris, non debet habere pacta illicita, prohibita in conſtitutione Pij Quinti, & continere ea omnia, quæ ſupra in principio ſunt numerata, vſque ad num. 18.

42 Pactum redimendi in fauorem venditoris debet eſſe perpetuum, vt dicitur in conſtitutione Pij Quinti, videlicet vt ipſe venditor poſſit quandocunque voluerit cenſum redimere, & ſe liberare ab vſuris, de quo dixi in quæſtione de cenſibus num. 54. vt infra in tertia parte huius tractatus.

43 Pactum redimendi infra certum tempus, & non poſtea, non valet, & facit contractum vſurarium, vt dixi in quæſtione de cenſibus num. 55. propterea non placent concluſiones formatas à Soto de iuſtitia, & iure lib. 6. quæſtio. 5. artic. 3. ſuper pacto redimendi, quia omnes ſunt contrariæ conſtitutionibus Martini, Caliſti, & Pij; ideo non ſunt quæſtiones doctorum attendendæ, ſed ea, quæ dicta ſunt ſupra in principio.

44 Dictum eſt ſupra num. 5. quòd pretij ſolutio, debet fieri in ipſo inſtrumento. Pius Quintus dicit vere in numerata pecunia præſentibus teſtibus ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti. per quæ verba ſignificatur, quòd notarius, & teſtes debent videre ſolui pretium integre, & vere in pecunia numerata, qui videant realiter numerari, & tradi per emptorem venditori, & de hac numeratione in præſentia notarij & teſtium facta, in inſtrumento cenſus fides debet per notarium fieri, ad hoc vt pateat, quòd ſit ſeruata forma tradita in dicta conſtitutione Pij Quinti, & in inſtrumento dicere debet notarius perſonaliter conſtitutus, Titius confeſſus eſt habuiſſe centum aureos, quos in mei præſentia, & teſtium infraſcriptorum, habuit, & recepit in prompta, & numerata pecunia, pro pretio decem ſcutorum cenſus per dictum Titium venditi, Meuio preſenti & acceptanti. l. prima C. de canone frum. vrbis Romæ. lib. 11. ibi, præſens aſpectus probat gloſſa in l. ſi pluribus. ff. de ſolut. Roman. ſingul. 636. Franci. Crem. ſingul. 44. Felin. in c. ſi cautio. de fide inſtrument.

45 Et aduertat notarius, numquam ſcribere partem recepiſſe, niſi numeratio facta fuerit eo preſente, & vidente, ſed debet ſcribere, confeſſus fuit, habuiſſe, & recepiſſe, alioquin incidit in crimen falſi, quia affert teſtimonium de eo, quod non vidit. gloſſa in verbo, conſcriptum. in l. ſi expreſſio. C. ſi certum petat. & poteſt venditor, ſi vere non fuit numerata pecunia, allegare dictum inſtrumentum falſum, & probare producendo teſtes, qui fuerunt præſentes, & per alios legitimos modos. Rebuff. ſuper conſtitut. Regiis in tractatu de chirographo, & cedulæ recognitione, in præfatione, num. 59. 60. & 61. in primo tomo, vbi tractat materiam exceptionis non numeratæ pecuniæ, & in quibus caſibus poſſit opponi, vel non, à num. 10. vſque ad num. 65. & ibi vide etiam in caſu iurato, vbi docet quid agendum ſit, vt habeat, vel non, locum, hæc exceptio non numeratæ pecuniæ, vide etiam Nauarrum in tract. de vſur. num. 88.

Et-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

46 Et illa verba conſtitut.Pij V.non aũt prius recepto integro iuſtoq;pretio, id eſt non fiat inſtrumẽtũ per notarium de cõfeſſione de recepto integro & iuſto pretio ante cõfectionem inſtrumenti, quia Papa non vult, vt cenſus conſtituatur ex confeſſione de recepto pretio ante confectionem inſtrumenti, ſed vult vt fiat numeratio tunc, & ſi facta eſſet confeſſio de recepto, etiam cum iutamento non valeret.l.fin.C.de non numet.pecu.Iaſ. in l.ſi conuenerit.ff.de iur.omn.iudicum.Alex.conſ.28.q.2.lib.1.&conſ. 89. num. 26. lib. 4. Rebuff. in dicta præfatione tract.de chirographo nu. 23. tomo primo conſtit.reg. quia ſicut confeſſio habet tacitam cõditionem ſi pecunia numeretur,ita & iuramentum.Rebuff.ibi.num. 24. Immo inſtrumentum eſſet vſuratium, tamquam factum non ſeruata forma dictæ cõſtitutionis, cum in ea dicatur, Contractuſq.ſub alia forma poſt hac celebrandos funetatitios iudicamus. & ſic ipſo iure eſſent iudicati vſuratij: quia verbum, Iudicamus, eſt præſentis temporis, & importat ipſo iure. Felin.in c.Rodulfus.de teſcrip. num. 28.

47 Nec ſufficit oſtẽſio pecuniarum in tabula, vel ſolutio partis earundem etiam cum confeſſione de recepto vẽditoris cenſus. l. 1. & fin. C. de dote cauta non numet. quia pro forma requiritur numeratio & ſolutio integri pretij cenſus, propter illa verba, Niſi vere in pecunia numerata, quia dictio, niſi, in oratione reſpiciente futurum tempus, negat potentiam, & quando reſpicit tempus præſens, negat actum. Rebuff.ſupet concordat. in tit de collation.§. ſtatuimus il 2.in glo.niſi.charta 143.

48 Dictio, vete, hic importat veritatem numetationis, quæ vetitas ſemper valet, & viuit,& omnia vincit,& in æternum manet.c.8.diſt.8.vbi Dominic.not 2.Turrecrem. in princ.& Præpoſit.nu.1.& 2.& ibi dixi num. 1. quæ ſemper eſt iuuanda,& probationibus non debet reſtringi, & illam colere debemus,& amare, & quæ attendi debet, cum ſit mater iuſtitiæ. Rolandi à Valle conſ.4.nu.19.& ſeq.lib. 4.& Deus dixit,Ego ſum veritas.c.5. diſt.8.& in iudiciis veritas attẽdenda eſt,& quam iudex inquirere debet, vt iuſte iudicet:nam qui iudicat quod nouit,eſt iudex iuſtitiæ. Turrecre. in c.10.nu.1.diſt.28.& veritas manifeſtata attenditur plus quàm ſententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum. c. inter cæteras.de re iud.& c. fraternitatis.de frig.& malef.& c.ſignificantibus.de purgat.vulg.& ratio eſt, quia præſumptio iuſtitiæ, quæ pro ſententia eſt, tollitur per notoriam veritatem.l.1.§.1.ff.de quæſt.

49 Nauarrus de vſur. num.87. tenet, quòd cenſus poteſt conſtitui ſuper alio annuo cenſu,quia licet cenſus nõ ſit proprie res immobilis; habetur tamen pro re immobili. clem. exiui. §. cumque. annui.de verb. ſign. & c. 1. iuncta gloſ. in verbo,iura,de reb.ecc. non alien. lib. 6. & idem tenet Folletius in praxi cenſuali. verſ huiuſmodi cenſualia ſuper rebus. num.49.

Ego vero dubito de iſta concluſione doctorum, quia videtur contra conſtitutionem Pij V. quia in ea dicitur nullo modo poſſe conſtitui, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera,& quę nominatim certis finibus deſignata ſit: & ſic tria tequiruntur. Primo, ꝙ ſit immobilis, vel pro immobili habeatur. Secundo, quòd ſit de ſui natura fructifera. Tertio, quòd ſit certis

tis finibus deſignata. Nūc videndum ſi hæc tria copulatiue cōtractui cēſus conueniant, primū requiſitum conuenire non videtur, licet cōtractus cenſus inter immobilia habeatur reſpectu emptoris tantum, qui nunquam poteſt ſortem repetere, vt dictum eſt ſupra in principio.& firmat Tiraq.de retractu parte .§.1.glo.6.nu.3.& 4. & dummodo dicti annui cenſus proueniant, vt dicit Tiraquell.ibi nu.11. ex rebus immobilibus, non autem ex actionibus perſonalibus. Reſpectu vero venditoris annui cēſus propter pactum redimendi perpetuo ad fauorem venditoris poſito, non computatur inter immobilia, ſed inter mobilia. dicit Caſſan. ſuper cōſuet. Burg. rub.5. §. 1.gloſſa 1.nu.6.& 8. in conſtitutione Pij expreſſe cauetur, vt in contractu cenſus ponatur pactum redimendi ad fauorem venditoris perpetuo, & non obſtan.quacunque pręſcriptione immemorabili, ex qua facultate redimendi cenſus huiuſmodi, reſpectu venditoris inter mobilia cōputatur. Nam ſi cenſus à vēditore redimitur in quo loco remanebit, cenſus impoſitus ſuper dicto cenſu iam redempto,& ex iſtis rationibus videtur mihi, quòd cenſus ſuper cenſu redimibili conſtitui ſecure non poſſit, cum non ſit res perpetuo immobilis, nec pro immobili habeatur reſpectu venditoris; & quia cenſus non eſt fructifer de ſui natura, ſed eius fructus prouenit ex re, ſuper qua impoſitus eſt.

50 Et redditus non perpetuus non eſt immobilis res, ſed mobilis. Tiraqu. de retract.parte 1.§.1.nu.119.& ſeq. & gloſſ.in extrauag. ad conditorem. Io.xxij.in verbo mobilibus. Bald. in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecun. nupt. & glo.in clem.exiui.§.cum annui.de verb.ſignif.

51 Sed melior cautela eſt, quòd vendatur iſtud ius cenſus alteri pro eodē precio, prout cauetur in conſtitutione Pij V. circa finem.verſ. Hanc. vbi diſponitur de cenſu creato alienādo, & ſub qua forma,& iſta alienatio placet, non autem conſtituere cenſum ſuper alio cenſu, quia eo redempto, pereunt illa tria, quæ requiruntur in eſſe, in re, ſuper quā cenſus conſtituitur, de qua re vide in 2. parte huius tract.num.25.& 26.

52 Quęrit etiam Nauarrus in d.tract. de vſur.nu 88.verſ.eſt tamen quęſtio quotidiana. vbi præſupponit, quòd vendēns cenſum debebat antea centū ſcut. ob aliquas cauſas veras emptori cenſus, vt centū in emptione x. ſcut. cenſus conſtituti pro illius prętio eidem venditori emptor ceſſit, & concēſſit, & eundem ab illo debito liberauit, an emptor cenſus percipiens annuatim cenſum ſic conſtitutum, ſit tutus in foro conſcientiæ, & Nauarr. vbi ſup.& num.121.dicit quòd ſic,& primo, quia vere coram Deo ſoluit iuſtum pretium anticipate, de qua ſolutione anticipata nihil vtilitatis percipit. Secundo, quia lex fundata in præſumptione, non habet locum in foro conſcientiæ, quando veritas eſt cōtraria.c.is qui.c.tua.cum ibi notatis. de ſponſalib. At rigor ſoluēdi totum pretium in cōſtitutione cenſus videtur inductus à Pio ad excludendam viam, malis dolis, & cautelis, quibus ementes cenſus ſoluebant male pretium, aſſignando creditum in pannis, vel aliis mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia apparēti,& non tradita, nec numerata, vel in alios fines malos:& ſic nō videtur quoad forum conſcientiæ illos, qui bona fide vtilius ſolutionem anticiparunt comprehen-

prehendi. De hac reſolutione Nauarri valde dubito in foro conſcientiæ, reſpectu cenſus ſoluendi ex iſto contractu, facto contra formam dictæ conſtitutionis Pij Quinti, in eius rubrica dicitur, cõſtitutio in qua forma creandi cenſus datur. Et pro forma in ea dicitur, quòd cenſus fieri debeat in numerata pecunia, coram notario, & teſtibus: non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio, & in fine dictæ conſtitutionis dicitur, Contractusque ſub alia forma poſthac celebrandos, funeratitios iudicamus. Nam ſi Pius in ſua conſtitutione dat formam contractibus cenſuum, qualiter formari debeant numerata pecunia coram notario & teſtibus ipſi venditori, non autem prius recepto integro, & iuſto pretio, & ſic prohibet caſum iſtum in terminis, videlicet quòd non fiat cenſus cum pretio iuſto & integro prius recepto, & in fine dictæ conſtitutionis dicitur, Contractusq. ſub alia forma poſthac celebrãdos funeratitios iudicamus. Nã ſi Pius dat formam contractui, & aliter factos declarat funeratitios, quomodo poteſt eſſe tutus in foro conſcientiæ, qui facit contractus contra formam traditã à Papa, & qui declarat contractus eſſe vſurarios aliter factos; ideo recipiens cenſus ex tali cõtractu, recipit vſuram, non cenſum, & ob id non eſt tutus, nec in foro poli, nec in foro fori, ex quo eſt violator, & contemptor formæ traditæ à conſtitutione ſedis Apoſtolicæ, & tales condemnantur à ſanctis Patribus, & à ſancto Spiritu dicitur in c.4.& 5. 25.q.5. & diuinas conſtitutiones, & decreta ſedis Apoſtolicæ ſine ſui ſtatus periculo nulli licet violare; ideo ab huiuſmodi contractibus abſtinere debẽt omnes homines, pie viuere volentes in vtroque foro, præſertim quia dicta cõſtitutio dicit animarum ſaluti prouidere volẽtes, & in illa conſtitutione in hoc adeſt animæ prouiſio, non in opinione doctorum, qui ſæpe falluntur. vide infra parte 2. num.16.

53 Idem Nauarrus declarando verba conſtitutionis Pij num.89. glo.4. ibi, Non autem priùs recepto iuſto & integro pretio. Notat hic non dari compẽſationem de liquido ad liquidum, contra regulas iuris. l. fin. C. de compenſat. prout non admittitur in depoſito. l. ſi quis. C. depoſito. & c. fi. depoſiti. §. fin. vbi declarat, quòd non fiat in depoſito compenſatio, nec in toto nec pro parte, & in hoc eſt priuilegiata actio depoſiti, cum etiã prædoni reſtitui debet. l. 1. §. ſi prædoni. ff. depoſiti. In caſu iſto non fit cõpenſatio, ſed iſta non eſt proprie compenſatio, quia compenſatio fit de credito liquido, cum credito liquido hinc inde antea contracto. l. 3. C. de compenſat. ibi, ſi cõſtat pecuniam inuicem deberi ipſo iure, pro ſoluto compenſationem haberi oportet, ſed vbi adeſt, creditum emptoris, non adeſt creditum venditoris cenſus, niſi poſt perfectum contractum cenſus & illo perfecto poſtquam eſt concordatũ de pretio cenſus conſtituti, non poteſt iſtud pretium debitum venditori compenſari cum credito emptoris antea contracto, ſed eſt neceſſe, vt emptor in numerata pecunia pretiũ cenſus ſoluat, & numeret ipſi venditori, vt dictum eſt ſupra num. 44. & ſeq. ſi dicitur creditor, eſt deterioris conditionis, quam debitor, in iſto caſu fateor, quia lege ita diſponitur, pro ſalute animarum.

54 In dicta conſtitutione Pij dicitur, Conuentiones directe, & obligantes

ad

ad caſus fortuitos eũ qui aliàs ex natura contractus nõ tenetur, nullo modo valere voluit, ſic non valet conuẽtio, vel pactum obligans ad caſus fortuitos, eum, qui ex natura contractus non veniunt: Nam periculum & commodum rei venditę poſtquam venditio eſt perfecta, ſpectat ad emptorẽ. l. id quod. & l. neceſſario. ff. de periculo, & commodo rei venditæ. in principio. §. cum autem. inſtitut. de emptio. & venditio. & l. 1. & l. 5. C. de periculo & commodo rei venditæ. hæc eſt regula, & ſi vẽditor cenſus obligetur ad caſus fortuitos poſt perfectam cenſus emptionem, & venditionem, non valet tális obligatio, quia ex natura contractus caſus fortuiti ſpectant ad emptorem, nõ ad venditorẽ.

55 Non procedit hæc concluſio ſi res periit venditione non perfecta: nam ſi fuit facta venditio ſub conditione ea non exiſtente, nulla eſt venditio, nec ſtipulatio valet. dicta l. neceſſario. §. quod ſi ſub conditione ff. de periculo & commodo rei venditæ. & vide per totum titulum. ff. & C. de periculo & commodo rei venditę. & propterea emptor ad caſus fortuitos de iure non perfecta venditione non tenetur, &c.

56 Denunciatio caſuum fortuitorum aut eſt generalis, aut eſt ſpecialis certorum caſuum fortuitorum: generalis non valet, ſpecialis valet. textus eſt l. 4. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. vbi gloſſa magna, & Bart. & Iaſ. nu. 2. etiam quod diceret in generali renunciatione, quod voluit haberi pro ſpecificatis omnes caſus, qui contingere poſſent. Iaſ. ibi num. 2. & 28. & allegat Fulgoſium, Angelum, & Alexand. & ſic videtur communis concluſio: ſecus ſi prius ponit aliquam renunciationem ſpecialem, poſtea generalem renunciationem, tunc talis renunciatio generalis comprehendit caſus ſimiles ſpecificatis. capit. qui ad agendum. de procuratorib. lib. 6. Nauarr. de vſur. gloſſ. 5. num. 90.

57 Nec poteſt ſe obligare venditor cenſus cum pacto de non alienando rem cenſui ſubiectam, & ſi ſe obligat, non valet tale pactum, & renunciatio, quia ita ſtatuitur in conſtitutione Pij: & ratio eſſe poteſt: quia venditor cenſus, non vendit totum prædium, ſed cenſum ſuper fructibus prædij, vt dictum eſt ſupra numero decimo. Vnde vt poſſit ſe liberare poteſt prędium vendere, quod eſt maioris valoris, & ſe liberare redimẽdo cenſum, cum valore, & pretio prædij, & quia tale pactũ eſt illicitum in contractu cenſus, & ſolum eo vti licet in contractu emphyteotico, & hoc quia res emphyteotica eſt propria ipſius, qui dat rem in emphyteoſim, & in re propria dando eam alteri ſub aliqua reſponſione, poteſt conditiones, quas vult apponere. l. prima, & ſecunda. C. de iure emphyte. & cap. cum dilectus. de religioſis domibus, & Nauarrus in tractatu de vſuris gloſſa ſexta, numero trigeſimo primo. in contractu cenſus res eſt venditoris, ſuper qua re venditoris, emptor non poteſt apponere dicta pacta, & apponendo ſunt illicita, & bene reprobata à ſummo Pontifice.

58 Immo Pius Quintus voluit, quòd res, ſuper qua impoſitus eſt cenſus alienari poſſit libere, & ſine ſolutione laudemij quocunque modo laudemiũ debeatur de re feudali ipſi dño fundi, vel de re emphyteotica dño rei emphyteoticæ qñ emphyteota vult ſuas meliorationes vendere: tunc cõ-

ſenſus directi domini requiritur, qui requirẽdus eſt,& ſi vult emere, dicta melioraméta,& ius emphyteoticum, & eum expectare per duos menſes, qui ſi noluerit emere dicta melioramenta & ius, poteſt aliis vendere, accepta per dominum quinquageſima parte pretij, vel extimationis loci, quæ quinquageſima pars laudemium vocatur. l. fi. C. de iur. emphyt. Specul. de locato. §. 6. verſ. 104. 107. & ſeq. Tiraquell. de retract. parte 1. §. 6. glo. 1. nu. 3. & ſeq. cenſus non eſt res feudalis; ideo non debetur laudemium de venditione rei cenſualis, nihilominus dicitur in cõſtitutione Pij ſine ſolutione laudemij quocumque modo, quaſi dicat etiam impropriè; adeo quod dominus rei poteſt rem vendere libere,& ſine ſolutione alicu ius oneris emptori cenſus, facta tamen dicto emptori intimatione, de qua dictum eſt ſupra nu. 15. & vide, quæ dixi in quæſtione de cenſibus, num. 34. & licet Nauarr. in tractatu de vſur. glo. 8. num. 93. dicat, quòd non fuit intentio Pij V. liberare dominum rei cenſuaræ à laudemio, ſi alia ratione debeatur laudemiũ. nam vt dictum eſt ratione cenſus dominus rei non tenetur de iure vendendo, rem ſoluere laudemiũ emptori, quia hoc nullibi cauetur in iure, ſed voluit quod nec ex pacto, vel quocunque modo teneatur vendens rem cenſui ſuppoſitam ſoluere laudemium domino cenſus, vel quinquageſimam, aut aliam partem.

59 Pacta facta inter emptorem & venditorem continentia moroſum cẽſus debitorẽ teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidanda, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſeu aliunde acquiſitũ perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint,& nulla. Intentio ſummi & ſancti Pontificis fuit tantũ remouere pacta illicita, quæ apponebantur in contractu cenſus, quæ pacta erant, quod venditor, & debitor cenſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis ob non ſolutionem cenſus in tempore, & quãdo debeatur lucrum ceſſans, dixi in c. 18. in tract. vti poſſid. num. 73. & cambia quando debentur vel non, dixi in dicto c. 18. num. 67. & ſeq. ſeu ad certas expenſas, vel ſalaria taxata in inſtrumento, vel liquidanda & taxanda iuraméto ipſius creditoris, præuia iudicis taxatione. Plotus in l. ſi quando. C. vnde vi. nu. 673. Nauarrus de vſur. glo. 9. ſub nu. 93. dixi in quæſtione de cenſibus. numero 35.

60 Pactum, vt perdat rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem, ob non ſolutionem cenſus in tempore, vel aliud ius, ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum, aut in aliquã pœnam cadat, irrita & inania ſunt tamquam illicita, & lucroſa, & contraria contractui cenſus, & in fraudẽ vſurariæ prauitatis, & de iure dicta pacta non valent. Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. 2. verſ. quid ergo. vbi Decius in 2. lectura nu. 14. & ibi Cagno. num. 116. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt. Plotus in l. ſi quando. num. 452. & ſeq. C. vnde vi. Nauarr. de vſur. glo. 9. ſub nu. 93. dixi in quæſtio. de cenſ. num. 35.

61 Statuit etiam prohibendo Pius V. quòd pro cẽſibus iam decurſis,& decurrendis, non fiãt noui cenſus ſuper eadem re, & optima ratione: quia vſuræ non debent facere nouas vſuras

ras.l.fi. C.de vſur. & l.ſi non ſortem. ff.de condit.indebit.Nauarr.de vſur. num. 94.glo.10.aliqua dicit. & dixi in quæſt.de cenſib.nu. 36.

62 Sicut etiam (ſequitur in ea conſtitutione) annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarét, ſolutiones onerum, id eſt,impoſitionum camerarium, vel aliorum imponi ſolitorum, per communitates, vel alios quoſcunque ſuperiores,quæ mandantur ſolui per æs, & libram, & imponuntur perſonæ pro rebus, videlicet quãtum quis eſt allibratus in catasto tantum tenetur ſoluere pro libra, id eſt, pro immobilibus, pro ęre, id eſt, pro mobilibus. Bart. in l. placet. nu. 57.C.de ſacr.ſanct.eccl.vbi Iaſ.num. 3.& 4. Parpalia num.12.Rolandus à Valle, conſil. 66. num.16.& ſequen. lib. 1.

63 In oneribus miſtis de iure imponũtur onera per æs & libram. Corneus conſ. 217.nu.5.lib.2.Pedemonta.deciſ.6.num.18.Ripa in l.4.in prin.nu. 30.ff. de re iud.

64 Hæc collecta per æs & libram, poteſt per communitates imponi ciuibus & oppidanis, & aliis poſſidenibus in territorio ciuitatum, dummodo ſint eiuſdem iuriſdictionis & non forenſes. Bart.in l.2.C. de fund. patrimo.lib.10. Parpalia in d.l.placet. num.15.& ſeq. C. de ſac.ſanct. eccl. Roland.conſ.66. num.23.& ſeq.lib. 1.Alex.conſ.35.lib.4. & hæc eſtimatio per æs & libram,fit per adæquatores ciuitatum. Petrus Ant. in tract. de muner. §. 2. num. 12. & ſequen. Ant. Gabriell. de conſuet.concluſ.1. num.16.

65 Forenſes pro bonis,quæ habent in territorio alicuius ciuitatis, per æs, & libram collectari non poſſunt. Bar. in l.1.C.de muli.& in quo loco Parpalia,in d.l.placet.nu.20. Roland. cõſ. 32.num.7.lib.1.& hoc quia pro oneribus perſonalibus foréſibus non imponitur collecta.Parpalia in d.nu.20. verſ.omitto. Ant. Gabriell. lib. 6. de iure immun.concluſ.2.nu.2. dat plures declarationes.

66 Sed quando prædia effecta ſunt tributaria, forenſes & omnes, qui poſſident terras in territorio alieno collectas, & onera communitati pro terris ſui territorij ſoluere tenentur ſaltem de conſuetudine Italiæ.Roland. conſil.32.nu.8.lib.1. Aymo.conſ. 3. lib.1. Neuizan.conſ.66.nu.1. & 2.& nu.33. maxime ſi bona foréſium ſunt accataſtata in libris communitatis: nam tũc ſunt tacite obligata, pro collectis.Parpalia in d.l.placet. nu. 30. verſ.item dicatis. Alex.conſ. 52. nu. 5.lib.5.& conſ.101.nu.4.lib.1.& cõſil.68.lib.2.Ant.Gabriell.lib.6.concl. 2.de iur.immunit. nu.12.

67 Onera realia ſunt cenſus taleę,affictus,Equites mortui,portus Anconę, & ſubſidium triennale,& ad iſta vigore alterius conſtitutionis Pij V. tenentur forenſes, vt vidi ſemel in Camera Apoſtolica reſolutum, & imponuntur huiuſmodi onera pro quantitate fructuum, quos quiſque percipit in quocunque loco.c. 36. conſtit. Ægid.lib.2.quia impoſitiones, vel indictiones fiunt rebus,non perſonis.l. 2.C.de annon.& tributis.lib. 10. vbi declaratur quantum quis ſoluere debeat de re quam detinet.

68 His præmiſſis dici poteſt, ꝙ emẽs cẽſum ſup aliquo prædio vel domo, nõ tenetur ad collectas ſuper prædio vel domo,vel ad onera realia pro rata fructuum rei vel domus,ſiue ſit forenſis, ſiue ciuis:nam dominus præ-

D 2 dij,

dij, qui percipit fructus, & poſſeſſionem rei vel domus tenetur onera ſoluere cameræ vel communitati.l.1.C. de annonibus & trib.§. annonas. lib. 10.& l.2. C.ſine cenſ.vel reliquis. & hæc eſt regula,

69 Cēſuarius emit cēſum annuū, ſuper illa re vel domo,& ſic partē fructuū pdij vel domus, ab ipſo dño rei,vel domus, qui emptor nō eſt obligatus ad onera publica, ſed venditor qui poſſidet rem, & domum,& fructus rei, de quibus fructibus ſoluit redditum annuum.l. fin. C. ſine cenſu vel reliquis. vbi Bart. & Bald. numero primo. & Salic. in principio. dicit, q poſſeſſor ſoluere tenetur pro libra, & extimo fundi. Sozzin.conſil. 217. colum. ſecunda. verſ. nono. lib. 2. & per totum conſilium. & Nauarr. in in dicto tractatu de vſuris. num. 132. verſ. ſextum.

70 Illi vero qui non poſſident prædia vel domus, nec bonis fruuntur, nec per eos ſtat quo minus fruantur, non tenentur ſoluere onera impoſita rebus. Sozzin. Iun. conſil. 70. numero 10. lib.primo. Aymo.conſil.767. num.2.lib. 5

71 Sed præmiſſis non obſtantibus videtur mihi, quod emptor cenſus teneatur ſoluere onera realia,vna cum ipſo venditore pro rata redditus vel cenſus, quia cenſum percipit ex fructibus prædij, vel domus, ſuper quo eſt impoſitus cenſus, & ex fructibus onera ſoluuntur, vt dictum eſt ſupra numero 67. ergo onus impoſitum fructibus ſpectat cenſuario pro rata fructuum. Aret. conſil. 10. Tiraquell. de retract. parte 1. §. 32. glo. 1.numero 78.& ſequen.& de primo genitum q. 49. num. 9.

72 Facit etiam alia ratio, quia cenſus vel redditus tranſit in emptorem cenſus cum onere ſuo: nam ſi onus reale eſt impoſitum fructibus & cenſus eſt emptus ſuper illis fructibus grauatis illo onere reali vtique cenſuarius pro rata cenſus conſtituti ſuper fructibus onera realia ſoluere tenetur, vti dicimus in decimarum prouentu, quæ debentur ex fructibus: nam ſi dominus fundi, & fructuum vult transferre in alium fructus non habet poteſtatem auferendi decimam, quę debetur eccleſiæ ſuper illis fructibus. cap. 42. 16. quæſtio. prima. vbi gloſſa. & cap. primo. §. fina. 13. quęſt. prima. & cap. primo de decimis.in extrauag.§.& quia nonnulli obtinent, ibi, cum autem obtineant talia bona ex contractu, puta ad penſionem, vel firmam annuam, in qua non eſt facta gratia obtinenti, ſed in hoc vterque contrahentium ſtuduit ſuam conditionem facere meliorem, perceptores penſionis vel firmæ, de ipſa penſione vel firma decimam exhibebunt. Belenzinus de caritatiuo ſubſidio, quæſtio. 37. Caccialup. late examinat, & reſoluit hanc quæſtionem in tractatu de penſionibus quæſt. 17. quem refert & ſequitur Gigas de penſion. quæſtio. 59. Rebuff. in tractatu de pacific.poſſeſs. numero 120. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. Rub. 4. §. 6. in gloſſa,& Suppoter. numero 7. Decius conſil. 156. numero 4. dicit, quòd colonus & dominus tenētur ad decimas pro rata fructuum, & quilibet tenetur habere rē vel fructus cum onere ſuo, ita videtur dicendum in pręſenti caſu, quòd cenſuarius, & dominus rei, ſoluant onera realia pro rata fructuum.

73 Non obſtant quę dicta ſunt ſupra numero 67. quia verum eſt, quòd poſſeſſor rei tenetur ſoluere onera realia, & decimas, tamen poteſt ipſe

poſſeſſor

poſſeſſor in ſolutione cenſus, vel penſionis pro rata onerum, vel decimarum tangente, cenſum vel penſionem retinere cenſuario in ſolutione cenſus, vel decimarum, ratas ei tangentes. Abbas in cap. cum non. col. prima. verſ. vlt. nota. de decim. Decius conſil. 156. numero 4. vbi reſpondet ad contraria. Gigas. de penſ. q. 59. num. 5.

74 In penſione libera, & exempta ab omni onere decimarum ſubſidij non procedunt quæ dicta ſunt numero 72. vt declarat Gigas in dicta quæſt. 59. numero 6. ſed pacta ſimilia in cenſu per partes apponi non poſſunt, vt dicitur in conſtitutione Pij Quinti, vt ſupra numero 62. & ſi apponantur ſunt irrita, vt ibi dicitur. Secundo limitat Gigas in penſ. ſeptem ducatorum, vt numero 7. Tertio limitat in perſonis exemptis, vt numero 10. & ſeq. Ideo lector videat quando poſſint ſimiles limitationes accommodari cenſui.

75 Nec poſſunt ſe obligari venditores cenſuum ad ſubeundum alia onera, vt puta vt dicit Nauarrus de vſur. ſub num. 94. gloſſ. 11. quòd ſuſcipiāt hoſpitio familiares emptoris cenſus prout toto titulo C. ſine cenſu vel reliquis.

76 Dictum eſt ſupra nu. 10. quòd pactum redimendi habet locum in totum & pro parte, prout venditori placuerit, & idem tenet Nauar. de vſur. num. 95. qui ſubiungit, quòd non ſolum pereunt cenſus perempta re, ſuper qua ſunt impoſiti, ſed etiam pereunt pro rata partis peremptæ, & quia paria ſunt rē perire, vel naufragium fieri, & ita perit cenſus, ſi res fiat infrugifera, ſicut ſi pereat, Caſmote in l. 1. in fine. C. de iure emphyt. vbi dicitur, quòd ſi res pereat in totum, hoc non perit emphyteoticario, ſed rei domino. Si vero perit in parte, ex quo nō perit tota res hoc imputatur emphyteoticario. In contractu cēſus. propter iſtam conſtitutionem, ſi res perit in totum perit venditori, & emptori cenſus, ſi in parte, pariter vtrique pro rata in parte perit, circa redditus rei, & bene dicit Nauarrus in dicto num. 95. quòd eſt differentia inter contractum emphyteoticum, & cenſuarium, vt ſupra dictum eſt, & vide quæ dixi in quæſtione de cenſibus numero 25. vltra medium, poſita infra in tertia parte huius tractatus.

77 Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari cui pretium dandum erit, & poſt denunciam intra annum tamen, etiam ab inuito, pretium repeti poſſe, & vbi pretium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus qñcunque redditum extingui poſſe prçuia ſemper tamen denuncia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mādamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum, nec vnquam effectum ſequutus fuiſſet; ſuper qua clauſula vide quę dixi in quęſtione de cenſib. numero 37. & duobus ſequentib. vide Nauar. de vſuris. glo. 13. num. 95.

78 Et ſic notandum ex hoc textu primo, quòd venditor volens cēſum extinguere, tenetur per duos mēſes ante denunciare extinctionem quam facere intendit emptori, & hoc factum optima ratione, ad hoc vt emptor poſſit prouidere iſto medio tempore, quid agere debeat de pretio dicti cēſus, & debet fieri denūciatio perſonaliter ipſi emptori, ſi poteſt pſonaliter

intimari, ſin autem ad domum, vel in eccleſia. clem. cauſam. de elect. & c.cauſam.de dolo & contum. & in d. clem. cauſam. datur modus intimandi.Si vero facienda eſt intimatio communitati, tunc congregata communitate in loco congruo, maioribus eiuſdum intimari debet.c.1.de poſtu lat. prælat. & in hac intimatione facienda ſeruari poteſt ſtylus, & conſuetudo loci, in quo cenſus ſitus eſt.

79 Et ad hoc vt emptor conſtituatur in mora, non ſufficit verbalis intima tio, ſed requiritur, vt fiat depoſitum actuale pretij cenſus,apud perſonam idoneam, vel in manibus curiæ, ad hoc vt elapſo termino, vel ante ſine contradictione emptor cenſus poſſit pretium recipere, & retrouendere, vt late declarat Tiraquell. de retractu conuentionali.§.4.glo.6. per totum. vbi vide.

80 Si vero venditor ſolum denunciat velle redimere, & non facit depoſitum, tunc in pœna poteſt cogi, ipſe venditor inuitus infra annuum pretium cenſus ſoluere, quia de iure non licet alicui ſocium, vel alium delude re.l.ſi pretor.ff.de iudic.vbi glo.Bar. & doctores.

81 Et ſi emptor ab inuito venditore, non exegerit infra annum pretium cenſus, nihilominus venditor poteſt quandocunque voluerit, emptorem cenſus cogere ad retrouendendum totiẽs quotiens voluerit,facto tamen depoſito & ſeruatis ſeruandis, & hoc fauore ipſius vẽditoris, & ad demonſtrandum, quòd pactum redimendi in contractu cenſus, eſt de ſubſtãtia, ad hoc vt venditor poſſit ſe liberare ab vſuris quando voluerit,contra opinionem illorum, qui tenent poſſe renunciari pacto redimendi, & facere, quòd cenſus ſit perpetuus, quod eſt contra conſtitutiones Martini, & Caliſti, vt declarat Pius Sanctiſs. Pontifex, cui declarationi ſtandum eſt, nõ dicto ſimplicis doctoris, quia ſedes Apoſtolica Romana à Deo fundata eſt.c.1.& 2.diſt.22.& c.1.diſtin.21. & in re dubia ad Papam recurrẽdum eſt.c.1.diſt.20.& leges Apoſtolicæ ſicut leges Petri ſunt obſeruandæ.c.2. diſt.19.& c.per venerabilem,qui fil. ſint legitimi, maxime quia Eccleſia Romana eſt mater & magiſtra omnium eccleſiarum.in concil.Trident. ſeſſ.7.de baptiſmo.canone 3.Ideo ad illam eſt recurrendum ſemper in materia peccati, tamquam ad matrem, & quæ regitur à Spiritu ſancto, & non confidere in proprio iudicio, in quo quis facillime decipi poteſt.

82 Volumus nihilo minus quandocunque cẽſus extingui poſſe, non obſtantibus, de quibus ſupra, in verſ. ſed & etiam poſſe eodem pretio extingui non obſtante præſcriptione centum, & plurium annorum, & temporis etiam immemorabilis. Vnde Nauarrus glo.14.in tract.de vſur. num. 96. dicit, quòd ſublata eſt per iſtam conſtitutionem illa magna difficultas, ꝙ pactum redimendi non tollitur quacunque præſcriptione etiam centum & plurium annorum, etiam immemorabili, & iſto caſu præſcriptioni reſiſtit ius commune, & lex Pontificia, & ſi lex reſiſtens præſcriptioni, non remouetur, non currit præſcriptio.l. Titio vſusfructus.ff. de condit.& demonſtr.Balb.de præſcript.in 1.parte ſextæ partis nu.1. & quando reſiſtat ius cõmune præſcriptioni. Rota deciſ.1. de reſtit.ſpol. in nou. in vltima additione declarat, & quia dicitur expreſſe in conſtitutione, quòd non tollatur centenaria præſcriptione. Fran.Veggius conſ.34.num.6.& 9.

Præſcri-

83 Præſcriptio immemorabilis differt à præſcriptione centum annorum, c. cum nobis. de præſcript. & cap. 1. de præſcript. in 6. nam præſcriptio immemorabilis eſt maioris virtutis, q̃ præſcriptio centum annorum cum habeat vim tituli. Felin. in c. ad audientiam. col. pen. verſ. limita quinto. de præſcript. Ant. Gabriell. lib 5. de præſcript. concluſ. 1. num. 71. Centenaria præſcriptio requirit titulum contra Eccleſiam romanam, vt dixi late. in tractat. de acquir. poſſeſſ. c. 34. num. 157. vſque ad numerum 162. Nauarrus de vſur. gloſsa 15. num. 97. & hac conſtitutione tollitur preſcriptio immemorabilis & cum tollatur immemorabilis, tollitur etiam centinaria. Felin. in rubrica de præſcrip. col. fin. Veggius d. conſ. 34. nu. 2. & ſeq. Tiber. Decianus conſil. 24. num. 114. lib. 1.

84 Sequitur in dicta cõſtitutione Pij, Pacta etiam continẽtia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus. Et ſic prohibẽtur quæcunque pacta continentia pretium repeti poſſe, ab inuito venditore, ſiue ob pœnam, vel ob aliam cauſam. ex hac clauſula reprobatur opinio Innocentij in capit. in ciuitate. de vſuris. vt poſſit conſtitui cenſus cum pacto, vt poſt tres, vel quinque annos, vel aliud tempus, venditor cenſum præfatum redimere teneatur, vt dicit Nauar. de vſur. nu. 97. gloſſ. 16. & dixi in quæſtione de cenſibus nu. 27. quia ſi emptori daretur repetitio, non fuiſſet venditio ex numeratione pretij, ſed mutuum: nam emptor tenetur facere pretium vẽditoris. l. ex exempto. §. 1. ff. de act. empt. ſi emptor poteſt poſt certum tempus pretium repetere, non emit, ſed mutuauit ad tempus, & ſic ex mutuo recepit cenſum, id eſt, vſuram, & propter iſta pacta tanquam vſuraria reprobantur in dicta conſtitutione, &c.

85 Contractuſq; ſub alia forma poſthac celebrandos funeratitios iudicamus, ex ſuperius notatis cenſetur data forma faciendi contractus cenſuũ, quia ſi contractus huiuſmodi alia forma, vel modo facti exiſtant vſurarij cenſentur, & declarantur ipſo iure: nam verbum, Iudicamus, poſitum hic in præſenti tẽpore, importat ſententiam latam à Papa ipſo iure, ſuper inualiditate, & vſuraria prauitate dictorum contractuum, vt declaraui in tract. de pactis & promiſſ. nu. 116. & ſeq. & num. 120. Felin. in c. Rodulphus. nu. 28. de reſcript. & quod ex dictis verbis ſub alia forma cẽſentur data forma à Papa in contractu cenſus faciendo, late declarat Fel. in c. cum dilecta col. 7. verſ. quintum ſignum. de reſcript. quæ forma ſic inducta conſenſu partium tolli nõ poteſt. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. col. 3. verſ tertia declaratio. de conſtitut. Alber. Brun. in tract. de forma in articulo quid & quando aliquid cenſeatur traditum pro forma. col. 1. verſ. aliquando vero. charta 32. Tiraquel. de retract. parte 1. §. 8. gloſſ. 1. nu. 3. & dixi in c. vt minorum. de conſtitu. Ægid. gloſſ. 6. num. 159. qui liber erat intitulandus tractatus de contractibus minorum vel mulierum. Sed Impreſſor tradidit titulum libro, quem voluit, me inſcio, & inuito, ſi Deo Opt. Max. placuerit, omnia corrigemus tempore ſuo, in qua gloſſa vide multa de forma data à lege in cõtractibus & aliis actibus. vide etiam Nauarrum de vſur. num. 98. in glo. 17.

86 Cenſus vero qui reſeruãtur in feudo,

do, in donatione, in emphyteoſi, in legato, & in ſimilibus diſpoſitionibus, cum ſint reſeruatiui, vt dictum eſt ſupra, non comprehenduntur ſub iſta conſtitutione Pij, quæ loquitur ſolum de contractibus cenſuum pecunia ſub titulo emptionis & venditionis quæſitis, vt declarat Nauarrus de vſur. nu. 98. glo. 17. vide j. in 2. parte num. 22. & Menech. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 107. num. 5. & 7.

87 Verum quia Nauarrus de vſur. in glo. 18. num. 98. dicit hanc conſtitutionem habere locum non ſolum in cenſibus redimibilibus, ſed etiam in irredimibilibus, quia irredimibiles expreſſe prohibentur in hac conſtitutione in contractu emptionis & venditionis, vt ſupra conſtituti, & declara vt per Nauarrum, & vide j. par. 2. num. 37. & 55. vbi declaraui doctrinam Nauarri.

88 Extendit præterea Sanctiſſimus Pontifex hanc conſtitutioné ad cenſus iam creatos antea, vendendos, & alienandos poſtea, in qua venditione, voluit quod obſeruentur contenta in hac conſtitutione, ac ſi crearentur de nouo, in omnibus, & per omnia, prout in nouo cenſu creando obſeruantur, & benefecit Optimus Pontifex, quia ſi in priori contractu erat aliquis error, in hoc faciendo remoueretur, & fieret ſine aliquo pacto illicito, pro ſalute animæ vtriuſque partis, vide quæ dixi j. in quæſtione de cenſibus, num. 58.

89 Præterea ſtatuit & declarauit, ꝙ pretium ſemel conſtitutum, nunquã poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui vel augeri. Hæc clauſula fuit neceſſaria, quia emptor ſemper quærit lucrum facere, & quærit ſemper bis eiuſdem rei extimationem quærere, vt dicitur in actione quanto minoris. l. quod ſi nolit. §. ſi quis egerit. verſ. ſed ait Iulianus. ff. de edilic. edicto. & ibi gloſſ. & hoc vult prohibere Sanctiſs. Pontifex, ne ſit in facultate emptoris pretium minuere vel augere in damnũ venditoris, & idẽ prius ſtatutum erat in cõſtitutione Nicolai V. vt per Foller. in praxi cenſuali in §. nihil vltra. num. 1. & 2.

90 Sequitur in fine dictæ conſtitutionis, & licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extẽdamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in domino, vt ſingulos contractus, cẽſuræ bonorum religioſorum ſubiiciant, & animarum ſaluti conſulant, & licet hæc conſtitutio, non extendatur ad contractus cenſuum iam factorum, nam Papa hoc facere voluit ad euitandas lites inter ſuos ſubditos in vniuerſo orbe, & quia leges & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocandũ, niſi nominatim de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit. l. leges 7. C. de legibus; nihilominus lex noua, quæ aliquid noui diſponit, & vigorem ſuum ad præterita negocia refert. Dicit textus in authentica vt cum. de appellat. Cagn. §. ideoque ſancimus. in fine. vbi gloſſa declarat, quòd lex noua ad facta præterita trahitur, in quibus iudicium non eſt inchoatum, ſed vbi iudicium in factis præteritis eſt inchoatum non extenditur. & præſertim ſi Papa declarat non extendi ad facta ante conſtitutionem, prout hic declarauit. Verum licet non diſpoſuerit dictos contractus annullando, vel declarando eos vſurarios: tamen illos omnes in

fauorem

fauorem quorum ſub alia forma facti fuerunt contractus cenſus, hortatur, id eſt, monet, vel mandat, quia in Papa verbum, Hortamur, eſt tantæ reuerentiæ, cui neceſſario parendum eſt. gloſſa in clement. 1. de teſtibus. in verbo exhortamur. vbi Bonifac. Vitall. numero 48. & duobus ſequentib. & gloſſam ſequitur ibi Cardinalis. colum. 2. verſ. quarto oppono. Imol. col. fin. in dicta gloſſa exhortamur. nam licet hoc verbum ſit conſilij; tamen eſt conſilium reuerentiæ, & ideo obligat. Anchar. ibi num. 12. Abbas in cap. 1. col. 2. de conſtitutionib. & ſic iſta exhortatio Papæ hic eſt præceptum omnibus habentibus huiuſmodi contractus, vt ſubmictant omnes contractus cenſuū cenſurę bonorum religioſorum, vt conſulant ſaluti animarum ipſorum. vide infra parte tertia num. 32.

92 Religioſi boni, qui ſint, & præter ea, quę de religioſorum ſtatu dici deberent, ſciendum eſt, quòd Iacob. in 1. epiſt. canonica in fine ait, Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenās linguam ſuam, ſed ſeducēs cor ſuum, huius vana eſt religio, Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hęc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Hęc Iacobus, vbi gloſſa ordinaria dicit, quòd miſericordia & innocentia facit religioſos: Nam iuſſit viduas & pupillos viſitare, ex quibus oſtenditur, quę erga proximum facere debemus, & vlterius eſſe nos immaculatos iubet, id eſt, caſtos & mundos in omnibus noſtris actionibus, & ſicut debeamus ab omnibus illicitis pactionibus, & ab his, quę negantur in conſtitutione Pij abſtinere, vt ſaluti animarum noſtrarum conſulamus, & quę ſint prohibita in conſtitutione cenſus connumerantur ſupra numero 17. per modum epilogi, quæ qui commiſerint vindicantur a fiſco, cum iſta pacta ſint actiones contra legem, & quilibet poſſet ea remouere, & eſſe ſuiipſius religioſus & corrector, vt munde & caſte viuat: nam Adam poſt peccatum fecit pœnitentiam. cap. octauo. §. vt ſciamus. diſtinctione 35. vbi Archidiaconus, Dominicus, & Præpoſit. & ibi dixi numero tertio. nam homo per pœnitentiam recuperat gratiam Dei perditam propter peccatum: nam ante peccatum homo erat filius Dei, & quæ recuperamus per pænitentiam late declarat Turrecrem. in cap. 14. numero ſecundo. diſtinctio. 50. & ibi dixi numero 4. & verus & pius religioſus illi, qui fecit cenſus pro ſalute animæ ipſius nihil aliud dicere poteſt, niſi vt remoueat pactiones illicitas à ſuis contractibus cenſuum; vt iuſſit, & ordinauit Pius Quintus ſanctiſſimę memoriæ, & qui hęc non facit, non conſulit animæ ſuę, & venit contra pręcepta Sedis Apoſtolicæ, & denuo peccat: nam illa exhortatio eſt iuſſio, vt dictum eſt ſupra numero 90. & quidquid ordinat & ſtatuit Romana Eccleſia perpetuo & irrefragabiliter obſeruandum eſt. capit. quarto. diſtinctio. 19. & ibi vide, quæ dixi numero 2. poſt gloſſam Archidiacon. Dominic. Turrecrema. & Præpoſitum, quare boni religioſi conſulanr, vt remoueantur pacta illicita ex cōtractibus facta ante hanc conſtitutionem, quę ſupra numerata ſunt.

93 Clauſulę non obſtantiarum, & aliæ vſque ad finem dictæ conſtitutionis ſunt declaratę infra in 3. par. à nu. 41. vſque ad num. 49.

E Contra

94 Contractum cenſualem an ex ſolutione cenſuum per longum tempus probetur, & Maſcard. de probat. concluſ. 279. tenet, quòd ſic, & an ex inſtrumento venditionis rei cum reſeruatione certi cẽſus pariter probatur declarat in concl. 280. & an in dubio præſumatur cenſus, vel emphyteoſis in concluſ. 281. parte 1. ſed hęc dicta non videntur poſſe applicari cẽſibus, de quibus in hoc tractatu, quia ex cõſtitutione Pij V. contractus cenſus requirit formam, & multa alia, quę in dictis concluſionibus nulla fit mentio; ideo credo, quòd ad probandum contractum cenſus iuxta conſtitutionem Pij V. ſemper requiratur ſcriptura, ad hoc, vt poſſit videri, an forma dictę conſtitutionis, & alia requiſita ſeruata exiſtant, niſi probetur amiſſio ſcripturæ ex aliqua legitima cauſa. vide quę dicam in 2. parte numero 189. & 190.

VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I. C. ROMANI

TRACTATVS DE CENSIBVS

Secunda Pars

IN QVA PLVRES TERMINANTVR QVAESTIONES.

SVMMARIVM SECVNDAE PARTIS.

1 Soluere quis tenetur cẽſus decurſos, & non ſolutos, an venditor, vel emptor rei. & num. 2.

2 Actione perſonali in rem ſcripta, vel potius reali ſit agendum pro cenſibus decurſis, & contra quos, & quomodo.

3 Pactum, quòd ſi venditor ſit moroſus in ſoluendo cenſus poſſit contra venditorem agi ad repetitionem pretij.

4 Sententia iudicis an poſſit conſtitui cenſus, & quomodo.

5 Tutor propter moram depoſiti tenetur ad vſuras.

5 Vſuras ſoluere tutor quando teneatur.

6 Vſuras ſocius depoſitarius & emptor quando teneantur ſoluere.

7 Vſuram exigi poſſe abſque mora in depoſito ex nuda promiſſione, & conuentione depoſitarij.

8 Soluere partem debiti inuito debitore quando debitor poſſit.

9 Cenſus an poſſit conſtitui ſuper grano, vino, & oleo,

10 Conſtitutio Pij V. iuris diuini & naturalis eſt declaratoria.

11 Conſtitutio Pij V. an ſit inductiua iuris humani tantum.

12 Conſtitutio iuris noui an trahi debeat ad prateтita.

13 Principalis intentio in qualibet depoſitione attendenda, non clauſula exequtiue.

14 Conſtitutio Pij eſt ſeruanda in terris nō ſubiectis Papæ propter peccatum.

14 Papa mādata pro correctione fidelium ſunt vbique ſeruanda.

15 Papæ officium eſt corrigere omnes chriſtianos de peccato mortali.

16 Cōſtitutio Pij, eſt in omni ſui parte ſeruanda vbique, quia facta ad tollendum peccata.

17 Conſtitutio Pij condemnat non ſeruantes formam illam non propter præſumptiones.

18 Conſtitutio Pij continet ius diuinum, & humanum, & dat formam, quę ſeruanda eſt.

19 Conſtitutio Pij per non vſum an poſſit in totum vel in parte tolli. & nu. 20.

20 Conſuetudo cōtraria an poſſit tollere conſtitutionem Pij in totū vel in parte.

21 Cenſum ſoluens an ex iure cenſuario, vel emphyteoticario ſoluatur. & nu. 22. 64. 65. & 128.

21 Emphyteoſis an cenſuarius ſit contractus ex ſolutione cenſus quando cognoſcatur. & num. 153.

22 Cenſus reſeruatiuus qualiter conſtituatur, & non ſubiacet conſtitutioni Pij

23 Pœna ob non ſolutum cenſum exacta eſt reſtituenda, & quare.

24 Pœna poſita in contractibus cenſuū ante conſtitutionem an ſint ſoluenda.

24 Pacta illicita in contractibus factis ante conſtitutionem Pij ſunt reuidenda a religioſis, vel iudicibus.

25 Vendere poteſt cenſum emptor cenſus ſeruata forma conſtitutionis Pij.

26 Pretium in venditione cenſus non poteſt minui, vel augeri, & quare.

26 Forma præfata debet ſeruari in pretio non augendo vel minuendo in venditione cenſus.

27 Turris an ſit apta, vt poſſit in ea conſtitui, & imponi cenſus.

28 Pretij partem an poſſit venditor cēſus alteri dare, vt ſoluat ſibi partē cenſus. & num. 29.

28 Venditor quando poſſit pretiū alteri dare licite. & nu. 29.

30 Cenſum emere an liceat ſuper diuerſis prædiis, & quomodo licitum ſit.

31 Diuidere rem, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, an liceat, & an poſſit vendi.

32 Diuiſo fundo an diuidentium quilibet inſolidum cenſum ſoluere teneatur.

32 Venditor rei quando teneatur ſoluere cenſum, & quando non.

33 Emphyteutæ plures ſi vnus non ſoluit partem ſuam præiudicat alteri ſoluenti, & quare.

33 Emptor cenſus quando poteſt agere contra venditorem cenſus quod alienauerit, & quando non. & nu. 32.

33 Pactum an fieri poſſit, vt pretium in aliquo caſu exigatur.

34 Pactum quod venditor cenſus ſi voluerit rem vendere teneatur cenſum redimere, improbatur.

35 Perempta re in totum, vel in parte ante conſtitutionem Pij pereat emptori.

36 Cenſus ſuper certa re, & omnibus bonis ante Pium licitus, & perempta parte bonorum, an perimatur pars cenſus.

37 Cenſus ad rationem quatuor vel quinque non poſſunt fieri perpetui, & ſine pacto redimendi. & nu. 55.

38 Obligatio in forma Cameræ non vitiat contractum cenſus, ſed confirmat.

39 Venditor rei non remanet obligatus facta intimatione venditionis cēſuario.

40 Fructifera res an deſinat eſſe fructifera ſi non reddit tantum quātum reddebat tempore impoſiti cenſus.

41 Sterilitate fundi multorum annorum, an extinguatur cenſus.

42 Molendinum dirutum propter mutationem curſus aquæ, ſi denuo conſtruatur per dominum iuxta curſum aquarum, an cenſus deſuper impoſitus debeatur, vel pretium reſtituēdum ſit.

Molen-

43 *Molendinum ex fiſtula, vel aquaductus, aut cluſa, & mola cum domo efficitur.*

44 *Re non libera vel aliena ignoranter emtus cenſus, an tute in conſcientia exigi poteſt.*

45 *In re aliena ſi ignoranter quis emit cenſum, an ſciens poſſit pretium repetere.*

46 *Pactum repetitionis pretij cenſus, fieri non poteſt ſi res non ſit libera, quia talia pacta ſunt damnata in conſtitutione Pij.*

47 *In re aliena ſciens impoſitum cenſum, licet probari non poſſit, an in foro conſcientiæ poſſit cenſum exigere, vel in foro fori.*

48 *Grani, vini, & olei reſponſione fieri poteſt cenſus.*

49 *Collecta, reſpectu cenſus in quo loco ſoluenda, an vbi res ſita eſt, vel vbi factus eſt contractus.*

50 *Pretium cenſus partim in pretio mercium, & partim in pecunia numerata datum, an vitiet contractum ſtante conſtitutione Pij, quod in pecunia numerata.*

51 *Pretium vt ex pacto exigi poſſit in aliquo caſu an liceat.*

52 *Super credito non poteſt conſtitui cēſus.*

53 *Pactum vt emptor pretium repetat quandocunque voluerit fieri non poteſt.*

54 *Pactum redimendi cenſus nō reſtringitur ad redimibiles, ſed ad irredimibiles.*

55 *Pretij quantitas maior non poteſt tollere pactum redimendi.*

56 *Redimi cenſus poteſt de pecunia numerata, et alia re de conſenſu cenſuarij*

57 *Pretium cenſus in reſtitutione illius non poteſt augeri.*

58 *Redimi an cenſus poſſit compenſatione; & quando, & quomodo.*

59 *Denunciatio vel intimatio redemptionis cenſus qualiter ſit facienda cenſuario.*

59 *Intimatio redemptionis cenſus qualiter ſit facienda emptori.*

60 *Redemptio cenſus ſi fiat infra annum pro rata, an cenſus pro toto anno ſolui debeat.*

61 *Ius congrui an habeat locum ſuper re redempto cenſu.*

62 *Ius congrui in prælatione an habeat locum contra proximiorem, & quomodo. & num. 63.*

64 *Donans Titius Caio mille, vt ei ſoluat quolibet anno ſcut. 100. durante eius vita, an ſubiaceat conſtitutioni Pij.*

65 *Conſtitutiones Pij & aliorum loquūtur in cenſibus pecunia emptis non in reſeruatiuis.*

66 *Cenſus vocatur redditus pecunia empti*

67 *Cenſus ſuper re immobili, & ſuper omnibus bonis non eſt legitime factus, ſtante conſtitutione Pij.*

68 *Duabus rebus certis finibus deſignatis cenſus imponi poteſt.*

69 *In aliena re conſenſu domini rei cenſus imponi poteſt.*

70 *Euictionis promiſſio eſt permiſſa in contractu cenſus.*

71 *Promiſſio de ſoluendo cenſum tempore conuento ſub pœna dupli, eſt prohibita.*

72 *Pactum in quo datur facultas, vt ſi venditor moroſus in ſoluēdo cenſum poſſit capere poſſeſſionem rei propria auctoritate, quando ſit iniquum, & quando non.*

73 *Solutio cēſus in quo loco fieri debet per venditorem tā ex conuentione, quàm de iure.*

74 *Conſtitutio Nicolai V. quid diſponat ſuper cenſibus, & an ſit ſeruanda.*

74 *In feudo, vel ſuper re feudali cenſus an imponi poſſit.*

75 *In fructibus beneficiorum cenſus impo ni non poteſt.*

Emphy-

76 *Emphyteota non poteſt cenſum impone re ſuper re emphyteotica.*
77 *Dotali fundo cenſus imponi non poteſt per maritum.*
78 *Cenſus an poſſit imponi in rebus fideicommiſſo ſubiectis.*
79 *communitatis bonis an poſſit imponi cẽſus, & quomodo.*
80 *Redditus annui an inter immobilia vel mobilia computentur.*
81 *In minorum bonis, an poſſint cenſus imponi, & quomodo.*
82 *Præſcriptione quacũque non tollitur pactum redimendi.*
82 *In bonis prohibitis alienari per teſtatorem, an cenſus imponi poſſit.*
82 *Alienari prohibitis bonis, an cenſus imponi poſſit.*
83 *Officiorum emolumentis an cenſus imponi poſſint.*
84 *Perſonales cenſus qualiter fiant & ſunt prohibiti.*
85 *Cenſus conſtituitur, & venditur eodem contextu ſuper re immobili.*
86 *Pactum, quod ſi non redimit cenſum intra triennium ſit datum in ſolutum emptori, eſt prohibitum.*
87 *Res ſuper qua eſt impoſitus cenſus tranſit ad quemcunque cum onere ſoluendi cenſum.*
88 *Res vendita cum onere ſoluendi cenſum omnes tenetur ſtatim ſoluere.*
89 *Præſcribitur annua præſtatio ſpatio xxx. annorum.*
90 *Præſcribi an poſſit cenſus per emptorem rei per triginta annos, ſi venditor ſemper ſoluit cenſum.*
91 *Præſcribi an poſſit pactum redimendi per emptorem cenſus, qui habet animum faciendi cẽſum perpetuum.*
92 *Spolio an agere poſſit per denegationem ſolutionis annui cenſus.*
93 *Soluendus ſemper eſt cenſus emptori, donec reſtituatur pretium etiam quod ſit ſequeſtratum.*
94 *Venditor qui reſtituit pretium cenſus emptori, an faciat fructus ſuos non facta retrouenditione.*
95 *Pacta illicita poſita in contractu cenſus an tollantur per dictam conſtitutionem Pij V.*
95 *Clauſula, qua ponitur in contractu cenſus, & alius ſecundum conſtitutionem Pij V. an tollat pacta illicita. & num. 96.*
95 *Relatio facta in contractu cenſus ad cõſtitutionem Pij Quinti, an tollat pacta illicita ſi qua ſint in inſtrumento, & nu. 96.*
97 *In ſolutum rem tradere an poſſit venditor emptori inuito, vt liberetur à cenſu.*
98 *Immobilis res cenſus an ſit in vrbe vbi facienda eſt ſolutio, vel in loco, in quo res eſt ſita.*
99 *Pactum redimendi ſi emptor vendit cenſum tranſit in alium emptorem cum illo pacto.*
100 *Fructifera res qualiter intelligatur.*
101 *Pactum redimendi cenſum debet eſſe perpetuum, & eſt de ſubſtantia contractus cenſus.*
102 *Pactum redimendi poſt decem annos, & non infra eſt reprobatum.*
103 *Pactum redimendi conceditur venditori & hæredibus.*
104 *Infans ad retrouendendum cenſum, vel impubes citari non poteſt. & quare.*
105 *Intimari retrouenditio an fieri debeat vſufructuario, vel proprietario, vel vtrique.*
106 *Hæredum plurium venditoris cenſus vnus an poſsit partẽ ſuã redimere.*
106 *Conſtitutio Pij dum prohibet vſuras in cenſibus an contineat ius diuinũ.*
107 *Hæredes plures quando poſsint cogi ab vno hærede, vt redimãt cenſum*
108 *Hæredum pluriũ vnus ſolus an poſsit cẽſus pro omnibus redimere, & quã.*

Hære-

109 *Hæredibus diuidentibus bona ſita in diuerſis locis & vna pars ſita in vna Ciuitate vni & alteri altera pars ſita in alia ciuitate an pactum redimendi diuidatur.*

110 *Cenſus emptus a pluribus inſolidum ſuper certis rebus cum pacto redimendi an poſsit vnus redimere.*

111 *Emptor* Cenſus *relictis pluribus hæredibus & vnus habuit cenſum ille poteſt retrouendere.*

112 *Hæredes plures inſolidum poſſidentes cenſus vnus poteſt cenſum retrouendere.*

113 *Emptores duo ſi emerunt quilibet poteſt cogi vt retrouendat partem ſuam.*

114 Pactum *redimendi poteſt ſeparatim apponi in apoca priuata.*

115 *Emptor ſi obligauit in ſpecie alicui cenſum, ſi venditor redemit illa obligatio non nocet venditori.*

116 *Depoſitum actuale debet facere venditor poſt intimationem factum emptori de redimendo cenſum.*

116 *Depoſitum factum penes campſorē, qui decoxit cuius periculo pereat.*

117 *Depoſitum de pretio cenſus qualiter fieri debeat.*

118 *Depoſitum debet eſſe integrum & nihil deficere debet.*

119 Depoſitum *fieri debet iudicis authoritate.*

120 *Depoſitum factum per uenditorem ſi illud recuperet non eſt depoſitum.*

121 *Depoſitum debet fieri ſine conditione & libere.*

122 Depoſitum *factum à minore, poteſt repeti.*

123 *Pactum quòd quando venditor redimit ſoluat gabellas ſolutas an ſit licitum.*

124 *Pactum de impenſis factis propter euictionem an valeat.*

125 *Executio perſonalis in hæredes an fieri poſſit ob non ſolutionem cenſus.*

126 *in Executione cenſus ſi duo ſuper eadem re emerunt cenſum quis præferatur.*

127 Poſſeſſorium *datur pro annuo cenſu & quomodo.*

128 *Obligatio Cameralis exequi poteſt peremptorem etiam quòd non fuerit præſens in confectione inſtrumenti.*

129 Cenſuarius *an poſſit propria authoritate capere fructus rei cenſualis ob cenſus in tempore non ſolutum.*

130 *Fructus cenſus non debentur amplius reſtituto pretio emptori etiam quòd non ſit factum inſtrumentum retrouenditionis.*

131 Publicatio *conſtitutionis Pij V. an ſufficiat fieri in locis mandatis. à* Papa. *& nu. 132.*

133 *Publicatio in locis publicis facta valet mandato* Papæ.

134 *Sumptum impreſſum conſtitutionis Pij V. Subſcriptum à* Prælato *probat vbique locorum.*

135 *Decretum irritans eſt in conſtitutione Pij V. quæ propterea ligat ſine publicatione.*

136 *Conſtitutiones* Martini *&* Caliſti *de cenſibus an ſint publicatæ.*

137 Cenſus *ſuper pluribus rebus inſolidum an valeat.*

138 *Proteſtatio declaratoria quæ fit in contractu cenſus an poſſit ſaluare contractum factum contra formam conſtitutionis Pij. & 139.*

139 *Proteſtationi renunciatur per actus contrarios.*

139 Proteſtatione *receditur per actum contrarium.*

140 *Montis pietatis loca an inter immobilia computentur.*

141 *Montia vacabilia per obitum an inter immobilia computentur.*

142 Obe-

142 *Obedire debent ſedi apoſtolicæ Reges in materia peccati.*

143 *Nullus eſt contractus cenſus non ſeruata forma non obſtante proteſtatione.*

144 *Minor contrahens non ſeruata forma, quando videatur ratificare contractum maior factus.*

145 *Emptor pretium cenſus repetere poteſt ſi res eſt ſubiecta fideicommiſſo.*

146 *Inſtrumentum narrans falſum facit contractum nullum.*

147 *Euictione agi poteſt antequam res euincatur & quando.*

147 *Fideiuſſor de euictione an liberetur à primaua obligatione. & 148.*

148 *Fideiuſſores præſtitos an ſatisfactum ſit per venditionem quando res vendita eſt alteri obligata.*

149 *in Fideicommiſſo prohibitiuo non eſt ſatisfactum conſenſu aliorum fideicommiſſorum.*

150 *Legitima quando debeatur filio ſi non fecit inuentarium.*

151 *Executiue an poſſit agi contra venditorem cenſus ſuper re ſubbiecta fideicommiſſo.*

152 *Pactum quòd infra quinquennium redimatur cenſus alias ſit perpetuus vel qnod poſſit pretium repeti.*

153 *in Re prohibita alienari in inſtrumento conceſſionis in emphytheoſim poſſit imponi cenſus ſaltim ſuper melioramentis.*

153 *Emphytheoſis conceſſa ſuper caſali cum pacto de non alienando ſub pœna deuolutionis an ex impoſitione cenſus deuoluatur.*

153 *Emphytheoticarius vel locationis contractus qualiter cognoſcatur.*

153 *Contractus an ſit empoyteoticus vel locationis equaliter cognoſcatur.*

154 *Alienatio quando ſit totaliter prohibita de aliqua re conceſſa in emphytheoſim.*

156 *Venditio rei prohibitæ alienari. Si vendatur cum pacto redimendi & redimatur an euitetur pœna, & an ratione equitatis excuſetur.*

156 *Pœnas conuentionales eccleſia petere non poteſt.*

156 *Super melioramentis factis in re, eccleſiæ an poſſit cenſus imponi.*

156 *Eccleſia petere non poteſt pœnas conuentionales in contractu locationis appoſitas.*

157 *Pactum extinctionis cenſus appoſitum in locatione correſpectiua ad inſtrumentum cenſus. eſt illicitum.*

158 *Redemptio cenſus ncn probatur ex confeſſione de recepto.*

158 *Retrouenditio non fit tacite ſed expreſſe fieri debet.*

159 *Alienationis prohibitio facta ſuper domo, ſuper qua poſtea imponitur cenſus annullat contractum.*

160 *Euictionis promiſſio eſt nulla appoſita in contractu nullo à principio.*

161 *Bona omnia in caſu euictionis obligata in contractu cenſus pro damnis & intereſſe & ſic pro cenſibus decurſis, ſunt obligata. & 162*

162 *Damna & intereſſe quando debeantur emptori propter ignorantiam venditoris vel emptoris.*

162 *Euictione venit intereſſe & ſic fructus cenſus.*

165 *Fiſcus tenetur ad damna & intereſſe ratione euictionis.*

163 *Ignorans venditor rem eſſe alienam an teneatur ad damna & intereſſe.*

164 *Intereſſe intrinſecum & extrinſecum quod debetur propter euictionem quod ſit.*

165 *Intereſſe & damna in euictione debentur propter pactum & promiſſum etiam ab ignorante fructum.*

165 *Ven-*

165 Venditor rei non tenetur dominium rei transferre, ex quo tenetur ad intereſſe.

166 Nullo exiſtente contractu ex defectu materiæ non formæ, non annullantur acceſſoria.

167 Onera ex pacto ſpectare ad venditorem hodie prohibitum non ante.

167 Cenſus ante conſtitutionem Pij eſt valide impoſitus ad rationem viij pro centum cum pacto redimendi

167 Pactum quòd emptor cenſus non poſſit expelli de domo niſi redempto cenſu eſt prohibitum. & 168

169 Pactum quòd emptoris arbitrio extinguatur cenſus eſt reprobatum.

170 Imiſſi in poſſeſſione quando quis poſſit vel non.

171 Cenſus impoſitus ſuper fructibus rei prohibitæ alienari valet, ſecus ſi hipotecatur res.

172 Euictione non tenetur venditor quando emptor ſcienter emit rem prohibitam alienari.

173 ad cenſos decurſos non tenetur qui ſe non obligauit ad ſolutionem cenſus.

174 Cenſus decurſi & decurrendi ratione intereſſe peti poſſunt à fideiuſſore.

175 Manuteneri debet in poſſeſſione exigendi cenſus qui eſt in poſſeſſione exigendi.

175 Manutentio dicitur remedium breue & ſummariſſimum poſſeſſorium,

176 Spoliare non licet propria authoritate exigentem cenſum.

177 Spoliare hæredi non licet eum qui eſt in poſſeſſione cenſus.

177 Papa non reſcribit cōtra poſſeſſorem vt priuetur poſſeſſione, ſed contra ſpoliatum & quare.

178 Spoliare poſſeſſorem qui non habet ſe pro ſpoliato non licet hæredi.

179 Poſſeſſoris ius non mutatur ex mutatione perſonæ.

179 Hæres cum beneficio inuentarij an poſſit ſpoliare poſſeſſorem.

180 Hæres tenetur de penſionibus domorum ſoluere cenſus.

181 Res tranſit cum onere & cauſa ſua in alios..

182 Creditores an ſint ſingulares ſucceſſores debitorum.& 183

182 Libri mercatorum quando probent & quando non.

183 Libri mercatorum an probent contra tertium.

184 Inſtitor quando poſſit vel non obligare rationem banchariam.

185 Inſtitor fideiubendo non poteſt dominum obligare.

186 Mercatori ſi detur pecunia ab aliquo potius in depoſitum quàm mutuo data cenſetur.

187 Actionem perſonalem non habet cenſuarius contra poſſidentem rem ex alio titulo.

187 Cenſus emptus ſuper re alteri hypothecata prior hypotheca excludit cenſuarium.

187 Cenſuarius non habet perſonalem actionem contra cenſuarium.

188 Cenſus an ſit conſtitutiuus vel emphytheoticus vel empttius qualiter cognoſcatur.

189 Cenſualis contractus ſcripturam requirit.

189 Scripturam requirit contractus cenſualis emptitius.

190 Scripturam qui dicit factam eſſe de cenſu probare debet.

191 Inſtrumentum factum eſſe de contractu cenſus qui dicit probare debet.

191 Solemnitas intrinſeca eſt formalis.

192 Inſtrumenti rogati per notarium amiſſio per allegantem probari debet, & quæ ſint probanda & per quos teſtes.

192 Amiſſio inſtrumenti rogati qualiter & per quos ſit probanda & quomodo.

193 *Scripturam multi actus requirunt, & quare.*

194 *Terminus praſixus à iudice parti ad probandum ſi non probat in termino tollit ius parti lapſus termini,*

195 *Dux Vrbini quid ſtatuit in impoſitione cenſuum in ſuo ſtatu.*

196 *Inſtrumenti cenſus forma qua in Romana Curia vtuntur notarij.*

197 *Promiſsio ſolutionis cenſus in inſtr̃o.*

198 *Promiſsio euictionis in inſtrumẽto cẽſus. Et quas promiſſiones facere debeat.*

198 *Itẽ promiſſio ſolutionis cẽſus, & facultas data emptori pro ſatisfactione.*

199 *Pacti redimendi in inſtrumento cenſus forma.*

200 *Proteſtatio & declaratio qualiter non intendit recedere à conſtitutione Pij & num. 203.*

201 *Ex forma dicti contractus tria neceſſario requiruntur, & quæ.*

202 *Venditor quid promictit pro cautione emptoris.*

203 *Declaratio q̃ non intendit contrauenire conſtitutioni Pij, quid operetur.*

204 *Retrouendere qui promiſit nõ tenetur niſi facto depoſito.*

205 *Conſtitutio Pij V, an poſſit tolli nõ vſu vel omiſſione formæ.*

206 *Conſtitutio Pij ſuper cẽſibus propter vſuras vitandas an contineat vt ius diuinum.*

207 *Legibus datis pro veritate ſeruanda obediendum eſt.*

208 *Negligentia non debet eſse in principibus & quare.*

208 *Ex negligentia quæ mala reſultent.*

209 *Imperator & Reges debent ſedi Apoſtolicæ obedire.*

209 *Papa eſt Vicarius Chriſti, cui omnes Chriſtiani de mundo debẽt obedire in ſpiritualibus.*

210 *Eccleſia Romana fundata inſtitutione diuina, & à Chriſto.*

1 QVidam P. impoſuit annuũ perpetuum cenſum ſcut. xx. ſuper quadã eius domo, quem vendidit F. pro pretio 250. ſcut. cum pactis tunc conſuetis P. vendidit domum ſic oneratam cenſui Martino non facta mentione cenſus in inſtrumento venditionis præfatæ, qui emptor locauit dictam domũ Mario pro annua penſione ſcut. 40. quolibet anno dicto emptori ſoluenda. Hæres T. cenſuarij, qui non exegit cenſus per decem annos à poſſeſſoribus dictæ domus, egit pro cenſibus decurſis, & non ſolutis cõtra Marium cõductorem & inquilinum, qui nominauit P. in dominum, & patronum dictæ domus: hæres cenſuarij egit ſemper contra Marium inquilinum, & lite ſic pendente ſuper ſolutione cenſus P. dedit in emphyteoſim dictam domum, ſic cenſui oneratam dicto Mario inquilino, qui de conductore factus eſt vtilis dominus domus ſic oneratæ cenſui xx. ſcut. Quæritur quis teneatur ſoluere cẽſus decurſos ante dationem in emphyteoſim dictæ domus, & poſt dictam emphyteoſim, an P. dominus, vel Marius emphyteota, & moderni conſil. 47. lib. 1. num. 6. & ſeq. dicunt, quòd emphyteota tenetur, quia cenſus eſt quædã obligatio ex qua afficitur res ipſa, quæ ad quemlibet ſucceſſorem cum eo onere tranſit, & ad hoc allegat multas auctoritates nu. 6. & emphyteoticarius tenetur ad huiuſmodi onera, vt num. 57. & concludit, q̃ emphyteoticarius tenetur ad iſtos cẽſus num. 8. & ſeq. & bene. & hoc etiã tenet Foller. in praxi cẽſuali. verſ. huiuſmodi cenſualia nu. 83. & 84. Afflictus deciſ. 95. Aymo. conſ. 217. lib. 2. & ipſi moderni probant multis rationibus

nibus num. 10. & multis ſequentib. & dictum eſt ſupra in prima parte huius tractatus num.22.& quia pro cenſu eſt res obligata, & ideo pignoris perſequutio in rem parat actionem creditori.l.pignoris.ff. de pig. act. & l.pignoris. C.eodem titulo, vbi ꝙ pignoris vel hypothecę perſequutio in rem eſt, & gloſſæ, & doctores in dictis locis. & hæres illius, qui poſuit cenſum, vel tertius, non poteſt perſonaliter conueniri pro cenſu. Aymo. cõſ.339.nu.9.& cõſ.499.nu.23.lib.3

2 Verum ipſi moderni in dicto conſ. 47.num.14. lib.1.& conſ. 141.lib. 2. dicunt,quòd quando pro huiuſmodi cenſibus agitur contra poſſeſſorem, quod poteſt à die poſſeſſionis pro decurſis, & decurrendis actione perſonali in rem ſcripta agi contra poſſeſſorem domus,non autem pro præteritis ante quæſitam poſſeſſionem allegat textum in lege emptor. & ſeq. ff. de aqua plu. arc.& l. is cum quo, vbi Bart.dicto tit. de aqua plu. arc. præſertim quia cenſus huiuſmodi debentur ex contractu, emptori cenſus,vel eius hęredi, & concludit, quòd Marius non poſſit condemnari pro cenſibus decurſis ante acceptam domum in emphyteoſim & verã poſſeſſionem acquiſitam dictę domus, vigore contractus cenſus, ex quo reſultat actio perſonalis in rem ſcriptam,vt nu.16. vſque ad numerum 22. Mihi vero videtur quod emptor cẽſus nullam habeat actionem perſonalem etiam in rem ſcriptam contra Marium ſucceſſorem P.qui impoſuit cenſum & Martinũ, qui emit ab hęredibus P.& dedit domum in emphyteoſim Mario, ex quo perſona Marij ex contractu non eſt obligata aliquo modo emptori cenſus, vel eius hęredi, ſed ſolum domus eſt obligata,& ipſe Marius ratione poſſeſſionis & perceptionis fructuum domus, quia fructus ſunt pro cenſu ſoluendo obligati, & ſic nulla actio perſonalis competit cenſuario contra Marium reſpectu contractus cenſus, quia bona ſolum ſunt obligata, ex conſtitutionibus Martini, Caliſti, & Pij, non perſona, vt ſupra eſt declaratum in prima parte huius tractatus nu. 23. maxime quia propter litem motam contra Marium poſſeſſorem domus ſuper cenſu ſoluendo ante factam emphyteoſim erat certificatus Marius qualiter domus erat pro cenſu obligata,& propterea Marius tenebatur ad omnes cenſus,etiã decurſos,& decurrendos, etiam ante factã emphyteoſim, ex hoc ſolo quia erat vtilis dominus,& percipit illius fructus,quæ domus eſt perpetuo obligata, & non perſona Marij: vnde non videntur bene concludere dicti moderni, quòd Marius ſit abſoluendus à cenſibus decurſis ante acquiſitum vtile dominium, reſeruato actori iure agendi pro dictis cenſibus ab his, qui per eos annos domum poſſiderunt, & agendi hypothecaria contra Marium pro cenſibus decurſis poſt ſuam poſſeſſionem,quia cenſuarius poteſt Saluiano interdicto agere pro omnibus cẽſibus decurſis, & non ſolutis à die ceſſationis ſolutionis cenſuum,vſque in præſentẽ diem contra poſſeſſorem domus, quæ eſt obligata, & non perſona primi venditoris domus, nec Martini directi domini, quia pro cenſibus decurſis competit actio realis tantum,contra poſſeſſores rei, ſuper qua eſt impoſitus cẽſus,nõ obligatos in for.Cam. in ipſo contractu & non perſonalis ratione rei poſſeſſæ ſuper qua eſt impoſitus cenſus,vt dictum eſt ſupra in prima parte num. 23.& tenent ipſi moderni

derni in d.conſ.47.num.6. & ſeq.ſed an hæc actio dicatur in rem ſcripta, vt dicunt ipſi moderni, valde dubito, quia actio in rem ſcriptam datur ad exhibendum & ex contractu,vel quaſi vt declarat Iaſon in §.omnium. nu. 6. inſtitut. de act. qnia pro cenſu eſt ſemper obligata res non perſona, vbi non eſt obligatio in forma Cameræ; & ideo datur Saluianum interdictum contra poſſeſſorem pro auocãda poſſeſſione rei ab ipſo poſſeſſore, donec ſatisfiat, vt dictum eſt in tertia parte num.51. ſed vbi eſt obligatio Cameralis in obligatum datur actio perſonalis.Rom.conſil.311.Aymo.conſil. 342. nu. 10.lib.3.vide infra hac parte num.87.

5 Iidem moderni in dicto lib. 1.cõſ. 152.num.5.tenent,quòd poſſit apponi pactum in contractu cenſus, quòd ſi venditor ſit in mora ſoluendi cenſum poſſit pretium repetere, cum ex mora & culpa venditoris cenſus id liceat, quia mora eſt delictum, maxime in eo qui iurauit. l. ſi quis maior. cum ibi notat.C. de tranſact. & quia tunc pretium repetitur à venditore non inuito, ſed volente, quoniam delinquendo conſentit.l.1.§.beſtias.vbi gloſſ. in verſ.onerati. de poſtul. ideo non videtur prohibita repetitio,quæ ſit culpa ipſius venditoris, & ibi ponit multa exempla. Mihi videtur huiuſmodi pactum eſſe contra conſtitutiones Martini, & Caliſti, & tandem Pij V.in qua expreſſe hoc pactũ prohibetur, vt dixi ſupra in prima parte num.84. & huiuſmodi cõtractus non eſt licitus. Primo quia emens cenſum numquam poteſt ſortem repetere, quia ſi poſſet ſortem repetere, non eſſet emptio, ſed mutuum, cum emptor de iure teneatur facere pretium venditoris.l.exempto.§. 1. ff. de act. empt. & in hoc iſtud pactum eſt contra naturam contractus emptionis, & vlterius eſt contra conſtitutionem Pij Papæ V.quæ prohibet pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, aut rem cenſui ſubiectam amittere, aut in aliquam pœnam cadere, hic propter moram cadit in pœnam reſtitutionis pretij prohibitam in d. conſtitutione, ergo non eſt pactum licitum ſed illicitum, & contra formam contractus cenſus, & dictę conſtitutionis formam, & per hæc reſpondetur omnibus adductis ex aduerſo videlicet quòd iſtud pactum eſt contra caſum conſtitutionis Pij V. & contra naturam contractus emptionis & vẽditionis, vide etiam Nauarrum de vſuris. num.3. & infra hac parte num.22. & num.157.

4 Cẽſus annui an conſtitui poſſint per perſonam iudicis,condemnantem alteram partem ad ſoluendum mille, vel cenſus,donec illa 1000.ſoluãtur. Nauarrus in tractatu de vſuris format hanc quæſtionem & arguit pro & contra, vt nu.99.& 100.& tandem in verſ.pro concordia hinc inde allegatorum facit certas concluſiones,& dicit, quòd ſi lis fuerit mota ſuper rebus conſiſtentibus in numero,menſura, & pondere, tenet quòd non poſſit per ſententiam conſtitui ſuper dictis rebus, quia pœna pecuniaria contra debitorem rerum quæ mutuo dari poſſunt, præſumitur impoſita in fraudem vſurarum, & vlterius eſt cõtra conſtitutionem Pij V.cum nõ habeat requiſita:nam non conſtituitur cenſus ſuper re, non venditur, nec emitur,quia hoc iudex facere non poteſt,non numerata pecunia, non datur pactum redimendi, & ſic nullas habet qualitates pertinentes ad contra-

tra-

tractum cenſus iuxta ſupradictas cõſtitutiones, ergo per ſententiam iudicis cenſus contractus fieri non poteſt, &c.

5 Et licet tutor vſuras ſoluere teneatur, donec rationem tutelæ reddat, & reliqua reſtituat. l. 1. §. circa tutelæ. ff. de vſur. & l. tutor qui. ff. de admiiſtr. tut. §. ſi deponi. verſ. ſi præceptum, vbi iudex fecit præceptum tutori, vt ſi non deponat pecunias, debitas vſuras ipſi minori præſtet, tamen iſtæ vſuræ debentur propter moram tutoris, vt declarat gloſſ. & Bar. in d. §. ſi deponi. & facit c. per veſtras de donat. inter virum & vxorem, & nihilominus iſtud argumentum non facit ad contractum cenſus, qui habet certam formam ex conſtitutione Pij V. vt dictum eſt ſupra parte prima in principio, quæ non reperitur in decreto iudicis.

6 Et idem eſt dicendum, ſi ſocius communem pecuniam inuaſit, vel in ſuos vſus conuertit, etiam mora non interueniente, quòd tenetur ad vſuras. l. 1. §. 1. ff. de vſur. quoniam loco pœnæ vſuras ſoluit, & tantum quantum ſocij interſit. l. ſocium. in prin. ff. pro ſocio. & nihil facit hoc argumentum ad contractum cenſus. Et ſimili modo, ſi emptor poſt rem traditam à venditore ad vſuras pretij tenetur, quia hoc prouenit ex æquitatis ratione, quamuis habeat pecunias loco depoſiti. l. 2. C. de vſur. Ioannes Baptiſta Lupus in tract. de vſur. comment. 1. num. 140. & ſeq. & nihilominus eſt res valde diuerſa à contractu cenſus.

7 Et idem dicendum in depoſito ex nuda côuentione, & promiſſione depoſitarij abſque aliqua mora exigi poſſe vſuram. l. publia. §. 1. & l. Quintus. ff. depoſiti. quoniam depoſitarius conuerti voluit pecunias depoſitatas in ſui vtilitatem, & tunc officio iudicis tenetur ad vſuras. l. 3. C. depoſiti. l. qui furtum. ff. de condit. furt. & iſtis caſibus poteſt iudex mandare tutori, ſocio, depoſitario, & emptori, vt ſoluant aliquid loco vſurarum, donec ſoluãt quod debẽt: ſed iſta ſolutio fit loco damnorum expenſarum, & intereſſe, non cenſus, nec poteſt cenſus aliquo pacto accommodari, vt dictum eſt. & Nauar. num. 100. verſ. quę tamen diſtinctio non approbat dictã concordiam per ipſum datam, ſed dicit, quòd iudex poteſt cõdemnare, vt donec reſtituat dicta mille ſoluat cẽſum in pœna vel loco damnorum, expenſarum, intereſſe, & in his caſibus tantum, in quibus debentur damna, & intereſſe, vel vſuræ de iure, & non in alio caſu, ſed ſtante conſtitutione Pij, non poteſt iudex cenſum conſtituere, quia non poteſt pecunia numerari, niſi debitor illam reſtituat creditori, & creditor illam pecuniam vere numeret, & det illi ad cenſum, iuxta conſtitutionem Pij V. & non alio modo.

8 Cenſum pro parte, vel in totum redimi poſſe ſupra parte prima n. 13. oſtenſum eſt. Nauar. in tract. de vſu. num. 101. quærit, an condemnatus ſoluere mille, poſſit ſoluere partem, donec cenſum ſoluat, vt liberet ſe à ſolutione vſurarum, & arguit, pro & contra, tandem tenet, quòd ſic, per decem rationes: licet Alciatus in l. quidam extimauerunt 21. num. 2. ff. ſi cert. petat. dicat doctores regulariter concludere creditorem inuitum non cogi particularẽ ſolutionẽ recipere, quia huiuſmodi ſolutiones, minutatim factas plerunque incommoda afferre. Volente tamen creditore particularis ſolutio admittitur, etiam in exactore publico. l. fin. C. de Apoc. public.

public. lib. 10. & in dicta l. quidam extimauerunt. Decius num. 6.& em phyteota tenetur totum canonem, & non poteſt partem ſoluere inuito domino. Iaſ. ibi numero 7. tamen Nauarrus vbi ſupra tenet, quòd iudex poſſit cogere creditorem partem recipere dictæ ſummæ à debitore, ut poſſit ſe ab uſuris in parte liberari, contra communem opinionem, vt numero 102. verſ. ad quartum. in illa ſumma 1000. ſcut. debita: tamen tenui in cenſu, ex conſtitutione Pij V. ſupra parte prima num. 13. & 14. quod poteſt in totum & pro parte cēſus redimi, in vim dictæ conſtitutionis Pij Quinti, vbi vide, ſed iſte non erat cenſus, vt ſupra oſtenſum eſt numero proximo; & ideo opinio Nauarri videtur contra communem opinionem.

9 Quærit tertio Nauarrus, an poſſit conſtitui cenſus annuus, vel reſponſio annua ſuper alia re, videlicet, grano, vino, & oleo, quam in pecunia, & firmat hanc concluſionem, quòd etiam poſſit conſtitui ſuper reſponſione grani, olei, & vini. Primo, quia in conſtitutione Pij non prohibetur. Secundo, quia hoc firmat Innocentius in c. in ciuitate. de vſuris. quem communiter ſequuntur doctores, ſed in quæſtione 30. numero 120. Idem Nauarrus dubitat, an cenſus ſic conſtitutus ſuper grano, vino, & oleo, debeat reduci ad pecuniam numeratam, quæ iuſte reſpondeat pretio, pro eo dato, quando pretium grani, vini, & olei creuit, & excedat propterea pretium pro dicto cenſu ſolutum, licet cum fuiſſet conſtitutus iuſtum pretium eſſet, arguit pro, & contra: tamen reſoluit, quòd iuſtum pretium grani, vini, & olei ſtatui poteſt à ſummo Principe, & ſecundum quod ſtatutum eſt exigere. Sed quando imponitur cenſus cum reſponſione grani, vini, & olei, debet haberi reſpectus ad communem extimationem grani, & vini, & olei, in illa prouincia per decem annos ante, & ſecundum illam communem extimationem dicti temporis, fieri poteſt extimatio menſuræ grani, vini, & olei, & hoc modo ſunt liciti hi contractus ſuper grano, vino, & oleo, dicit Corradus de contractibus quæſtio. 79. concluſ. 2. Guido Papæ quæſt. 515. numero 2. Franc Marci quæſt. 21. num. 7. parte 2. & dixi in quæſtione de cenſibus in tertia parte huius tractatus numero 52. quia granū in vno anno plus valere poteſt, in alio minus; ideo eligitur medium, & illud quod eſt plus in vno anno, eſt minus in alio, & illud plus & illud minus compenſatur in pretio communi, & mediocri.

10 Quarta concluſio Nauarri eſt numero 105. an hæc conſtitutio Pij V. ſit naturalis, & diuini iuris declaratoria, an iuris humani tantum. Primo arguit quòd ſit iuris naturalis, & diuini declaratoria, vt colligitur ex proœmio, ibi verum etiam quod deterius eſt, contrariis omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, non potuimus animarum, prout tenemur ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiam ſatis facientes, tam graui morbo letiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi. & in fine dicit omnes contractus cenſuales ſub alia forma quam ab ea præſcripta eſſe fęneratitios; & conſequēter contra ius naturale, & diuinū factos, quia vſura damnatur iure diuino, & naturali, & vſurarius eſt maledictus

dictus ſuper omnes mercatores quia rem datam à Deo vendit, & recipit fœnus, & rem datam fœnori ſine aliqua diminutione. c. 11. diſtinct. 88. §. vnde: & vſurarius non habet imaginem Dei, ſed diaboli, vt dicitur in c. 11. in fine cum ſint vſurarij contemptores leg s Dei.

11 Sed contra hanc conſtitutionem arguit dicens, quòd hæc conſtitutio eſt inductiua iuris humani tantum, quia declarat non extendi ad præterita, vt per Abbatem c. fin. de præſcript. & Felin. in c. fin. de conſtit. fallentia ſecunda principali, ſub nu. 4. & hac ratione quia omnis conſtitutio iuris antiqui declaratoria extenditur ad præterita. c. ex antiquis diſtinct. 54. cum his quæ ibi notat Dominic. & ius naturale eſt antiquius ergo pro reſolutione huius quæſtionis dicit Nauarrus quòd contractus fœneratitius eſt reprobatus per ius naturale, & diuinum vt ſupra nu. 10. hac parte oſtenſum eſt, vbi ex proœmio, & ex diſpoſitione huius conſtitutionis Pij, expreſſe reprobatur contractus cenſus funeratitius propterea ſtatuitur in ea, quod ſuper re immobili, & de ſui natura fructifera cenſus imponatur, vt ex fructibus cenſus ſolui poſſit, iuris humani eſt, quod ſoluatur pretium in pecunia numerata, & corã notario & teſtibus, & in alia partita dictæ conſtitutionis diſponitur, quod ſi contingat fieri venditio rei ſuper qua imponitur cenſus, fiat intimatio emptori, per duos menſes ante, & quod emptor cenſus aliis præferatur & contractus ſub alia forma celebrandos funeratitios iudicamus, quæ iure naturali & diuino prohiberi non poſſunt, ſed humano tantum, & quia non extenditur ad prius celebratos cenſus ad quos extendenda erat, ſi tota forma contrahendi inducta eſſet iuris diuini & naturalis, & quia coram Deo poteſt pretium conſtitui, & ſolui in alia re quàm pecunia numerata, de qua dictum eſt ſupra in prima parte nu. 52. & Nauarrus nu. 121. in tractatu de vſur. verſ. trigeſima prima quæſtio, & antea nu. 88. ſuper 3. gloſ.

12 Iſta reſolutio Nauarri non placet reſpectu duarum rationum, quæ in ea allegantur nam licet concluſio vera ſit, vt conſtitutio iuris noui debet trahi ad præterita, quia qui declarat nihil de nouo inducit. l. hæredes palam. ff. de teſtam. & potius ligat conſtitutio antiqua quàm noua declaratoria, & hæc dicit Felin. allegatus à Nauarro in c. fin. de conſtit. num. 4. verſ. fallit ſecundo quoniam Felin. ibi nu. 6. declarat dictam concluſionem, niſi conſtitutio declaratoria reperiret communem obſeruantiam in contrarium prout Pius reperiit, quæ communis obſeruantia in contractu cenſuum, erat contra conſuetudinem antiquam, quę narratur & approbatur in conſtitutionibus Martini & Caliſti poſitis in titulo de emp. & vend. c. 1. & 2. in extrauag. & iſto caſu, iſta conſtitutio non eſt declaratoria antiqui iuris ſed noui iuris editoria, & ideo non trahitur ad præterita, & propterea dixit de cætero, vt bene declarat Felin. in dicto c. fin. nu. 5. & 6. de conſtit. & propterea dicta conſtitutio Pij, imponit pœnam de nouo, & reſpectu pœnę non trahitur ad præterita, vt declarat idem Felin. ibi nu. 8. verſ. 4. limit. & idem dicit Decius poſt Imolam ibi nu. 45. & 49. adeo quod reſolutio Nauarri non videtur ſubſiſtere, quia rationes per eum allegatæ non ſubſiſtunt, quoniam hæc conſtitutio non eſt declara-

clara-

claratoria iuris antiqui,ſed noua con ſtitutio cum dat nouam formam contractibus cenſuum non datam antiquitus. Secundo ſupradictæ clauſulæ additæ à Pio circa pecuniam numeratam, pactum redimendi, & alia ſunt additæ pro maiori conſeruatione iuris diuini, ab illicitis & prauis pactionibus & cautelis, quòd fieri potuit, vt in c. 25. diſtinct. 50. nam pro ſalute animæ Papa hęc facere poteſt, ad quæ Nauarrus non animaduertit, &c.

13 Quantum ad clauſulas conſecutiuas in quibus ſe firmat Nauarrus, dicimus quòd in qualibet diſpoſitione principalis intentio eſt attendenda, non conſecutiua, nam intentio Summi Pontificis, primo fuit dare contractibus cenſuum formam, vt in Rub. dicitur. Secundo fuit tollere auaritiam quæ concernit leges diuinas & humanas & non potuit conſulere ſaluti animarum alio modo, quàm tollere ex huiuſmodi contractibus pacta iniqua, & dare nouam contrahendi formam, ex qua peccata tollantur ideo voluit vt ſeruetur forma pereum data in contractu cenſuum, & illa non ſeruata declarauit cenſus funeratitios, & hoc facere potuit, quia Papa vbi vertit periculum animæ poteſt tollere leges ciuiles c. nouit. de iudiciis. c. fin. de præſcript. & habet iuriſdictionem in temporalibus in toto orbe terrarum Chriſtianorum pro ſalute æterna populorum, & gregis ſibi commiſſi. Turrec. in c. 6. nu. 1. & 2. & Præpoſit. nu. 2. diſtin. 96. vbi dixi. nu. 5. vide etiam infra nu. 26. & poteſt addere per firam conſtitutionem iuri diuino quando tendit in acquiſitione ſalutis æternæ populorum, vt probatur in c. vt conſtitueretur 25. diſtinct. 50. vbi Præpoſit. nu. 4. hoc notat ex dicto textu ita factum eſt hic, quia additum eſt iuri diuino in vſuris tollẽdis pro acquiſitione ſalutis æternę populorũ, & ideo ideo iſta non eſt contemnenda, ſed adiuuanda quia reſpicit ſalutem animarum & c. quia iura humana dicuntur diuina ex quo Deus illa diſtribuit generi humano per ora principum. c. 1. vbi Dominic. in notabilibus & Præpoſit. nu. 7. diſt. 8. & ius canonicum dicitur ius diuinum quia ex authoritate noui & veteris teſtamenti proceſſit. c. qualiter il 2. de accuſ. Præpoſit. in dicto c. 1. nu. 13. diſtinct. 8. & Turrecrem. in ſumma in dicta diſt. 8. nu. 2. declarat qualiter ius humanum dicatur ius diuinum vide infra num. 206.

14 Quærit Quinto Nauarrus an dicta conſtitutio Pij Quinti, ſit ſeruanda etiam in regnis non ſubiectis temporali dominio eccleſiæ, quo ad temporalia vt nu. 106. & reſoluit quòd iſta conſtitutio in quantum eſt declaratoria iuris diuini, & naturalis, cum nihil noui inducat, ſed ſolum quid actum ſit monet, & ius naturale & diuinum eſt vbique ſeruandum c. quod iure. diſt. 8. & quòd decreuit eſſe peccatum vſuræ contra ius naturale & diuinum, vbique gentium credendum eſt, eſſe peccatum vſurarium ſolo iure naturali vel diuino attento, hæc Nauarrus. nu. 106. verſ. omiſſa tamen, &c.

15 Hęc mandata Papæ pro correctione fidelium & emendatione ſceleratorum & pro interdictione imminentium vel futurorum malorum, ſi quis contempſerit eſt excommunicatus. c. ſi quis dogmata 18. 25. q. 2. & gloſſa. 1. in c. 2. de regul. iur. in 6. dicit, quòd Papa in his in quibus vertitur periculum animæ, quo ad vtrumque forum,

rum, poteſt tollere legem Imperatoris Regis, vel cuiuſcunque Principis c.nouit §. cum enim de iudiciis, ibi poteſtas noſtra ex Deo eſt, & ad officium ſpectat de quocumque peccato mortali, quemlibet Chriſtianum corrigere,& ſi correptionem contempſerit per diſtrictionem eccleſiaſticam coercere,& in c.fin.de præſcrip. dicitur quòd omni conſtitutioni & conſuetudini eſt derogandum quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari c.pen. & vlt. de hæret. lib. 6. Nauarrus de vſuris ſub n. 106. verſ. ſecundo probat hanc concluſionem multis auctoritatibus.

16 Dum vero dicit Nauarrus dicto nu. 106. verſ. tertio, quòd dicta conſtitutio Pij, non ligat eos qui Regibus laicis ſubiiciuntur in illa clauſula poſita in dicta conſtitutione, quòd cenſuarius præferatur in emptione rei ſuppoſitę cenſui alteri extraneo, nec illa quo debeat redemptionem faciendam ante bimeſtre denunciare, quia per illas clauſulas nihil declaratur eſſe peccatum, ſed cõtenta in illis viſa ſunt iuſta & ęqua, hæc opinio Nauarri non placet, quia ſi iſtæ clauſulæ ſunt iuſtę & æquę etiam quòd non contineant peccatum illas ſolum omittere etiam quòd cum aliis clauſulis continentibus peccatum coniunctæ, ita & taliter quòd omnes ſimul dant formam & eſſe contractui cenſus propter iſtam coniunctionem & formam ſic conſtitutam pro tollendis peccatis ab omnibus Chriſti fidelibus, in quacumque parte mundi facientibus ſimiles contractus in hoc ſolum obſeruari debent, quia Papa poteſt addere hæc iure diuino, pro tollendis peccatis.c.25.diſtinct. 50.& ibi Prępoſ.n.4.remanentibus illæſis in aliis legibus ſæcularium principum, ex quo ita Papa mandauit, cui in iſtis caſibus tollentibus peccatum, parendum eſt ab omnibus in vniuerſo mundo, & contemnens obedire Papæ, eſt excommunicatus dicto c. 18. 25. q. 2. quia hæc facta ſunt pro interdictione imminentium vel futurorum malorum, & à ſede Apoſtolica ſalubriter promulgata, & Pontificum ſtatuta ſicut legitima & iuſta cuſtodiri conuenit c. 19. 25. q. 2. ideo etiam in hac parte iſta conſtitutio in iſto ſolo caſu ſeruanda eſt in vniuerſo orbe fidelium, & præſertim per ea quæ dicta ſunt ſupra.nu.13.in fine.

17 Dum vero dicit quòd nemo eſt iudicandus vſurarius in foro conſcientiæ propter præſumptiones per hanc extrauagantem inductas, ſi contrarium coram Deo eſt verum, quia nulla lex fundata ſuper præſumptione ligat quem in foro conſcientię, ſeu Dei, ſi contrarium eius quòd pręſumitur eſt verum corã Deo.c.tua de ſponſali. c.humanæ aures. 22. q. 5. & c. is qui cum eius annotationibus de ſponſalibus, ſuper iſtà opinione Nauarri, dixi aliqua in prima parte huius tractatus n.52.& ad ibi dicta remitto lectorem, nihilominus, quia Nauarrus hic dicit quòd tota intentio Papę eſt in pręſumptione, ſi pecunia non eſt numerata, ſed parcat tantus vir, quia Papa intendit in hac conſtitutione dare formam contractibus cenſuum, & inter alia requiſita pro forma, vult quòd numeretur pecunia, ad tollendas omnes malas præſumptiones, tam apud contrahentes, quàm alios quoſcumque, & contractus non declarantur vſurarij in dicta conſtitutione propter pręſumptionem, ſed propter formam non ſeruatam, quæ forma dat eſſe contractui cen-

 ſus

ſus, & forma ſublata contractus declaratur vſurarius, & hoc facere poteſt Papa contra contemnentes mandata ſedis Apoſtolicæ. c. 4. & 5. 25.q.1.& quod contractus eſt nullus forma data à lege non ſeruata dictũ eſt ſupra parte 1. in principio.

18 Ex ſupradictis in proxima quæſtione, & in infraſcriptis reſoluitur, quæ dicit Nauar.nu.107.q.6. an omnia contenta in hac cõſtitutione ſint eiuſdem ſpeciei, & reſpondit, quòd quædam ſunt iuris naturalis, & diuini, quæ ligant omnes Chriſtianos in vniuerſo mundo etiam non ſubiectos Papæ in temporali dominio, vt eſt prohibitio vſuratum, de quibus dixit quæſt. 5. & dictum eſt ſupra num 5. Quædam non ſunt iuris naturalis, neq. diuini, ſed humani noui, de quibus in extraua.c.1.& 2 de empt.& vẽdit.quæ ſunt clarius inducta, & declarata in cõſtitutione Pij ad præſumendum contractus cenſuales eſſe vſurarios, quæ ligat omnes etiam Papæ nõ ſubditos in temporali iuriſdictione; quædam tamen, quæ non continent nec ius naturale, nec diuinum, neque modum præſumendi cenſum eſſe vſurarium. Sed æqua, & digna, quæ in dicto contractu cenſus ſeruari debẽt, vt cenſuarius in venditione rei ſuppoſitæ cenſui præferatur aliis & intimatio redemptionis cenſus faciẽda per duos menſes ante, & quod denunciãs teneatur infra annum redimere cenſum poſt denunciationem etiam inuitus, & quòd hæc vltima non declarãt aliquid eſſe peccatum, nec præſumit contractum vſurarium, niſi voluerit, quòd ſi hæc non ſeruentur, non propterea declaretur contractus cenſus vſurarius, videlicet ex quo non denunciauit, vel non redemit in tempore, Iſta requiſita in hac conſtitutione non poſſunt diuidi. Sed omnia ſunt ſimul accipienda, quia iſta omnia dãt formam in emptione & redemptione contractus cẽſus & quidquid fit contra vel præter formam datam in contractu cenſus vel illius redemptione nullum eſt. Felin. in cap. cum dilecta col.8.verſ.geſta. de reſcript. quam regulam ampliat duodecim modis, & limitat octo modis. Tiraq. de retract. parte 1. §.37.gloſſ.2.num.29. Et forma ad vnguem eſt adimplenda. Felin. in c.ex parte.col.12. de reſcript. Tiraquel. in l.ſi vnquam. in verbo reuertatur. num.63.C.de reuocan. donat. & illius omiſſio etiam in minimo vitiat in totum: quia formæ nihil addi aut minui poteſt, cum ſit indiuidua. Tiraquell.de retract.parte 1.§.1. gl. 21.num. 10. & ſeq. etiam in actis fauorabilibus, & piis, & formæ omiſſione vtile per inutile vitiatur, & dixi in c. vt minorum. in tractatu de contractibus minorum, & mulierum.glo 6.num.172. vnde iſta reſolutio Nauarri non placet, quia omnia, quæ ſunt in hac conſtitutione poſita, pro forma poſita cẽſentur in contractu cenſus, & in illius redemptione ſeruanda, quæ ſi omittantur in toto, vel in parte, tam fauore emptoris, quàm venditoris, contractus eſt vſurarius, & nullus propter formam non ſeruatam, vt in dicta conſtitutione dicitur, & dictum eſt ſupra in prima parte num. 85. ideo iſta diuiſio non admittenda, quia vt dictum eſt ſupra num. 13. Papa potuit hæc addere iuri diuino pro vſuris tollendis, & pro animarum ſalute. c. 25. diſtinct. 50. vbi Præpoſit. numero 4. & vide infra num.20.

19 In 7.quæſt num.108. Nauar. de vſuris quærit, an conſtitutio Pij V. per non vſum poſſit in totum vel in partẽ tolli

tolli, & diſtinguit prout ſupra quæſt. proxima, quòd in his quæ continentur in ea reſpicientia ius naturale & diuinum tolli non poſſunt, in aliis concernentibus ius humanum tolli poſſe, & quòd ea quę concernunt ius humanum in regnis non ſubiectis Papę in temporalibus, quòd poſſet omitti obſeruantia eorum quę concernunt ius humanum, quia in his non ligantur Reges, & regna temporalia, ad quę verba animaduertat lector.

20 Nam conſtitutio pręfata principaliter eſt facta ad tollendum vſuras quę fieri ſolebant, in conſtitutione & venditione annuorum cenſuum & ſic reſpicit ius diuinum & naturale principaliter, & dicta conſtitutio eſt honeſta iuſta poſſibilis ſecundum naturam loco & tempore conueniēs, neceſſaria vtilis & manifeſta. c. 2. diſt. 4. vbi Turrec. §. ideo autem. nu. 2. & 3. & clauſulę appoſitæ vt puta quòd pecunia numeretur, & alia concernentia ius humanum ſunt appoſita prohibitiuè tantum, ideſt non fiãt cenſus, niſi in numerata pecunia, & niſi cum pacto redimendi perpetuo, & dat modum & formam qualiter ſit facienda redemptio cenſus, & ſemper procedit cum verbis negatiuis & contractus contra formam dictę conſtitutionis factus, eſt nullus tamquã factus contra legem. l. non eſt dubiũ C. de legibus, & quòd ibi gloſſa. Bar. Bald. & alij, & lex Papæ quę annullat actus aliter factos, quàm in lege continetur, non poteſt tolli non vſu inferiorum, ſine expreſſo conſenſu Papæ. Archid. in c. cum de beneficio. col. 2. verſ. ſed pone de præbend. lib. 6. & ibi Geminianus col. 3. Anchar. in fine Franc. num. 4. Rochus. de conſuetudine. num. 523. Rota. deciſ. 3. de priuil. in antiquis. Felin. in c. cum acceſſiſſent. col. 13. verſ. quarto limita. & ibi Decius. col. 3. verſ. tertia concluſio de conſtitut. & Alex. conſil. 103. lib. 2. Ant. Gabriell. lib. 6. de clauſulis concluſ. 3. num. 40. & vlterius declarantur ipſo iure contractus aliter facti, vſurarij vt dictum eſt ſupra n. 85. parte 1. Tertio adeſt clauſula, non obſtantibus conſuetudinibus & quibuſcunque contrariis, & quando Princeps ex certa ſcientia improbat conſuetudinem contrariam in conſtitutione requiritur expreſſus cōſenſus Papę, ad tollendum conſtitutionem Papę, propter conſuetudinem contrariam. Ioannes Andręas in additione ſpecul. in titulo de inſtrumentorum editione. §. compendioſe verſ. ſed numquam gloſſa in ſumma diſt. 11. vbi Prępoſit. col. fin. verſ. aut conſuetudo, vbi etiam Domin. verſ. aut conſuetudo quia inferiores non vtendo, vel ex contrariis actibus non poſſunt conſtitutionem Papæ tollere, ſine ipſius expreſſo conſenſu. Felin. in c. 1. in quarta quinta, & ſexta, declaratione de tregua, & pace. Rochus de Curte in tractatu de conſuet. num. 354. & ſeq. & quando lex dicit teſtamenta vel contractum nullum, cōſuetudo non poteſt illud validare. c. conſuetudo. diſtin. 1. & c. fin. diſtin. 11. Bart. in l. ius publicum, & ibi Iaſ. ff. de pactis, nam ſi lex derogat conſuetudini, prout in caſu pręſenti, non poteſt noua conſuetudo contra illam legem induci, niſi ſpecifice per Papam conſuetudo approbetur. Prępoſit. in c. Placuit. 13. num. 4. diſtinct. 32. Nec credo quòd Papa velit approbare conſuetudinem faciendi contractus cenſus, ſub alia forma factos quos declarauit vſurarios ſi fiant alio modo, quia nil aliud

eſſet quàm tollere conſtitutionem ita ſalubrem, & approbare vſuras, ideo miratus ſum quòd tantus vir, quærat ſub talibus diſtinctionibus tollere conſtitutionem ita ſalubrem pro anima, & quiete, & pace populorum, ſub ſomniata conſuetudine malorum, quòd non tollitur ius diuinum & naturale, ſed ius humanum, cum iſta capita ſint ita connexa, quòd ſeparari non poſſint, nec valeant, & potuit Papa hæc addere iuri diuino, vt dicitur in c. 25. diſtinct. 50. & ibi Prępoſit. num. 4. vbi dixi num. 6. & pœna facit homines virtuoſos, quia metu pœnę quis malum facere deſinit c. 1. diſtin. 4. vbi Turrecr. num. 1 2. & 3. & qui retrahitur à malo facit habitum ad virtutes. Turrec. ibi num. 4.

21 Octauo quærit Nauarrus num. 109. an qui ſoluit cenſum ob aliquod prædium, & neſcit an eum debeat ex contractu empyteotico, vel cenſuali, & reſoluit quòd ſi aliud non apparet, poſſe credere ſoluentem in vtroque foro debere cenſum ex iure cenſuario, non ex iure emphyteotico c. ex parte de cenſibus, vbi Abbas not. 4. etiam quando ſumus in dubio comprobat, Didacus in tract. variarum reſolutionum. lib. 3. c. 7. num. 1. verſ. immo in eo dubio dicit quòd licet conſtet de contractu non tamen apparet an ſit emphyteuticus an cenſualis præſumendum eſt contractus is cenſualis potius quàm emphyteuticus Sozzin. conſ. 267. col. 2. lib. 2. quando non apparet de contractu Aymo. conſ. 204 num. 20. lib. 2. vt pœna caducitatis locum non habeat, & cõnſ. 279. in fine. Ruin. conſ. 92. num. 7. & conſ. 160. num 5. lib. 3. capit. deciſ. 103. & 196. Paris. conſ. 84. num. 7. & 9. conſ. 23. num. 9. lib. 4. & quia mitior eſt obligatio debendi cenſum quàm emphyteoſis, quia in emphyteoſi ſi non ſoluit canonem perditur prædium, non ſoluendo cenſum nihil perdit c. cum dilectus vbi gloſſa, & Innocet. de relig. dom. &c. potuit locati Iaſ. in l. 2. nu. 165. C. de iur. emph. tenet quòd probata conſuetudine loci præſumatur emphytheoſis, aliàs cenſuarius, & ſimiliter ſi exhibeatur contractus in quo dicatur quòd in alienatione requiratur conſenſus Eccleſiæ qui ſolet in emphyteoſi præſtari præſumitur emphyteuticus. l. fin. C. de iur. emphyt. Idem ſi promiſit ſoluere laudemium Bertr. conſ. 130. lib. 2. in antiq. Decius conſ. 320. Aymo. conſ. 132. num. 2. & cenſus eſt nomen generale. c. religioſi. de relig. dom.

22 Quærit etiam Nauarrus nu. 110. quæſt. 9. an hodie poſt hanc conſtitutionem Pij liceat alicui dare prædium valoris mille ducatorum, reſeruato ſibi annuo cenſu adiecta pœna, vt ceſſante illo ſoluere per triennium deuoluatur ipſo iure prędium traditum, & dicit quòd ſic, & reſpondet quòd non habet locum in hoc cenſu ſic reſeruato conſtitutio tamquam diuerſa ab iſto contractu cenſuali, & ex diuerſis non fit illatio. l. Papinianus. ff. de minor. & oſtenſum eſt ſupra in prima parte, num. 86. nam iſti cenſus vocantur reſeruatiui, nam ſi quis donat alicui rem ſuam, reſeruata ſibi facultate exigendi ab eo quolibet anno ſcut. xx. cum liceat vnicuique in re propria legem imponere, & pro exactione ſummæ reſeruatæ, competit reſeruanti actio præſcriptis verbis. l. fin. C. de rerum perm. & poteſt

iſte

iſte reſeruatarius penſiones exigere, & in pœnam ob non ſolutionem cenſus rem vendicare. gloſſa in c. conſtitutus de rel.dom.Sotus lib. 6. quæſt. 5.art. 4. Didacus lib. 3. variarum reſolut. c.7. num. 1. & deuoluitur res ob non ſolutionem affli&ct. deciſ. 80. intellige quando adeſt pactum deuolutiuum.

23. Decimo quærit idem num. iij. an qui exigit pœnam ob non ſolutum cenſum poſt nouam conſtitutionem Pij venditum in tempore promiſſo, teneatur illam in foro conſcientiæ reſtituere,& tenet quòd ſic, & bene, præſertim quia ex hac conſtitutione datum remiſſum & dimiſſum contra ea quæ mandantur in conſtitutione Pij fiſco applicantur, vt dictum eſt in prima parte, num. 90. & infra in quæſt. de cenſibus parte tertia, num.56.

24 In cenſu vero conſtituto ante conſtitutionem Pij V. cum pacto quòd ſi non ſoluit in tempore ſoluat pœnam, & Nauarrus in dicta quæſt.10. num. iij. verſ. ſi autem, dicit quòd ſi pœna eſt moderata, & abſque mente fœnerandi appoſita, & iuſte potuiſſet poni, & ſi illam exegit non tenetur illam reſtituere in foro conſcientiæ. ſed ſi fuit pœna exceſſiua, & contra iura, tunc illam retinere non poteſt. l. ſi pacto quò pœnam. C. de pactis, & aduertatur quòd in pœnis imponendis conſideratur cauſa, perſona, ætas, & ratio ſcandali, & ideo pœna eſt imponenda vel leuanda cum cauſæ cognitione, gloſſa ſingularis in c. 8. §. notandum, in verbo voluntate. 2. quæſt. 3.& in contractibus factis ante conſtitutionem Pij, circa iſtas pœnas, & alia pacta illicita ſunt vocandi religioſi, pro reuiſione dictorum pactorum, antea impoſitorum vt dicitur in dicta conſtitutione, & dictum eſt ſupra in prima parte.num. 93.& ſeq. vel Iudex & Canoniſta poteſt dictos contractus antea factos reuidere, tam circa pacta illicita, quàm circa pœnas, & ſuper illis per viam reuiſionis in vim facultatis attributè à dicta conſtitutione Pij decernere illud quòd iuſtum ſibi videtur, & ſic iſte pœnæ ſunt remittendæ arbitrio iudicis.

25. Vndecimo quærit Nauarrus,nu. 112. an liceat emptori cenſus illud vendere alteri ad certum tempus, vel ad vitam ipſius, aut emptoris, & dicit quòd non, per ea quæ dixit ſupra gloſſa 16. in qua dixit quòd nullo pacto ſtatui poteſt vt pretium à conſtituente cenſum inuito venditore repeti poſſit, ob pœnam vel aliam cauſam, niſi quando denunciauit velle redimere, quia tunc intra annum poteſt cogi ad reddendum pretium, ſed quæ dicuntur in 16. gloſſa, non ſoluit quæſtionem, quia ibi dicta loquuntur de emptore cenſus, quòd non poſſit cogere venditorem inuitum redimere cenſum, ſed quando emptor cenſus legittimè conſtituti alteri vendere voluerit, non poteſt alteri ad certum tempus vendere, vel ad vitam ipſius, aut emptoris, ſed tenetur in dicta venditione remouere omnia pacta, & conuentiones quæ ſint contra conſtitutionem Pij V. in qua dicitur, ſed in cenſu exacto alienando dummodo poſt conſtitutionis publicationem vendendus ſit, perpetuo & in omnibus ſeruari volumus conſtitutionem præfatam perpetuo,ideſt etiã quòd fiant plures alienationes dicti cenſus ſic creati, & in omnibus alienationibus forma dictę cõſtitutionis, ſeruari

ſeruari voluit, ne in translatione, & vēditione dicti cenſus de perſona ad perſonam fiat fraus, aut aliqua machinatio: & hæc eſt vera ratio, quare non poſſit vēdi ad certum tempus, ex quo hæc venditio prohibetur in conſtitutione Pij.

26 Et dū quærit an poſſit emptor cenſus vendere dictū cenſum ſic creatū, & conſtitutum ſimpliciter, reſpondit quòd ſic, modo eodem pretio vendat, & non maiori, neque minori, quàm fuit emptus, & hoc videtur ſtatutum ad vitandas fraudes vſurarum, licet ipſe arbitretur in foro cōnſcientiæ, poſſe emptorem vendere cenſum, ſi egeat minori pretio quando non repe rit quem velit emere eodem pretio, mihi videtur, quòd hæc venditio, maiori vel minori pretio cenſus conſtituti fieri non poſſit, quia prohibetur expreſſe in dicta cōſtitutione, & eius forma eſt ſeruanda in venditione facienda alteri cenſus, ſic formati vnde ſi non ſeruetur dicta forma in venditione alteri faciēda, contractus vſurarij declarātur, vt dictum eſt ſupra proxime. Ideo ſemper forma dictæ conſtitutionis ſeruari debet, etiam in vtroque foro meo iudicio, quia ſi forma non ſeruetur, data eſt ſententia à canone, quòd contractus eſt vſurarius, vt dictum eſt ſupra parte prima num. 85.

27 Decimotertio quęrit Nauar. num. 113. an quælibet res, quæ pro pretio æquiualenti cenſui hominibus locari poteſt ad conſtituendum in ea cenſum, habilis cenſeatur, licet locari nunquam ſoleat, quales ſunt aliquot Turres non conſuetæ locari. Tenet quòd ſic. facit l. cōpetit in principio. ff. quod vi, aut clam. vbi quod cupreſſus quòd nullū ferunt fructum, ſi amenitatis cauſa retinentur, poterunt dici fructiferi propter domini volupta tem. Ita domus, vel turris, quæ poteſt locari, ſi non locetur dicitur fructifera, quia apta eſt fructum reddere de ſui natura, eam alteri locando. Sed in turri, ideſt in fortilitio, quòd ſolet retineri pro cuſtodia ciuitatis, vel perſonæ, & non poſſunt, neque ſolent locari ſine periculo, credo imponi non poſſe, in turribus priuatorum, quæ poſſunt locari, poſſe imponi, & quando res ſit fructifera, vide infra num. 100. in hac 2. parte, & ſupra in prima parte num. 3.

28 Decimoquarto quærit an vendens cēſum poſſit partem pretij pro eo accepti dare alicui, ea lege, vt partē cenſus, quæ illi reſpondet, ſoluat eius emptori, & tenet, quòd non, quia in effectu, id eſt mutuare, vt aliquid lucretur, & ita ad vſuram dare, quod eſt vetitum omni iure, vt ipſe notauit in eodem tractatu de vſuris num. 8. vbi quod mutuum dantes nihil inde ſperantes, declarat eſſe pręcepti non conſilij, vt nonnulli dicunt, & probat multis rationibus, & bene, & decimaquarta quæſtio Nauarri eſt, in eodem caſu: ideo bene reſpondit.

29 Sed quia vidi inſtrumentum cenſus, in quo Titius ſuper ſua poſſeſſione impoſuit cenſum 30. ſcut. & recepit pretium ab emptore in numerata pecunia, & fecit inſtrumentum iuxta conſtitutionem Pij Quinti, & incontinenti eodem loco & teſtibus declarauit feciſſe huiuſmodi contractum cenſus ſuper ſua poſſeſſione, vt faceret rem gratam Gaio & Meuio, qui non habebant poſſeſſionem, & propterea conſignauit in præſentia eorundem teſtium, & notarij, pretium integrum dicti cenſus eiſdem Gaio & Meuio, qui recognoſcendo bonam fidem, receperunt pretium declarantes

tes huiuſmodi contractũ cenſus 30. ſcut. factum fuiſſe per Titium, ad eorum inſtantiam & preces, & pro eorum commoditate, & propterea promittunt Titium indemnem releuare, ac tempore debito Titio cẽſus ſoluere vel emptori, & cenſum præfatum extinguere infra quinque annos, & plus & minus vel ad omnẽ petitionẽ Titij, obligarũt ſe in forma cameræ cum iuramẽto ad fauorem dicti venditoris. Quæritur, an contractus ſic factus ſit ſuſpectus, vel illicitus. Ego, ſalua ſemper ſaniori reſolutione, dico, quòd cõtractus ſic factus ſit licitus, quia cenſus conſtitutio eſt legitime facta per Titium, quod Titius non poſſit hoc facere pro alio, vt fideiuſſor, non video prohibitum de iure, nec hoc in dicta conſtitutione prohibetur, quinimo indies videmus in vrbe in ſocietatibus officiorũ hoc fieri, quòd vnus accommodat officiũ ſuum alteri, vt poſſit ſuper eo facere ſocietatem, & illa facta officialis capit pecunias, & illas conſignat amico & declarat, ſolum nudum habere nomen in dicta ſocietate. Amicus recipit pecunias & declarat ſocietatẽ ad ipſum pertinere, & promittit officialem indemnem releuare, tam à ſolutione fructuum, quàm ſortis principalis, & hoc fieri videmus in dies, & non prohibetur, nec iſta eſt vſura, ſed in caſu Nauarri fuit vſura, quia dans pecunias, & recipiens, non declarant, vt ſupra declaratum eſt: nam voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de fur. & l. diuus. ff. ad legem cor. de ſic. in caſu iſto nõ eſt voluntas, nec propoſitum faciendi vſuras, ſed cautio, vel præſtare nudum nomen indigenti pecunia, & pro ea recuperanda habet fideiuſſores.

30 An liceat cenſum emere ſuper diuerſis prædiis ſeparatis, expreſſis tamen finibus eorum, & Nauar. in dicto tractatu de vſu. nu. 113. verſ. decimaquinta, tenet quòd ſic, quia Papa non prohibuit in ſua conſtitutione dum dicit, Super re immobili, & ſic in numero ſingulari cum nõ intendit excludere pluralitatem rerum immobilium, ſed res mobiles tantum: & quia lex vel conſtitutio loquens de vno habet locum in pluribus, vbi militat eadem ratio in illis. gloſſ. in c. ſi compromiſſarius. de elect. lib. 6. & mihi placẽt ſuæ rationes, dummodo exprimatur in conſtitutione cẽſus ſumma ſuper tali prædio ſito in tali loco, videlicet ſcut. x. & in tali ſito in alio loco ſcut. v. & in alio ſito in tali contrata iuxta ſuos fines ſcut. iiij. & hoc modo habebitur reſpectus ad loca diuiſa, & fructus eorum ne contingat propter negligentiam cenſum conſtituere contra formam conſtitutionis Pij Quinti, in damnum contrahentium bona fide, quod poſſit imponi in pluribus poſſeſſionibus & prædiis, probatur in conſtitutionibus Martini, & Caliſti, vt dixi in prima parte huius tractatus ſupra num. 30. & 38. vide etiam infra hac parte num. 137.

31 Quærit Nauar. num. 114. an liceat diuidere rem, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, & vendere diuerſis diuerſas partes, & reſpondet, quòd ſic, primo, quia diuiſio non prohibetur in cõſtitutione Pij, & hoc verum eſt, vendere vero rem diuiſam eſt permiſſum, ſeruata tamen forma conſtitutionis. videlicet cum cenſuario, vel emptore cẽſus, intimando eidem ſi vult emere talem partẽ poſſeſſionis, ſuper qua eſt impoſitus cẽſus, pro illa rata, quæ tãgit ipſum diuidentẽ, & vẽdere volẽtẽ, quia conſtitutio procedit in parte vẽdenda ſicut in toto: nã pars in toto eſt,

eſt, eadẽ enim res accipitur,& ſi pars petatur eius quod totum petitum eſt, nec intereſt vtrũ in corpore hoc quęratur, an in quantitate vel in iure.l.ſi quis cum totum.ff. de exceptione rei iud.& in toto pars continetur.l.in toto 114.ff.de regul.iur.vbi Decius.Cagnolus, & Mainerius.vnde concludo quòd poteſt pars diuiſa vendi facta intimatione iuxta formam conſtitutionis præfatæ, & non alias: nam lex quę habet locum in toto fundo,habet etiam locum in parte, & ſicut totus fundus non poterat alienari, non facta intimatione,ita pars fundi,& hoc modo eſt intelligenda concluſio Nauarri.

32 In 17.quæſt.dubitat idem Nauar. ſub num. 114. an venditor, qui vendit aliquas partes fundi cenſualis,ipſe ſolus teneatur ſoluere totum cenſum, an etiã illi, qui illas partes emerunt,reſpondet, quòd cenſuarius poterit totum cenſum petere a quolibet illorum. Primo, quia ex multiplicatione hęredum non fit deterior conditio creditoris.l.2.§.ex his.ff.de verbo.oblig.& l.plane.ff.famil.herc.qui textus §.ex his.eſt potius cõtra quàm pro:nam ille textus loquitur in caſu, in quo res promiſſa non recipit diuiſionem, & iſto caſu quilibet hæredũ tenetur inſolidum,ſed vbi res recipit diuiſionẽ prout in caſu præſenti,quilibet ex conſortibus, vel ex ſociis rei tenetur pro parte ſua,vt dicunt Bart. & omnes doctores ibi,& hæc eſt veritas vnde iſta reſolutio Nauarri non videtur vera quia emptori cẽſus, pro cenſu habet actionem realem non perſonalem, vt eſt declaratum ſupra in prima parte num.21.& 22. & pro cenſu ſoluendo intentari poteſt Saluianum interdictum, ex quo immittetur in poſſeſſione rei ſup qua impoſitus eſt cenſus, in qua permanebit donec ſatisfiat, ſed non poteſt agere perſonali actione contra poſſeſſores,vel eorum quemlibet, vt in ſolidum ſoluat quilibet poſſeſſorum cenſum impoſitum ſuper re communi, niſi in ipſa conſtitutione cenſus ſe in ſolidum obligauerint in forma Cameræ.

33 Præterea aut in venditione partis prædij,vel domus, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, fuit facta intimatio emptori cenſus de venditione partis poſſeſſionis vel domus, ſi fuit facta intimatio de dicta venditione partis non poteſt contra tertios poſſeſſores, illius partis agere, niſi pro parte cenſus, tangentis partem alienatã, quia permiſit illam partem alienari,& ſcit etiam alienatam partem illam própterea non poteſt agere pro illa rata cenſus tangente illam partem, niſi contra poſſeſſorem illius partis, pro reſiduo vero contra venditorem, qui vendidit ſeruata forma cõſtitutionis Pij, ſciente & patiente emptore cenſus, & ſic pro illa parte ſe liberauit venditor, non autem pro alia parte: ſi vero nullam fecit intimationem in venditione partis, poteſt emptor agere in ſolidum pro toto cenſu contra venditorem, quia ex facto malo venditoris, non deterioratur cõditio creditoris, & in hoc facit ratio dictæ l. 2.§.ex his.ff.de verborum obli.in emphyteota vero ſi vnus ex pluribus hæredibus non ſoluit, præiudicat illa nõ ſolutio ſoluenti.Iaſ.in l.2.num.57.& 58. C.de iure emphyteot. & idem in vectigali, quia non diuiditur emphyteoſis & vectigal in præiudicium illius,cui debetur.l.communi diuidundo.ff.comm.diuid.in cẽſu ſecus, quia eſt diuiſibilis,vt concluſum eſt ſupra, & pro emphyteoſi vide Iulium Clarum in §.emphyteoſis.q.8.verſ.quæro,

ro, quòd ſi emphyteota, vide inf. hac parte num. 110.

34 Decimo octauo quærit nu. 115. an in conſtitutione cenſus liceat paciſci inter emptorem & venditorem, quod caſu quo venditor cenſus vel prædiũ vel partem eius vendere voluerit, teneatur cenſum redimere, & dicit, ꝙ non licet hoc pactum apponere, ex quo prohibentur ſimilia pacta in cõſtitutione Pij, videlicet, vt venditor cogatur cenſum redimere, ſed bene cogitur intimare emptori cenſus venditionem faciendam, vt dictum eſt ſupra in 1. par. nu. 24. & bene.

35 Decimo nono quærit ſub nu. 115. an cenſus factus ante conſtitutionem Pij Quinti, ſuper re certa, ea perempta, vel pro parte infructifera effecta, cenſus minui debeat in totum, vel pro parte: & reſoluit, quòd non minuatur, nec in totum, nec pro parte, ex eo ſolo, quod pars prædij cenſui ſuppoſita perdatur, cum venditor cenſus liberetur relicta & conſignata parte prædij remanente ipſi emptori cẽſus, quæ reſolutio non placet, quia in re tantum poterat ante hãc conſtitutionem cẽſus conſtitui, non in perſona, vt dictum eſt ſup. in prima par. num. 6. & in conſtitutione Martini dicitur in bonis in ipſo cõtractu expreſſis, pro ipſius annui cenſus ſolutione obligatis: & ideo perempta re periit cẽſus etiam ante conſtitutionem Pij, quia bona ſolum erant obligata pro ſolutione cẽſus ex conſtitutione Martini, quam conſtitutionem Pius declarauit, & in conſtitutione Caliſti §. iidem, ibi, proceſſu temporis ad omnimodę deſtructionis, ſeu deſolationis reduceretur, ob hoc pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent, & ſic iſte caſus eſt deciſus ante conſtitutionem Pij, & ita etiam iure cauetur, quia periculum rei emptæ ſpectat ad emptorem. §. cum autem. inſtit. de empt. & vendit. & l. 1. & 5. C. de periculo & commodo rei vend. & l. 7. & 8. ff. eod. tit.

36 Vigeſimo quærit, an cenſus ſuper certis definitisque rebus conſtitutus, & ſuper omnibus facultatibus vẽdentis pereat in parte, & parte illorum bonorum perempta cui pereat; & reſpondit, quòd non perit venditori, quia ante hãc conſtitutionem Pij poterant cenſus creari ſuper omnibus bonis vẽdentis cenſum: ſed hodie nõ, ex quo prohibetur in conſtitutione Pij Quinti, ſed eſt aduertẽdum illud quod factum fuit ante conſtitutionẽ Pij V. potius ex praua quadam conſuetudine fiebat, quam de iure, quia Martinus dicit ſuper bonis in ipſo cõtractu expreſſis, pro ipſius annui cenſus ſolutione obligatis, ideſt ſuper bonis particulariter deſignatis, & propterea huiuſmodi contractus ſunt reſcindendi à bonis religioſis, vt dictum eſt ſupra parte 1. in fine. & faciunt ea omnia, quæ diximus ſup. num. prox.

Nec facit quòd conſtitutiones Caliſti & Martini non ſint prohibitiuæ, vt eſt conſtitutio Pij, ſed confirmatiuæ conſuetudinis, & propterea poſſunt tolli contraria conſuetudine: reſpondetur, quòd conſtitutiones præfatæ ſunt iuſtæ, & æquæ, & dant formam contractibus cenſuum, & ſunt ordinatæ ad bonum commune, & tollendum peccatum vſurarum, cũ clauſula, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare prę́ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Petri & Pauli ſe nouerint incurſurum. Et ſic ſunt excommunicati contrauenientes, & damna-

ti à ſancto Spiritu. c. violatores. & c. generali. 11. q. 1. hæ conſtitutiones nõ ſunt conſtitutiones conſilij, ſed decreti, quia Papa non hortatur, ſed mandat dando formam in dictis conſtitutionibus. ideo non poſſunt tolli conſuetudine laicorum, vt extra dictam formã liceat laicis facere contractus illicitos, & vſurarios, & videtur iſta conſuetudo contra præceptum Dei, Non fœnerabéris, & de qua dictum eſt ſupra num. 20.

37 Dixi in quæſtione de cenſibus, de qua infra in tertia parte huius tractatus, quòd ex conſtitutione Martini Quinti in contractu cenſus ſemper expreſſe dari debet facultas & gratia venditori, quòd annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorũ, quam venditor ab emptore recepit, quandocunque vellet libere abſque alicuius contradictione extinguere, & redimere poſſet, & idem firmat Caliſtus in c. 1. in extrauag. de empt. & vẽdit. & Paulus Tertius dictas conſtitutiones Martini & Caliſti confirmat, & Pius Quintus nõ ſolum confirmat quæ dicunt ſupradicti Pontifices, ſed addit poſſe pro eodem pretio ſemper extingui, non obſtante quocunque temporis lapſu, non obſtantibus aliquibus pactis, directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcunq. verbis concepta ſint, & contractus ſub alia forma factos, fęneratitios declarat ipſo iure, & hæc omnia expreſſimus in dicta quæſtione de cẽſibus nu. 14. 15. 16. 54. & 55. quę nũc impugnãtur à dicto Io. Franciſco de Bernardis Placentino, qui in ſuo tractatu de cenſibus ait, quòd cõtractus cẽſuum fieri poſſint perpetuo ſine dicto pacto redimendi, dummodo fiat maiori pretio, videlicet ad rationem quatuor vel quinque pro centinario, quaſi tunc non militet eadem ratio, quæ militat quando emitur cenſus ad rationem ſex, ſeptem, & octo pro centinario, & plus & minus, prout ipſi contrahentes inter ſe conuenerint, vt per Martinum quintum in dicto c. 1. verſ. & pro qualibet marca. de empt. & vend. & ſic maius vel minus pretiũ non poteſt tollere pactum redimendi in contractu cenſus, ſed ſecundum dictas cõſtitutiones Pontificum in omni contractu cenſus debet apponi pactum redimendi aliàs contractus eſt vſurarius, quia forma dictarum conſtitutionum, & præſertim Pij non eſt ſeruata, & per has conſtitutiones tolluntur quę ex aduerſo dicuntur, & confirmãtur quę dixi in dicta quęſt. de cenſibus poſita infra in 3. parte huius tractatus, vnde non poteſt validari cenſus reiecto pacto redimendi, quia eſt declaratus vſurarius ipſo iure à Pio V. tãquam factus non ſeruata forma cõſtitutionis, & nõ eſt opus ſententia iudicis in hoc, nec partis petitione, quia per illud verbum, Iudicamus, eſt data ſententia à Papa, & à iure in dicta conſtitutione Pij quinti, ſtatim quod eſt factus contractus non ſeruata forma conſtitutionis Pij Quinti, videlicet quod huiuſmodi contractus ſint vſurarij tamquam facti non ſeruata forma, vt ſupra pluries dictum eſt, & Nauarrus in gloſſ. 18. num. 98. hoc expreſſe tenet, quod hæc conſtitutio procedat tam in cenſu redimibili, quàm in non redimibili, quia generaliter loquitur ſine vlla diſtinctione de omni conſtitutione cenſus, vide infra numero 55. & num. 152.

38 Vigeſimo primo quærit num. 116. vtrum conſtitutio Pij tranſgrediatur per eum qui vendit cenſum, & obligat.

gat ſe ad ſolutionem cenſus in tempore conuento in forma Cameræ, & Nauarrus dicit quòd ſic,quia conſtituit & vendit cenſum in alia forma,quàm poſita in illa conſtitutione Pij Quinti, & obligat ſe ad pœnas & incommoda, quæ incurrũtur per obligationem Cameralem, & pacta omnia & conuẽtiones contrariç irritantur, ad quæ venditor iure communi non tenetur. Nauarrus parcat mihi non intellexit cauſam propter quam obligatio cameralis ponitur in contractu cenſus:nam poſtquam eſt perfectus contractus iuxta conſtitutionem Pij V.notarius dicit, pro quibus omnibus & ſingulis adimplendis & obſeruandis in ampliori forma Cameræ Apoſtolicç ſe obligauit cum iuramẽto, vnde obligatio in forma Cameræ non contrariatur conſtitutioni Pij V. ſed ponitur ꝓ illius maiori obſeruatione,& non inducit pacta cõtraria,ſed ea, q̃ licita ſunt ex cõſtitutione magis confirmat, vnde parcendũ eſt illi, quia non erat curialis, nec verſatus in praxi Romanæ Cur. quæ eſt altera lex diuerſa à legibus, & canonibus, in qua ſæpe errant maximi Iuriſconſulti extra curiam veniẽtes. Vnde obligatio in forma Camerç nõ vitiat, ſed confirmat contractum cẽſus, & vlterius toleratur à Papa, & à curia, cum clauſula, Salua conſtitutione Pij Quinti.& hæc eſt curiæ conſuetudo,quæ declarat qualiter ſit intelligẽda dicta conſtitutio circa obligationem Cameralem, & quæ longã interpretationẽ habuerunt, non ſunt mutanda. l.minime.de legibus.& in conſtitutione Nicolai Quinti de cenſibus datur inſtrumento cenſus exequutio, prout dat obligatio Cameralis. Foller.in praxi cenſuali.§.tamquam res iudicata.num.1.& 2.& numero 50. & per totum §. præfatum. & propterea obligatio Cameralis non eſt contra naturam contractus cenſus, ſed pro illius faciliori exequutione, eſt apponenda ad hoc, vt habeat exequutionem paratã,& vt nulla admittatur exceptio, & hæc à Nicolao ſunt approbata, quæ plus placent.

39 Vigeſimo ſecundo quærit Nauarrus num.116.Venditor cenſus an deſinat eſſe obligatus ad ſoluendum illum vendendo, & diſtrahendo rẽ cenſui ſubiectam. reſpondit, quòd non modo requiſito cẽſuario, dum illam vẽdit,& bene,quia res cenſualis tranſit cum onere ſuo. c.ex litteris.de pigno.& ceſſante cauſa ceſſat effectus, & dictum eſt ſup.in hac ſecunda par. num.1.& ſeq.

40 Vigeſimo tertio quærit an res cenſui ſuppoſita deſinat eſſe in parte frugifera, eo ſolo quòd non reddit tantum quantum tempore conſtitutionis & venditionis eius reddebat. Reſpondet quòd non. Conſtitutio Pij Quinti dicit, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totũ vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire. mihi videtur, quod conſtitutio Pij, & dictum Nauarri pugnent inſimul: nam Pius vult ad ratam perire, Nauarrus non, propterea videndum eſt, an in magna vel parua quantitate eſt effecta infructuoſa,ſiue tempeſtatis, vel alio cœli vitio, in vno anno vel pluribus annis, & tunc vide l.licet. C. locat. & quæ dixi infra in 3.par.nu. 70. & vel aliàs ſunt omnia iudicis arbitrio remittenda, vt ſecundum qualitatem temporum iudicet, vide infra nu. 97.

41 Vigeſimo quarto quærit Nauar. num.117.an propter ſterilitatem fundi multorum annorum extinguatur

cenſus, & tenet, quòd non . primo q nullo iure cauetur quod extinguatur, & bene , tum quia relinquendo prędium emptori cenſus liberatur , hoc ita ſimpliciter dictum non credo verum : nam in quæſtione de cenſibus , de qua infra in 3. parte num. 71. in fine,dixi quòd ſi ager ex aliquo accidenti ſit infructuoſus per plures annos, tunc efficitur pro rata infructuoſus emptori cenſus , vt dicitur in conſtitutione Pij V. & quanta ſit iſta ratio remittenda arbitrio iudicis , & in dubiis ſemper recurrendum eſt ad arbitrium iudicis , quia potuit fieri infructuoſus culpa venditoris , qui non fecit omnem diligẽtiam, vt laboraretur fundus , & fieret fructuoſus , vt quilibet diligens paterfamilias facere tenetur de iure l.ex conducto.§.fi. ff.locati.vbi gloſſa.nam ſi res diligentia domini eſt meliorata, nõ aufertur ſi negligẽtia deſeritur, aufertur.l. fin. C. de alluuion . & propterea non ita ſimpliciter credo verum quod dicit Nauarr. quòd relinquendo fundum deſertum culpa & negligentia debitoris cenſus , ipſe debitor liberetur , quinimmo credo quòd teneatur ſi eſt obligatus in forma Cameræ , vel eſt de primis obligatus ſoluere cenſum , quia prædium culpa ſua non fert fructus , ſi eſt hæres , & fuit negligens in cultiuando ſibi imputetur , quia damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputari debet.cap. damnum.& ibi Dynus de reg.iur. in 6.& propterea hæc ſunt iudicis arbitrio relinquenda,& non permittere venditorẽ vt relinquat rẽ pro derelicta emptori vt non ſoluat cenſum .

42 Quærit etiam Nauarrus quęſt.25. numero 118. ſi imponatur cenſus ſuper aliquo molẽdino quod deſtruitur à domino , ex quo aqua mutauit curſum,& conſtruitur ab eodẽ dño in alio loco ꝓprio,prope curſum dictæ aquæ,an cẽſus impoſitus ſuper primo molẽdino deſtructo cẽſeatur impoſitus ſuper ſecundo molendino denuo per dominum ædificato , & reſoluit , quòd non tenetur dominus de ſecundo molendino ſoluere cenſum , licet pretiũ reſtituere teneatur , fundatur hac ſola rõne, quia nauis, vel domus ædificata de materia deſtructæ domus vel nauis nõ dicitur eadẽ nauis , vel domus.l. inter ſtipulantem. §. ſacram.verſ.& nauis . ff. de verborum obligationib.aut cogetur reddere pretium, vel conſtituere illum ſuper nouo molendino, vel alia eius re .

43 In iſta quæſtione conſiderandum eſt , quòd molendinum conſtat ex mola, & ex fiſtulis, in quibus ducitur aqua , domus defendit molendinarium & granum ab omni tempeſtate, cum mola ſit farina , dum voluitur à curſu aquarum, cum fiſtulis ducitur aqua ad molam . Cenſus eſt impoſitus ſuper molendino , & ſic ſuper iſtis tribus , videlicet domo , mola , & fiſtulis , cum quibus ducitur aqua, vnde ex deſtructione domus,non deſtruitur mola , nec fiſtulæ , in quibus aqua fluit , & licet ſit facta mutatio aquæ de vno loco ad alium per eum, qui erat dominus molendini in alio loco in ſuo fundo facere potuit molendinum, id eſt, nouam domum, in qua conducit eaſdẽ fiſtulas cum quibus colligit aquas, quas ducit ad eandem molam , quæ erat in primo molendino, & ſic ex parua loci mutatione ſit idem molendinum , in ſolo eiuſdem domini , & ſic dominus primi eſt dominus ſecundi molendini , & appellatione molendini non venit domus ſola , ſed cluſa , fiſtula , & aquæductus . Ruin. conſilio 94.numero

ro 7. lib. 4. & pars potiſſima molendini aquæductus eſſe cenſetur: nam ſi aquæductus debeatur prædio, & ius aquæ tranſit ad emptorem cenſum etiam ſi nihil dictum ſit, ſicut & ipſæ fiſtulæ, per quas aqua ducitur, licet extra ædes ſint, quamquam ius aquæ non ſequatur, attamen fiſtulæ & canales dum ſubſequuntur quaſi pars ædium ad emptorem perueniunt. l. ſi aquæductus. & duobus ſubſequent. ff. de contrahen. empt. & ibi gloſſa, & Bart. & propterea mihi non placet opinio Nauarri, ſed ſum in contraria opinione, quod idem dominus molendini, cum eodem curſu aquarum teneatur ad ſolutionem cenſus, etiam quod domus molendini ſit ædificata in alio loco, quia domus non eſt molendinum, ſed pars, vt dicitur in dicta l. quamquam. & Salicet. in dicta l. ſi aquæductus. ff. de contrahen. emptio. Ruin. in dicto conſ. 94. nu. 7. & 8. lib. 4. Bald. in cap. ſignificante. numero 2. verſ. item quod ſine finibus. de reſcriptis & duæ aliæ partes molendini eſt mola, aquæductus, & fiſtulæ, vt dicit Ruin. & Salicet. vbi ſupra, in quibus cenſus ſubſtinetur; ideo dominus tenetur ad ſolutionem cenſus ſuper nouo molendino conſtructo, non obſtantibus his, quæ dicit Nauar.

44 Vigeſimo ſexto quærit numero 118. an qui emit cenſum ſuper alia re non libera, vel ſuper qua non poterat venditor cenſum conſtituere, & emptor ignorabat rem eſſe alienam, poteſt emptor exigere cenſum à venditore ſine peccato per totum tempus, quod probabiliter ignorauit rem eſſe alienam, quia ignorans excuſatur à damno. capit. 2. de conſtitutionib. & fraus, & dolus nulli debet prodeſſe. cap. ſedes. de reſcriptis & in hoc ſequor Nauarrum in omnibus, & quia venditor, quando ſcienter vendit rem liberam tenetur emptori ad intereſſe. l. prima. in principio. ff. de actio. empti. & venditi. & ibi gloſſa Bart. & Salic. & ſic etiam ratione intereſſe poteſt cenſum exigere emptor contra doloſum venditorem. vide etiam infra nu. 161. & ſeq. hac parte 2.

45 Quærit vigeſimo ſeptimo ſub nu. 118. in ſuppoſito caſu præcedenti an emptor ſtatim quòd ſciuit cenſum fuiſſe impoſitum in re aliena per venditorem poſſit illum cogere ad reſtituendum pretium. & tenet quòd ſic, & bene, quia datum ob cauſam ea non ſequuta reddi debet danti, vt toto titulo ff. & C. de condit. ob cauſam & quia cenſus fuit conſtitutus ſuper re prius alteri obligata, vel vendita, & ſic ſuper re aliena, & nihilominus venditor tradidit rem præfatã, quando ſuper ea cẽſus imponebatur pro libera ipſi emptori; & ideo emptor cenſus pôt agere cõtra venditorẽ ad intereſſe, niſi liberet rẽ, ſup quã eſt impoſitus cenſus, ab oĩ onere antea impoſito. l. cum tibi. & ibi Bald. C. de euict. & idem Bald. in l. ex prædiis. num. 1. C. dicto titulo. & ibi Salicet. dicit, ꝙ emptori dari debet res libera, & ſi nõ detur libera exempto agi poteſt ad pretium ratione improuiſi oneris impoſiti ſuper re tradita pro libera impoſitione cenſus. l. in venditione. 42. ff. de actio. empti. & venditi. & l. prima in principio. C. eodem titulo. vbi gloſſ. Bart. Salicet. & alij. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. vbi dicitur, quòd emptori in primis pretium rei venditæ, & vſuras pretij reſtitui debet, & ad alia ibi numerata per doctores. vide inf. nu. 145. & ſeq.

Vige-

46 Vigeſimo octauo quærit ſub d.nu. 118. an in contractu conſtitutionis cenſus poſſit fieri pactio, vt vendens teneatur ſoluere cenſum donec pretium reddat, caſu quo res non eſſet libera, vel eſſet alteri cenſui ſubiecta & Nauarrus tenet, quòd non poſſit fieri tale pactum, quia tale pactum videtur eſſe contra dictæ conſtitutionis formam, quia prohibetur conſtitui cenſus niſi ſuper re immobili, ſcilicet ipſius venditoris, & ſic præſupponit rem venditam eſſe venditoris, quia nullus de iure poteſt rem alienã vendere, aut illius fructus, & ſi impro be verſatus eſt venditor, vt celaret rem alteri obligatam, vel alienam, & tenetur ad intereſſe ipſi emptori. l. 1. §. venditor. ff. de act. empti & venditi. & qui rem alienam vendidit, dolo non caret; & ideo empti iudicio tenetur. l. emptorem. §. denique. verſ. qui autem. ff. de act. empti & venditi. & venditor ſcire debet ſi res eſt libera, vel alteri pro cenſu ſubiecta, ſi hoc ſcit vendendo eſt in dolo, & ſi ſcit emptor quòd res non eſt libera, eſt etiã in dolo, quia contrahitur cum dicto pacto, vt repetat quando voluerit, & cenſus interim exigat, quod pactum eſt contra conſtitutionem Pij, quia emptor non poteſt facere pactum repetitionis pretij in caſu quo res libera non ſit, quia qui cũ alio contrahit. ſcire debet cõditiones eius cũ quo cõtrahit. l. qui cũ alio. ff. de reg. iu. & ibi Decius, Cagnol. & Mainer. & ſi ſcit illum habere plura debita, non deberet cum illo cõtrahere, quia ſcire debet quod emptori cenſus pretium repetere non licet. Ideo tale pactũ non eſt admittendum, & ſi fiat tale pactũ eſt contra formam dictæ conſtitutionis, & facit contractum cenſus vſurarium ipſo iure, & in ipſa conſtitutione declaratur, & vlterius ſequuntur in conuenientia multa, vt dicit Nauar. quare huiuſmodi, & ſimilia pacta ſunt fugienda in contractu cẽſus.

47 Vigeſimo nono quærit num. 119. an iuſte poſſit accipere cenſum emptor, qui ſciuit rem eſſe alienam in conſcientia, licet non poſſit hæc ſcientia probari, ſuper qua conſtituitur ſibi cenſus, & ſimulat ſe id ignorare, vt poſſit quando voluerit cogere venditorem ad reddendum ſibi pretium, ea ratione quod conſtituit cẽſum, ſuper re, quæ non erat venditoris, dicit, quod in foro conſcientiæ non poteſt quia illa ſimulatio doloſa non debet ei prodeſſe, vt toto titulo plus valet, quod agitur, quàm quod ſimulate cõcipitur, & quia ſimulatio doloſa eſt peccatum. S. Thom. 2. 2. quæſt. 3. artic. 1. & propterea emptor non poteſt bona conſcientia recipere cenſum illum ſic impoſitũ, & ſi recipit tenetur reſtituere, vel computare in partem pretij: In foro fori, petere cenſum poteſt ſi non probetur ſcientia teſtibus vel confeſſione emptoris. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tutel. Et ſi probaretur, poſſet vti vſurarius puniri, poſſet etiam dici hæc emptio cenſus eſſe quoddam mutuum mentale, ex quo quando vult ſortem repetere poteſt, quia ſcit rem eſſe alteri obligatam, cum propter hoc poſſit ſortem repetere quando voluerit, & mutuũ mentale reprobatur, ſicut mentalis vſura, quo ad forum poli, vt dixi in tract. vti poſſid. c. 18. num. 157. & ſeq. non autem quo ad forum fori, ſi non probetur vel confiteatur, vt ſ.

48 Trigeſimo quęrit Nauarrus numero 120. an cenſus conſtitutus ſuper fundo, vel vinea ad reſpondendum emptori, quolibet anno, tot modia frumenti, vel cados vini, vel menſuras

ſuras olei, & qualiter reduci poſſit ad pecuniam numeratam quæ iuſte reſpondeat pretio, pro dicto cenſu ſoluto, & facit multa motiua hinc inde, & tandem concludit quòd iuſte poteſt ſtatui pretium grano vino & oleo, à Principe non recognoſcente ſuperiorem, ſed mihi videtur quòd in cenſus conſtitutione habeatur reſpectus, tam ad pretium eius quàm ad ipſam rem, ita vt videatur ſponi cenſus in numerata pecunia, vt puta pro vno rubro grani ſoluendo quolibet anno pro pretio ſolui venditori debet ſcut. quattuor, quia communi æſtimatione à pluribus annis citra vendi ſolet ſcuta quattuor ad plus talis menſura aliquando ſcuta duo, aliquando tria, & tunc Princeps taxare ad mediocrem taxam debet pretium grani, ſed antequam taxetur pretium venditor ſoluere debet quod promiſit & hic videtur mihi ſenſus eorum, quæ dicit Nauarrus, ego dixi in qu. de cenſibus, poſita infra 3. parte nu. 52. quòd habeatur reſpectus ad communem extimationem de tempore venditionis, & ideo nihil aliud dico, niſi ea quæ ibi dixi, quòd hęc taxatio pretij, grani, vini, & olei, non fit à Principe, ſed à communi extimatione habita per annos 10. ante conſtitutionem cenſus, quæ communis extimatio ſtat in pretio mediocri, non in maiori neque minori, ſed ad fugiendas omnes lites ſuper pretio dictarum rerum conſulo vt non fiant cenſus ſuper dictis rebus, ſed in pecunia, & erit melius & ſecurius & certius.

49 Sed ſi vnus de Cingulo emat annuum reditum in prædio ſito in territorio Maceratenſi, vel econtra, an emptor cenſus teneatur ſoluere collectas vel onera in ciuitate Maceratę, vel Cinguli, in quorum locorum territorio ſitum eſt prædium, ſuper quo reditus annuus impoſitus eſt, & breuiter dico reditus reſpectu emptoris, qui numquam poteſt pretium repetere, eſt perpetuus & inter immobilia reputatur, vt dictum eſt ſupra in prima parte num. 49. & eſt ac ſi emiſſet rem immobilem in altero ex dictis territoriis & non poterit pro dicto annuo reditu, collectari niſi à communitate, in cuius territorium ſitum eſt prædium, ſuper quo reditus, eſt impoſitus, & non à communitate ciuitatis in qua eſt ortus & habitat emptor cenſus Bart. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco verſ. ſed quæro. lib. 10. & ibi etiam gloſſa & Guido Papę. quæſt. 5. num. 1. tenent quòd pro rebus ſitis extra territorium, quis non poſſit ab aliqua communitate collectari, ſed ſolum ab illa ciuitate in cuius territorio bona ſita ſunt, maxime quia ciuitates Prouinciæ, habent dé conſuetudine facultatem collectandi forenſes in bonis ſitis in eorum territoriis, & non in bonis ſitis in alieno territorio Anton. Gabriell. lib. 6. in titulo de iure immunitatum concluſ. 2. num. 5. & 6. Guido Papæ. deciſ. 87. num. 6. quare iſte cenſuarius poterit tantum collectari in loco in quo ſita ſunt bona cenſualia, non in loco originis pro cenſibus.

50 Trigeſimo ſecundo quærit num. 121. quid ſi quis non dedit pecunias ſed merces quæ non fuerunt pro iuſto pretio extimatę, & partem pretij in mercibus, partem in pecunia accipere fuit venditor coactus an emptor cenſus teneatur ad damnum emergens & lucrum ceſſans, an tantum ad ſupplendum iuſtum pretium, & reſpondet quòd præfatus emptor tenebitur ad ſoluendum iuſtum pretium, & inſuper ad totum intereſſe, tam lucri

cri

cri ceſſantis, quàm damni emergentis, primo quia emptor tenetur offerre & ſoluere totum pretium.l. Iulianus §.offerri.ff.de act.empt. mihi videtur contractum huiuſmodi eſſe vſurarium, & factum contra formam conſtitutionis Pij Quinti, in qua cauetur expreſſe, quòd cenſus vendi non poſſit, niſi in pecunia numerata, præſentibus notario & teſtibus, vt dictum eſt ſupra in prima parte num. 5. & infra in tertia parte num. 21. ſed hic non fuit numerata pecunia in totum, ſed fuerunt datæ merces & male extimatę, & ſic contra formam conſtitutionis Pij factus eſt contractus, & propterea vſurarius vt dictum eſt ſupra hac parte.num.18.& 37.&emens iſto modo à fiſco puniri debet: nam in conſtitutione Pij dicitur quòd ſi quid contra ſua mandata fiat tacite vel expreſſe, aut aliquid dari aut dimitti, vel remitti contingat, volumus à fiſco poſſe vendicari & ſic quidquid datum eſt, dimiſſum vel remiſſum poteſt, à fiſco cum ſuis pœnis contra vſurarios de iure debitis vendicari vidę quę dixi ſupra num. 90. in prima parte, & infra in 3.parte. nu.56.

51 Trigeſimo tertio quęrit num. 122. an poſſit iuſta venditio cenſus fieri cum pacto exigendi pretium à venditore aliquo caſu reſpondet, quòd non regulariter fallit, quando venditor intimat emptori redemptionem, tunc enim poteſt, illum cogere ad reſtituendum pretium infra annum in vim conſtitutionis Pij, & quando fuit impoſitus cenſus ignoranter ſuper re non libera, vt ſupra, num. 45. Pet. Duegn. de regulis iuris, regula 242. refert Mathæum de afflicto, in c.1.in §.Rurſus ſi fideles num.14.& ſeq. vſque ad numerum 63. quibus modis feudum amittatur carta 48. vbi ponit caſus in quibus emptor non agit de euictione, & ſic quando non poteſt pretium repetere.

52 Trigeſimo quarto quærit an poſſit poni pactum in contractu cenſus, vt in aliquo caſu liceat emptori pretium repetere, & an propter huiuſmodi pactum contractus ſit vſurarius, & dicit quòd ſic, propter illa verba conſtitutionis Pij, contractus ſub alia forma factos vſurarios iudicamus, & bene, quia emptor nunquam poteſt paciſci vt ſibi pretium reſtituatur in aliquo caſu, quia reſpectu ipſius emptoris pretium repeti non poteſt, vt dictum eſt ſupra in 1. parte, num.84.

53 Trigeſima quinta quęrit an à principio poſſit fieri pactum vt emptor pretium repetat quandocunque voluerit, computatis in eo omnibus cenſibus antea receptis, & dicit quòd non, & bene quia eſt contra formam dictæ conſtitutionis Pij V. & quia contractus iſte eſſet mutui, non autem emptionis & venditionis, quia emptor perfecto contractu non poteſt pretium repetere, vt dictum eſt ſupra, & quia aperiretur via fraudandi leges prohibentes vſuras.c. ex parte de conſuetudine.

54 Trigeſimo ſexto quærit ſub dicto numero 122. an facultas redimendi conceſſa venditori per hanc conſtitutionem Pij reſtringatur ad ſolum cenſum redimibilem tantum ex contractu, & dicit quòd non reſtringitur, quia habet locum in cenſu perpetuo irredimibili, conſtituto eodem pretio quo redimibilis conſtituitur, & bene iudicio meo, & dixi etiam ſupra num. 32. Rationes Nauarri ſunt quia conſtitutio Pij generaliter loquitur, & ita generaliter intelligendæ, nam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio. ff. de Publiciana

clana 2. quia cenſus irredimibilis, poteſt in fraudem vſurarum conſtitui & vendi arg. l. illud. 32. in principio. ff. ad legem Aquiliam, & magis clare declarabitur infra num. ſeq.

55 Et licet Nauarrus in dicta gloſſa 18. reſtringat ſupradictam concluſionem ad cenſus redimibiles temporales vel perpetuos, qui eodem fere pretio, quo redimibiles cõſtituuntur, non ad eos qui maximo pretio venduntur, ego miratus ſum quòd hæc dicat, quia ex conſtitutione Pij non poſſunt conſtitui cenſus redimibiles ad certum tempus, ſed debent conſtitui redimibiles reſpectu venditoris perpetuo vt dicitur in dicta conſtitutione, & dum dicit quòd non videtur includere illos perpetuos irredimibiles, qui longe maiori pretio, & quaſi duplo quàm redimibiles conſtituuntur, etiam quòd non adſit pactum redimendi, & propter hoc non præſumatur vſurarius accedente parıtate pretij, & iſto caſu non eſt locus conſtitutioni Pij ſecundum eum, mihi non placet iſta opinio, quia in cenſu, ſiue magni, ſiue parui pretij, ſemper debet adeſſe facultas redimendi vt ſit licitus, vt concluſum eſt ſupra numero proximo: & nihil facit quòd cenſus non ſit ad rationem octo, ſed ad rationem quattuor ſcut. pro centinario quia etiam quòd ſit quattuor ſcuta nihilominus ſemper eſt certus cenſus quolibet anno ſoluendus, quæ quantitas certa eſt illa quæ grauat venditorem, & ad tollendum iſtud grauamen, datur in conſtitutione Pij facultas redimendi, ideſt ſe liberandi ab hoc grauamine, & hoc modo iſte cenſus vel reſponſiones ſunt licitæ, & non alio modo, quia poteſt eſſe caſus, quòd quis pro liberatione huius reſponſionis non ſolum exponeret 200. ſed mille, & ob hoc etiam iſte caſus videtur prohibitus in conſtitutione Pij, quæ eſt generalis, & non eſt reſtringenda reſpectu maioris pretij cenſus, ideo huiuſmodi cenſus etiam ſunt prohibiti à dicta conſtitutione, & ſi fiant ſunt vſurarij, vt dictum eſt ſupra num. 37.

56 Trigeſimo ſeptimo quærit num. 123. an liceat pretium redemptionis, ſiue extimationis cenſus ſoluere vel reſtituere emptori in aliis rebus equiualentibus, quàm in pecunia numerata, de conſenſu ipſius emptoris, & reſpondet affirmatiue, & bene, cum probatur eius opinio, ex l. ſolutionis 54. ff. de ſolutionibus, & ex l. ſolutionis verbo 176. ff. de verborum ſignif. & quòd ibi Rebuff. & quia in conſtitutione Pij dicitur, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, & non dicit in pecunia, quia ſi dixiſſet in pecunia tunc non poſſet, ſed opus fuiſſet numeratione pecuniæ. l. ſolutum. 49. ff. de ſolut. ſoluere enim eſt ſatisfacere, & deſiderium creditoris implere, ac ſe liberare. l. decem. ff. de verb. oblig. & de his vide late Rebuff. in dicta lege 176. ff. de verb. ſignif. car. 806. & ſeq. nam ſi emptor contentatur & retrouendit, res eſt finita, quia ex ſolo inſtrumento retrouenditionis extinguitur cenſus, & in retrouenditione, & receptione, pretij ſiue in pecunia, vel in alia re, non eſt timor vſurarum, quia emptor nõ recipit pretium animo lucrandi ex pretio, ſed recipit pretium animo perdendi lucrum, vel reditum, quòd ex dicto pretio recipiebat. Et ſicut aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. l. 2. §. mutui in fine. ff. ſi certum petatur, & l. eum à quo. C. de ſolut. cum authent. ibi

poſita, & ibi gloſſa Bart. Bald. Sal. & alij qui declarant quando aliud pro alio ſolui poſſit, & auth. de fideiuſſ. §. quòd autem Abbas. in c. quanto. col. 5. ad finem de iure iur. tamen eo volente ſolui poteſt, vt dictum eſt, vide infra hac parte num. 158.

57 Trigeſimo octauo quærit an poſſit aliquid plus recipere circa pretium, quàm dederit, vel numerauerit, & dicit quòd non & bene ſiue vna vice redimat, vel pluribus vicibus, exceptis cenſibus decurſis vſque in illam diem, & quia dicitur in conſtitutione Pij, pro eodem pretio, & non maiori, & ſi daretur maius pretium, eſſet contra formam dictæ conſtitutionis, & datum plus eſſet vſura, & applicaretur fiſco, vt in dicta conſtitutione dicitur, & ſic habemus caſum legis decidentem dictam quæſtionem, & ſuper ea ſupetſtuum eſt dubitare. vide infra in tertia parte num. 23. & ſeq.

58 Trigeſimo nono quærit ſub num. 124. an cenſus redimi poſſit per compenſationem debiti liquidi, & reſpondet quòd ſic, quia per compenſationem tollitur omnis actio. l. fin. C. de compenſat. & poterit debitor cenſus proponere coram Iudice, quòd emptor cenſus debet ſibi ſcut. centum quantum valet pretium ſui cenſus, & petere à dicto Iudice vt iubeat cenſuario, vt habeat cenſum pro redempto, ſed hæc praxis mihi non placet inuito cenſuario. In primis enim venditor debet ſuum debitum liquidare in iudicio cum emptore cenſus, & facta liquidatione crediti, moneat, & certum faciat emptorem cenſus qualiter ipſe vult redimere cenſum iuxta conſtitutionem Pij Quinti. Ideo facta iſta monitione poteſt etiam citare cenſuarium, ad videndum mandari fieri compenſationem pretij cenſus, cum tanta quantitate pecuniarum ſibi debitarum & liquidatarum apud acta cauſæ huiuſmodi ita & taliter, quòd poſt huiuſmodi decretum non currant amplius fructus dicti cenſus, & facto huiuſmodi decreto, erit facta compenſatio pretij cenſus, quòd poſt intimationem redemptionis faciendæ debetur ipſi emptori cenſus & poſt liquidatum creditum venditoris cum emptore cenſus, tunc ex decreto iudicis fit compenſatio ipſo iure debiti liquidi, cum credito liquido, vel via iuris cogat emptorem venditor ſibi ſoluere creditum ſuum, & illo ſoluto facta intimatione declaret velle redimere, & deponat pretium, & obtineat a Iudice cogi emptorem ad retrouendendum cenſum, vel facto depoſito mandet caſſari inſtrumentum cenſus, ita vt venditor penitus liberatus exiſtat à dicto cenſu & illius ſolutione, & ſuper eo emptori imponat perpetuum ſilentium, & hoc modo eſt reſoluenda. & declaranda quæſtio. 39. & 40. ſequen. num. 125. cum ante intimationem redemptionis cenſus, emptor cenſus non eſt creditor pretij & non poteſt pretium repetere poſt intimationem, ſic cum poſſit pretium petere per annum, vide Io. Baptiſtam lupum in tractatu de vſuris comment. 2. §. 3. & 4. num. 115. car. 81.

59 Quadrageſimo primo quærit numero 126. an denunciatio facienda per debitorem cenſuario, quòd vult redimere cenſum poſt bimeſtre, poſſit fieri in qualibet parte anni, & reſpondet quòd poteſt, ex eo quia in conſtitutione Pij nullum tempus aſſignatur, & quia ille qui vult liberari

ab

ab vſuris poteſt declarare voluntatem ſuam cenſuario intimatam, quia ſicut venditor cenſus ligatur venditione cenſus in ſui fauorem facienda ex conſtitutione & pacto diſſolui debet mediante denunciatione, l. prout. 80. ff. de ſolut. vbi gloſſa & Bart. & tempus bimeſtre ad redimendum conceſſum incipit currere à die factæ denunciæ, vt dicitur in conſtitutione Pij. Puteus deciſ. 168. lib. 3. & à die denunciæ incipit currere emptori tempus ad cogendum inuitum venditorem ad reſtituendum pretium ipſi emptori, & ſoluitur pignus ſolutione pretij. l. ſoluitur hypotheca. ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſol. & l. ſi eum venditor de euict.

60 Quadrageſimo ſecundo quærit ſub dicto num. 126. an ſi fiat retrouenditio cenſus intra annum cenſus ſolui debeat pro toto anno vel rata temporis decurſi, & Nauarrus tenet quòd pro rata temporis decurſi, & ſi cogeretur cenſum integrum totius anni ſoluere, non poſſet quandocunque vellet ſe liberare ab vſuris, & ille libere dicitur facere poſſe actum, qui ſine vllo damno actum facit quandocunque voluerit, c. 1. de regular. lib. 6. vbi Dominic. & Franc. & eius facultas non reſtringitur ad aliquod tẽpus, propterea poteſt quandocũque voluerit denũciare & redimere cenſum poſt duos menſes elapſos à die denunciationis, & bene.

61 Quadrageſimotertio quærit num. 127. an ius congrui & prælatio quæ conceditur cenſuario ſuper re in qua eſt cenſus impoſitus, duret redempto cenſu per venditorem ſi alteri vendere voluerit, dicit quòd non durat cenſuario ius prælationis niſi pro eo tempore quo eſt cenſuarius, nam in conſtitutione dicitur, vbi autem vendenda ſit volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, ſi res eſt redempta à cenſus ſolutione, non adeſt amplius dominus cenſus, & ſic dominus rei liberatę à cenſu poteſt cuicunque voluerit vendere, & olim cenſuarius poſt redemptum cenſum non habet hoc ius prælationis, quo ceſſante ceſſat priuilegium. c. cum ceſſante de appellat.

62 Quadrageſimo quarto quærit dicto num. 127. quia in conſtitutione Pij dicitur, vbi autem res vendenda ſit volumus dominum cenſus omnibus aliis præferri, an ſtante dicta conſtitutione dominus cenſus præferatur proximiori, qui habet ius prælationis, in re proximioris ratione ſtatuti iuris congrui, & tenet quòd non præferatur quia non credit eſſe intentionis Papæ, velle alteri præiudicare, qui habet ius ex alia lege vel ſtatuto, & quia aperiretur via fraudibus pro iſta opinione facit quia verba vniuerſalia prolata à lege vel ſtatuto, recipiunt reſtitutionem de habilitate, ne aliter generaliter intelligendo induceretur legis correctio, quæ eſt vitanda. l. 1. C. de inoffic. dot. Curt. Iun. conſ. 1. num. 3. Roland. à Valle. conſ. 61. num. 42. in tertio caſu, lib. 1. hic iſta verba vniuerſalia proferuntur à lege, ergo recipiunt interpretationẽ reſtrictiuam ne inducatur alterius legis correctio, vel ſtatuti, ideſt quòd cenſuarius præferatur omnibus aliis emptoribus non habentibus priuilegium prælationis, non vero illis qui habent priuilegium prælationis à lege vel ſtatuto.

63 Mihi videtur quòd etiam ſuſtineri poſſit contraria opinio, nam Pius voluit proximioribus & vicinis præiudicare, quia ius congrui non competit omnibus, ſed certis perſo-

nis videlicet proximioribus tantum vel vicinis ex ſtatuto vel conſuetudine, & propterea voluit quòd dominus cenſus præferatur omnibus aliis, & ſic proximioribus & vicinis, quia dictio omnis eſt vniuerſalis, & comprehendit omnes, nam qui omne dicit nihil excludit, l. à procuratore. C. mand. c. ſolitæ de maior. & obedient. & hæc prælatio eſt priuilegium conceſſum ſolum cenſuario, ideo dixit præferatur aliis omnibus, & dictio iuncta ſigno vniuerſali ab homine prolata, non recipit reſtrictiones. Roland. à Valle. conſ. 61. num. 42. libro primo & in fine dictæ conſtitutionis adeſt clauſula non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, ex quibus tolluntur conſtitutiones ſtatuta, & conſuetudines contrariæ, in hoc caſu tantum, vt dixi in quæſt. de cenſu, infra in 3. parte num. 42. & non eſt lex generalis correctoria iuris antiqui ſed particularis pro cenſuario tantum in iſto caſu, ideo voluit in hoc particulari caſu tollere ſtatuta & conſuetudines contrarias quòd potuit. Rota deciſ. 1. de præben. in no. c. 1. de conſtitut. lib. 6.

64 Quadrageſimo quinto q̃rit n. 128. an Titius qui donauit 1000. Gaio ſub modo quòd Gaius teneatur ei ſoluere quolibet anno ſcut. 100. durante eius vita, iſta donatio facta ſub modo nõ comprehenditur in conſtitutione Pij Quinti, quia licet donatori ponere legem quàm vult in rebus donatis, cui legi donatarius parere debet. l. 3. C. de contrahen. empt. & l. hæreditatem 28. ff. de donat. Vnde bene reſoluit Nauarrus hic hanc reſeruationem centum ſcut. non ſubiacere conſtitutioni Pij, quia non eſt cenſus emptus pecunia, ſed reſeruatus in donatione, in qua potuit ponere legem quàm voluit, & illam donatarius acceptare vel reprobare poteſt arbitrio ſuo, vt in l. donatio. 25. C. de donat. & l. 2. ne fiſcus vel Reſp. & quia donator ſi moritur ante decem annos perdit rem donatam, & donatarius illam lucratur. Decius conſ. 123. & videtur eſſe contractus do, vt des, vt toto tit. de donat. quæ ſub modo fiũt & Petrus Follerius in praxi cenſuali ſuper verbo huiuſmodi cenſualia n. 1. verſ. cẽſus vero declarat qualiter reſeruetur iſte cenſus ex donatione rei.

65 Conſtitutiones Pij, & aliorum Pontificum de cenſibus loquuntur ſolum in cenſibus pecunia emptis, iuxta formam traditam in dictis conſtitutionibus, non autem in cenſibus conſtitutis ad certum tempus vel in perpetuum in donationibus in legatis factis ad piam cauſam, vel aliàs ſuper bonis ſtabilibus per teſtatores vel quoſuis alios, & iſti cenſus vocantur reſeruatiui, de quibus dictum eſt aliquid ſupra parte prima. num. 86. & in cenſibus, de quibus in dictis conſtitutionibus habet locum pactum redimendi, & omnia alia quæ in eis continentur in iſtis cenſibus reſeruatiuis, non habent locũ dictæ conſtitutiones ſed remanent in diſpoſitione iuris cõmunis c. conſtitutus & ibi gloſſa de relig. domibus Bart. in l. 1. §. 1. ff. de public. & Sozzin. conſ. 167. col. 2. lib. 2. vide etiam Follerium in Praxi cenſuali in clauſula huiuſmodi num. 52. allegat Aymonem conſ. 207. lib. 2.

66 Nam cenſus proprie ſecundũ iſtas conſtitutiones vocantur reditus pecunia empti ſuper aliqua re immobili vt declarat Tiraquel. de retract. parte 1. §. 1. gloſſa 6. per totũ, & habens reditum, vel cenſum non dicitur dominus

nus rei, nec habet laudemiũ, aut retẽtionem, & alia priuilegia, quæ habet dominus cẽſus, vt declarat Caſſan. ſuper conſuet. Burg. Rub. 11. de cenſib. §. 3. in gloſſ. con l'aſſignal. num. 5. vbi quod cẽſus ſecundum Gallos eſt proprie quando quis vendit ius ꝙ habet in re pro certo pretio, cum hoc, ꝙ ſibi præſtetur annuus cenſus duorũ denariorum quolibet anno, vt declarat idẽ Caſſan. in d. Rub. 11. & ꝓpea quæ dicit Caſſan. in tit. de cẽſib. non applicantur iſtis conſtitutionibus. vide ẽt Alex. in l. ſi finita. §. ſi à vectigalibus. num. 39. & 40. ff. de damno infecto.

67 Quadrageſimo ſexto quærit num. 129. an cẽſus conſtitutus ſuper re immobili ſuis finibus deſignata, & generaliter ſuper omnibus aliis bonis venditoris, mobilib. & immobilibus poſt conſtitutionem Pij V. eſſet iuſte conſtitutus: & reſpondet ꝙ non, & bene, & vide etiam ſupra in prima par. nu. 38. nam in conſtitutione Pij dicitur, Statuimus cenſum, ſeu annuũ redditũ creari, conſtituive poſſe nullo modo, niſi in re immobili, aut quæ ꝓ immobili habeatur, quæ nominatim certis finibus deſignata ſit, ſed ſi imponitur cẽſus ſuper re certa, immobili, & certis finibus deſignata, & ſuper omnibus aliis bonis mobilibus, & immobilibus, & ſic contra formam d. conſtitutionis in duobus, primo ſuper omnibus bonis immobilibus non deſignatis aliquibus finibus; ſecundo ſuper mobilibus, ſuper quibus non poteſt redditus conſtitui, & Papa in conſtitutione præfata negatiue procedit, dum dicit, Cenſus creari nullo modo poſſe, niſi in re immobili deſignata certis finibus, ſi fiat ſuper re non deſignata certis finibus, & ſuper re mobili, primo contractus eſt nullus, tamq̃ factus contra legis prohibitionem. l. non dubium. C. de legib. & ibi gloſſa Bart. Bald. & alij. C. de legib. & dixi in quæſt. de cenſib. inf. in 3. par. num. 29. & 40. Caſſan. in cathalogo gloriæ mundi, parte 12. conſid. 99. fallentia 25. comprobat multis auctoritatibus conſtitutionem cenſus, ꝙ debeat imponi ſuper vna re tãtum, quem refert Didacus lib. 3. varia. reſol. c. 7. nu. 5. licet ipſe teneat conſtitui poſſe ſuper actione perſonali, & male ut dictũ eſt ſupra par. 1. num. 38. & 40. Secundo declaratur vſurarius à conſtitutione Pij, tamquã factus non ſeruata forma vt dictum eſt ſup. hac par. num. 12.

68 Idem Nauar. num. 131. verſ. quartum, dicit poſſe imponi cenſum ſuper duabus rebus immobilibus ſuis terminis deſignatis, quarũ vna ſit vnius, altera alterius, q̃a nõ ꝓhibetur aliquo iure, nec ab iſta cõſtitutione. arg. c. legatum. 24. q. 2. & §. conſideremus in auth. de triente, & ſemiſſe. vide ſupra in hac 2. par. num. 30. quomodo hoc procedat, & fieri poſſit.

69 Præterea cenſus poteſt imponi ſuper re immobili aliena de conſenſu domini præſentis, & acceptantis, vel ratificantis expreſſe impoſitionem cenſus factam ſuper re ſua. l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. ibi, rem alienam diſtrahere quem poſſe, quia emptio & venditio eſt, ſed emptori poteſt res auferri; ideo ne poſſit auferri, conſenſus, vel ratificatio domini requiritur, & ſine domini ratificatione expreſſa nõ poteſt conſtitui, & vide, quæ dixi ſupra num. 45. hac parte ſecunda, Nauarrus vbi ſupra num. 131. verſ. quintum. vbi quod ſi dominus conſentit dictæ impoſitioni, non poteſt contrauenire, cap. quod ſemel. de reg. iur. lib. 6. & l. qui poteſt. ff. de regulis iuris. vbi Decius. Vide quæ dixi in tractatu ſocie-

ſocietatis officiorum, numero 208.

70 Promiſſio euictionis facta per venditorem ad fauorem emptoris cẽſus eſt permiſſa ex conſtitutione Pij, eo quia non prohibentur ea quæ ſunt de natura contractus emptionis & venditionis, qualia ſunt obligatio ſolutionis cenſus, cautio de euictione rei venditæ. iuxta l. ſi fundus ex toto. ff. de euict. & l. pacta conuenta. iuncta glo. ff. de contra. empt. Nauar. vbi ſupra num. 135.

71 Promiſſio de ſoluendo cenſum in tempore conuento ſub pęna dupli nõ valet, dicit Nauarr. hic nu. 136. quia pacta pœnalia ſunt in conſtitutione Pij prohibita, & bene.

72 Quinquageſimo quærit num. 138. an clauſula poſita in contractu cẽſus in qua datur facultas emptori cenſus capiendi propria auctoritate poſſeſſionem rei, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, ob ceſſationem ſolutionis dicti cenſus ſit iniqua & contraria conſtitutionibus Pij, & Martini, & Caliſti: & tenet quòd ſic, quia per ceſſationem ſolutionis vnius aurei perderetur fundus valoris mille aureorum & vt detur facultas capiendi propria auctoritate cenſum, quod fieri non debet. ſed alia ratio aſſignari poteſt, quia iſtud pactum videtur poſitum in pœnam ipſius venditoris, non ſoluentis, & propter hoc non ualet, quia pacta pœnalia prohibentur in conſtitutione Pij Quinti, aliàs iſtud pactum non eſſet improbabile, quia ſi venditor eſt moroſus in ſoluẽdo propter hypothecam appoſitã in contractu cenſus, datur emptori cenſus contra venditorem Saluianum interdictum, quo diſponitur, vt mittatur in poſſeſſione, & poſſit rem retinere tanto tempore, quanto de fructibus rei ſatisfiat, pro cẽſibus decurſis & non ſolutis, vt dixi in quæſtione infra poſita in 3. parte nu. 51. facit Romanus conſ. 311. Aymo. conſil. 342. num. 10. lib. 3. & poteſt ille, qui capit poſſeſſionem in vim pacti propter cenſum non ſolutum pro tota illa parte, pro qua cenſus non eſt ſolutus declarare quod capit poſſeſſionem pro capiendis fructibus ex ea ad effectum integralis ſatisfactionis cenſus non ſoluti, vſque quo integre ſatisfiat, & non ultra. Rebuff. in l. recte. §. Quintus Mutius. verſ. ſeptimo fuit deciſum. ff. de verborum ſignific. maxime quia iſtud ius cenſus dicitur reale, & rem ſequitur, & poſſeſſorẽ: Aymo. conſil. 499. lib. 3. num. 23. vnde ſi poteſt mitti in poſſeſſionem emptor donec ſatisfiat de cenſu, ex Saluiano interdicto à iudice, poterit immitti à parte in poſſeſſione dictæ rei donec ſatisfiat, propterea non eſt clauſula iniqua, nec contraria conſtitutionibus, ſed prouenit ex iure communi, quatenus ſic intelligatur, ſed ſi intelligatur, quod poſſit rem perpetuo retinere in pœnam eſt iniquiſſima, & vſuraria, & propterea reiicienda.

73 Solutio cenſus per venditorem in quo loco fieri debeat, & dicas, quòd ſi eſt conuẽtum de loco, ſeruetur conuentio, dummodo non ſit oneroſa: ſi non eſt conuentum de loco, in loco in quo reus voluerit ſolutio facienda eſt. l. is qui. ff. de eo quod certo loco. vbi Bart. & Alex. in l. qui Romæ, in princ. ff. de verb. obli. & concludunt quòd eſt facienda in loco, in quo res cenſui ſubiecta reperitur.

74 Super conſtitutione Nicolai V. aliquid dicere decreui, quæ diſponit, quod cenſus ſuper rebus, facultatibus & emolumentis quorumcunque imponi poſſint, dummodo cenſus, ſeu

redditus

redditus non excedat x. pro centinario quolibet anno, & cum cautione contrahentium,& cum facultate perſonas, & eorum proprietates, redditus, iura, iuriſdictiones, & cenſus, & omnia & ſingula immobilia bona obligandi & obligari faciendi, cum quibuſcunque pactis conuentis inter emptores & venditores, pœnis & iuramentis, & aliàs prout in praxi cenſuali Follerij in principio. & Foller. in praxi cenſuali, verſ.huiuſmodi cenſualia ponit quæſtionem num.6.& ſequen. nunquid ſuper re feudali poſſit imponi cenſus.& num.9.dicit pro parte negatiua, quòd res feudalis non poteſt alienari, obligari, neque in ea aliquod ius conſtitui. c. Imperialem. de prohibita feudi alien.per Feder.& ibi per Andræam de Iſernia, tñ num. 11. & ſeq. tenet, quòd fructus feudi vendi poſſint in vita feudatarij, & cõſequenter firmat, quòd cenſus poteſt conſtitui ſuper re feudali ſecundum conſtitutionem Nicolai. Hodie ex mutatione iuris credo contrarium, quia cenſus ex parte emẽtis debet eſſe perpetuus, vt probatum eſt ſup. in 1.parte num.49. ex parte venditoris põt redimi quãdocunque,vt hac par. num. 80. ſed ponamus quòd non redimatur, & venditor moriatur, ſuccedens in feudo,quod non poteſt alienari, nec in totum,nec pro parte,dicat non teneri,prout non tenetur,nõne cenſus morte venditoris euaneſcit, quia eſt impoſitus ſuper re,quæ perpetuo alienari non poteſt, prout perpetuo debet eſſe alienata ad fauorem emptoris,& in l.Imperialem. C. de prohib.feu.alien.per Fed.vbi dicitur, vt nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vẽdere vel pignorare, vel quocunque modo diſtrahere, ſeu alienare, etiã pro anima ſine permiſſione domini, ad quẽ feudum ſpectat,& vẽditor & emptor,vltra quod alienatio nulla ſit, feudum amittat, & reuertitur ad dominum vltra alias pœnas ibi poſitas, propterea dico, ꝙ ſuper feudo cẽſus vẽdi,nec emi poteſt ex quo cẽſuarius non habet ius,quod non poteſt habere, nec acquirere, ſine cõſenſu domini: vnde dici poteſt, quòd cenſus perpetuus in feudo ſine conſenſu domini imponi non poſſit, quia vt diximus ex conſtitutione Pij Quinti, emptor acquirit ius in re, & ſic cenſus eſt realis non perſonalis, & ex qua conſtitutione tolluntur omnia, quæ dicit Follerius ibi vſque ad numerum 17.

75 Dum conſequenter dicit num. 17. & ſeq. ibi quod in fructibus beneficiorum poteſt conſtitui cenſus per Prælatum, vel alium Rectorẽ ad vitam tantum Prælati,vel Rectoris,male infertur iudicio meo, quia vltra quod res eccleſiæ alienari non poſſit, nec locari vltra triennium,vt in c.ambitioſe.de rebus eccl.non alie.in ext. minus cẽſus ſuper bonis, & fructibus eccleſiæ conſtitui, & vẽdi poteſt, niſi pro vtilitate eccleſiæ,& de conſenſu, & auctoritate Papæ, nec obſtat,quòd dicit Abbas in cap. fin. ne præla. vices ſuas. quòd prælati poſſint ad vitam ſuam fructus eccleſiæ locare,quia hodie eſt ſublata dicta facultas,per cap. ambitioſe. de reb.eccl.non ali.in ext. & dum dicit, quòd Prælatus & feudatarius remanent obligati ad vitam ipſorum, & non poſſunt contrauenire, reſpondetur, quòd hodie ex conſtitutione Pij Quinti iſti cenſus perſonales ſunt ſublati, ſed debent hodie cenſus eſſe reales & ꝑpetui, hi ſunt perſonales & temporales ad vitam prælati, & ꝓpterea hodie ex pluribus prohibiti in conſtitutionibus Pontificũ.

Quæritur

76 Quærit etiam nu. 21. idem Follerius nunquid emphyteota ſuper rebus emphyteoticis abſq; domini conſenſu, poſſit cēſum conſtituere,& tenet quòd poſſit conſtituere cēſum ſuper rebus emphyteoticis. i. ad vitam ipſius emphyteotæ,ſed ſecundum conſtitutionem Pij non poteſt, quia debet conſtitui in fructibus rei inmobilis certis finibus conſtitutæ, & perpetuo reſpectu emptoris obligatæ pro cenſibus,& pretio exburſato, ſed res emphyteotica, ſine conſenſu domini non poteſt alienari.l.2.C.de iur. emphy. ergo: & quia huiuſmodi cenſus ad vitam ſunt perſonales, & propterea prohibiti,vt proxime dictum eſt.

77 Quærit etiam num. 22. ibi an poſſit imponi cēſus ſuper fundo dotali: & tenet quòd ſic ad vitā mariti, ſed hodie non poteſt ad vitam cēſus emi, vel vēdi ab aliquo, ſed debet emi, & vēdi perpetuo, cum pacto redimēdi, ſtante conſtitutione Pij V. vt dictum eſt ſupra.

78 Et num.23.quærit an poſsit impo ni cēſus in rebus reſtitutioni fideicōmiſsi, vel aliàs ſubiectis: & tenet ꝙ poſsit durante vita illius qui reſtituere tenetur, fundatur hac ratione, ꝙ durante vita reſtituere debēntis poſſit res alienari, ſed eueniēte caſu reſtitutionis alienatio reuocatur. l.fin. §.ſed quia.C.communi de leg.Tiraq. de vtroq. retract. par.2.§. 1.gloſſa 7. num.10.& ſic loquitur in cēſu prohibito hodie.i.in cēſu perſonali, non in cēſu pèrpetuo,& reali de quo in conſtitutione Pij V. in qua ſimiles cēſus prohibentur.

79 Quærit etiam num 24. & 36. an poſſit imponi cenſus ſuper rebus cōmunitatis:& dicit, quòd ſic interueniētibus debitis ſolemnitatibus, quæ debent interuenire in alienatione rerum ciuitatis. l.fin.& ibi Bart. & Ioā. de Platea. C. de vendit.rerum ciuit. lib. 11.& interuenientibus omnibus quæ in conſtitutione Pij continentur examinatis ſupra in prima parte per totum,dixi in quæſtione de cenſibus infra tertia parte num. 63. Hodie ex conſtitutione Siſti V. communitates pro aliis obligari non poſſunt,& obligatæ infra annum liberari debent.

80 Redditus annui an inter mobilia, vel immobilia bona computentur, Follerius in praxi cenſuali. verſ. huiuſmodi.numero 25.& multis ſequentibus recitat varias opiniones tenentes, partim quod inter immobilia, & partim inter mobilia reputari, ibi numero 33. 34. & 35. dat tres declarationes, quas vide Tiber. Decian. conſilio 2. numero 69. & ſequen. & num. 161.lib. primo. & ego dixi in quæſtione de cēſibus infra numero 60. & ſequen. & vide quæ dixi ſupra parte prima numero 49.vbi declaraui: nam reſpectu vēditoris propter pactum perpetuum redimendi, inter mobilia computetur, reſpectu emptoris eſt perpetuus, & hæc videtur veritas in iſtis cenſibus pecunia emptis cum pacto redimendi, iuxta Pij conſtitutionem.

81 In rebus minorum, & pupillorum concurrentibus ſolemnitatibus à iure requiſitis, cenſus conſtitui poſſunt, iuxta conſtitutionem Pij Quinti, & non aliàs, vt dicit Follerius in verſ. huiuſmodi cenſualia numero 40. & numerat octo requiſita in alienatione bonorum minoris. Pariſ.conſilio 98. 99.& 100. lib. primo. vide etiam Roland. à Valle conſilio 33. lib. primo. & quæ ſint neceſſaria in alienatione bonorum minoris, poſui in tractatu de tutore cap.26. per totum, vbi vide.

Et

82 Et idem Follerius ibi nu.41. quærit nunquid cenſus conſtitui poſſit ſuper bonis prohibitis alienari per teſtatorem in teſtamento: & concludit quòd non, & bene, Bald. in c. ad audientiam il 2.col. 2. de reſcript. l. fina. C. de rebus aliena. non alienandis. & cap. non liceat. eodem titulo. Dum vero dicit, quòd poſſit ſuper fructibus rei prohibitę alienari cenſus conſtitui, obligando ſe actione perſonali ad dandum cēſus de dictis fructibus, male loquitur, quia huiuſmodi cenſus debent eſſe reales, non perſonales, & perpetui, non temporales, nec ad vitam alicuius, vt dictum eſt ſupra numero 74. & ſequen. & quæ dicta ſunt ibi, hic non repetam.

83 Quærit etiam idem Follerius numero 42. an poſſit cenſus conſtitui ſuper emolumentis officiorum deputatorum ad iuſtitiam, quia in conſtitutione Nicolai diſponitur quòd cenſus poſſit conſtitui ſuper emolumentis: verumtamen ipſe tenet contrarium in dictis officiis deputatis ad adminiſtrationem iuſtitiæ, ſed in certis aliis officiis dicit poſſe conſtitui. Sed tu dicas, quod hodie in conſtitutione Pij Quinti prohibetur, quia in ea dicitur, In re immobili, & quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & certis finibus deſignata vt dictum eſt ſupra parte prima nu. 2. & alibi ſæpe, & propterea non ſolū excludūtur dicta officia, ſed quæcunque alia officia, etiam quod habeant ſcripturas, quæ ſcripturæ tranſeant ad hæredes officialis, ex quo dictæ ſcripturæ ſunt mobiles, & non habēt certos fines, & non ſunt de ſui natura fructiferæ. Ideo conſulo, ne aliquo pacto ſuper officiis cenſus huiuſmodi imponantur, ſed bene poſſunt ſuper dictis officiis, ſocietates officiorū fieri vt dixi in tractatu de ſociet. offic.

84 Quærit etiam nu. 50. ibi nunquid poſſit conſtitui cenſus non relatus ad aliquam rem, ſed aliquis obligat ſe ad dandum vnum florenum, ex quo dati ſunt ei x. & reſoluit quòd non, & bene, ſtante conſtitutione Pij, quæ prohibet cenſum conſtitui ſuper alia re, quàm immobili, & de ſui natura fructifera, vt dictum eſt ſupra. hic non eſſet poſitum ſuper re, ſed ſuper perſona, & cenſus perſonales prohibentur, vt dictum eſt in 1. parte. & ſi, x. data repeti poſſunt, eſt vſura; ideo ab iſtis contractibus cauendum eſt.

85 Quærit numero 51. an cenſus ſint prius conſtituendi, quàm vendantur, & doctores prius tenebant, quòd prius érant conſtituendi, poſtea vendendi, ſed hodie eodē contextu conſtituuntur, & venduntur in eodem inſtrumento, & ita ſeruatur, vt declaratum eſt ſupra in prima par. nu. 21. & inf. num. 196.

86 Quærit etiam numero 75. in dicto §. huiuſmodi cenſualia. Quidam emit annuum cenſum, ſuper aliquo fundo, cum pacto de retrouendendo infra triennium, & ſi infra triennium non redimatur, fundus ſit datus in ſolutum ipſi emptori cenſus. an iſte contractus ſit licitus: & dicit quòd de iure communi pactum valet, quando dicat ſit emptum pro iuſto pretio. l. ſi fundum. §. vltimo, & ibi gloſſa & Bart. ff. de pignorib. Alexan. conſilio 178. numero 8. lib. 7. Si vero dicat quòd ſit emptoris pro eodem pretio, tunc contractus eſt illicitus. Tiraquell. de retractu conuentionali in fine. quæſtio. 24. numero 118. & ſecundum pragmaticam Nicolai eſt illicitum,

quia prohibentur in eo pacta, quod res incidat in commiſſum,& tandem improbat dictum pactum. Ex conſtitutione vero Pij Quinti hoc pactum eſt prohibitum, quia facultas redimendi debet eſſe perpetua, pacta pœnalia prohibentur, & ſi ſub alia forma fiant contractus, ſunt vſurarij ipſo iure declarati, vt dictum ſupra pluries tam in prima, quàm in hac ſecunda parte num. 50.

87 Quærit etiam in dicto tractatu in dicto §. huiuſmodi. numero 83.nun quid onus ſoluendi cenſum ſequatur quemcunque poſſeſſorem rei, & dicit quòd ſic. clement. prima, de cenſibus, & ibi gloſſa, immo ſi ad eccleſiam vadit res cenſualis, tranſit cum onere ſoluendi cenſum. Innocent. in cap. verum. de foro compet. Iaſ. in l. placet. ſecunda lectura. C.ad leg. Iul. de vi publ. Aymo. conſilio 217. lib. 2. & dictum eſt ſupra num. 1. & 2. hac parte, & quod teneatur non ſolum pro futuris, ſed pro præteritis. Anchar.conſil. 386. Afflict.deciſ. 95.licet idem Follerius vbi ſupra numero 84. dicat poſſe poſſeſſorem excuſari pro præteritis cenſibus, quan do cenſuarius fuit negligens, ſed hęc negligentia eſt probanda, & ſuadet tunc non eſſe agendum actione perſonali, ſed hypothecaria actione,vel melius interdicto Saluiano, vt dictũ eſt ſupra num.2. hac parte, & nu.51. infra parte 3.

88 Quærit etiam idem Follerius num. 85.quod ſi dominus rei vendidit rem cum onere ſoluendi cenſum, tunc emptor tenetur cenſum ſoluere, etiam quod non appareat de inſtrumento cẽſus,allegat Aymo.dicto conſ. 217. Guido Papæ, quæſt. 24.ponit quadã requiſita, vide dictum Follerium in dicto num.85.87.& 88.

89 Cenſus vel annua præſtatio præſcribitur ſpolio xxx. annorum. Idem Foller. in d.§.huiuſmodi. num.90. & ſeq. facit certas diſtinctiones, quem vide & num.93. quòd ſi quis tenetur ſoluere x.ſoluit tantum quinque, an præſcribat illa quinque: & tenet ꝙ non, & quare ibi vide, & in §. tamquam res iudicata. num. 35. vide infra in tertia parte num. 67. vbi declaratur.

90 Quærit idem Follerius in dicto §.cẽſualia.num. 95. an cenſus impoſitus ſuper quodam fundo, vel prædio, ꝙ prædium poſtea venditur pro franco, & libero ab omni cenſu emptor poſſedit prædium pro libero per xxx.annos, per quod tempus venditor cẽſus & prædij ſoluit cenſum emptori cenſus, demum obiit venditor, hæredes nolunt ſoluere cenſum emptor agit contra poſſeſſorem prædij, ſuper quo cenſus eſt impoſitus, qui dixit poſſediſſe prædium liberum per xxx.annos & præſcripſiſſe, quia omnes res præſcriptibiles ſpatio xxx. annorũ præſcribuntur. l. omnes.& l. ſicut. C. de præſcipt. triginta annorum. & poſſeſſor non ſoluit cenſum per xxx.annos, ergo: tamen Caſſan. ſuper conſuet. Burg. in tit.de cenſib.Rub.11.§.2.in gloſſa,& ſemblament.num. 36. verſ. nunc ſuccedit. & num. 37. concludit in ſupradicto caſu, quod nulla currit præſcriptio contra cenſuarium, ex quo à venditore ſemper exegit cenſus,& non poterat ad rem recurrere, niſi in defectu ſolutionis, & ſic actio realis ad rem non erat nata, niſi tempore denegatæ ſolutionis, & non valenti agere,non currit præſcriptio. l. 1.§.ſi quis.ff.de itin.act.quæ priuato. l. 1.in fine. C. de annali præſcript.& ita concludit Caſſan. ibi num. 38.& ſequen. quem refert & ſequitur Follerius.

lerius in d.§.huiuſmodi cenſualia. nu. 95.dixi in tractatu de acquir.poſſ. c. 34. num. 338. & res cenſui onerata tranſit ad quoſcunque ſemper cum ſuo onere,vt dixi infra par.3.nu.25. in fine.& idem Follerius in §.tamquã res iudicata.num.35.& 36.

91 Pactum redimẽdi an poſſit præſcri bi per emptorem cenſus, qui habent animum faciendi cenſum perpetuum & faciat quietationes animo præſcribendi facultatem redimendi cenſum, qui animus debet fieri notus ipſi venditori: nam ſi venditor ſoluit ſimpliciter cenſum, ſemper ſoluit animo redimendi.l. cum notiſſimi.§.immo.C. de præſcript.30.vel 40.annorum Sozzin.conſil.15.lib.4.Tiraq.de præſcri. glo.12.carta 112. & conſulitur ob id ipſi venditori cenſus, vt non permittat fieri quietationes per emptorem de cenſu perpetuo, & non redimibili per 30. annos,quia poſſet præiudicare, licet moderni Pariſienſes de vſuris num.203. dicant dicta verba non prçiudicare,ex eo quia ex productione inſtrumenti cẽſus apparet de contrario, quod inſtrumentum non poteſt tolli verbis enunciatiuis. Decius conſ.164.in fin.Tiraq. de retract.cõuentionali §.1.gloſſ.2.num.6. & multis ſeq. Hodie eſt ſublata omnis dubietas ex conſtitutione Pij V. vt dictum eſt ſupra.

92 Pro annuo cenſu,quem exegi longo tempore à Titio & eius hæredibus qui hæredes denegando ſolutionem ſpoliarunt me, dubitatur, an poſſim agere interdicto reſtitutorio, & Guido Papæ.quæſt.629. tenet quod ſic. Foller.in d.§.huiuſmodi cẽſualia.nu. 97. Puteus deciſ.151.lib.3. Menoch. de reintegranda remedio 1.num.89. ſed melius eſt quod cẽſuarius vadat ad iudicem coram quo citet poſſeſſorem rei ad ſoluendum cenſus decurſos,& nõ ſolutos,quia tunc agẽs non videtur à poſſeſſione exigendi eiectũ eſſe,ſed retinet ciuilem,& petit cogi aduerſariũ ad ſoluẽdum, & ſic manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione, & decretum de ſoluendo ſapit potius manutentionem cenſuarij, quam reſtitutionem.Afflict.deciſ.395.nu.7.Puteus deci.419.& eſt ratio,quia cẽſuarius nunquã habuit ſe pro ſpoliato,& hæc praxis magis placet, & vide quæ dixi in tract.vti poſsidet.c.8.& 9.vbi quod per denegationẽ ſolutionis faciẽdæ ab eo,qui ſoluere tenetur,quis non dicitur ſpoliari in iſtis præſtationibus annuis.Ægid.conſil.21.ver. item tenet.Afflict. deci.395.nu. 7.& ꝓpterea turbatus in iſtis incorporalibus debet manuteneri in poſſeſsione exigendi in qua turbatur. Put. deciſio. 419. lib. 2. vide infra numero 175.

93 Cẽſus currit debitori,vel vẽditori illius vſque quo ſorte vel pretium reſtituat emptori cẽſus etiã quod ſors principalis fuerit ſequeſtrata in manibus vẽditoris, Caputaquẽſis deciſ. 103. lib. 1. Coadiuuatur hæc deciſio à cõſtitutione Pij V.quia vẽditor ſem ꝑ tenetur cẽſum ſoluere emptori,donec illi denunciet velle redimere cẽſum, & illum cum effectu redimat in pecunia numerata,vt dicitur in dicta conſtitutione, ibi,Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante denunciari,cui pretium dandum erit,& ſic vſq. ad vltimam diẽ bimeſtris, cẽſus pro rata ſoluere tenetur. hæc opinio cõprobatur à Follerio in §. inſtrumẽto gratiæ. num. 59. reprobata alia opinione,& bene.

94 Formari poſſet hic alia quæſtio, factus fuit contractus cenſus cum pa

K 2 cto

cto redimendi, iuxta conſtitutionem Pij, venditor non facta intimatione, nec retrouenditione cenſus, reſtituit pretium cenſus emptori, qui emptor reſtituit ius quod habebat in re vēditori, an venditor cenſus conſtituti faciat fructus ſuos, non facta ei ab emptore retrouēditione cēſus: & videtur quòd non, quia aliud eſt retrouēdere aliud promittere de retrouendendo. Iaſ. conſ. 117. lib 1. Tiraq. de retract. conuentionali ad finē tit. nu. 63. vſq. ad num. 67. ſed opinio contraria magis placet, quòd cēſeatur facta retrouenditio cenſus ex traditione rei, tam propter pactum retrouendēdi, & ſic propter ſpem futurę retrouēditionis, quàm ex pretij ſolutione, quia ſoluēs partem pretij facit pro rata fructus ſuos. Sozzin. in l. ſi ante. ff. ſoluto matrim. & conſ. 170. lib. 2. Tiraq vbi ſupra num. 67. & multis ſeq. præſertim quia ex promiſſione retrouendendi oblato pretio fit perfecta venditio, cū ſtet p eū, qui tenetur vēdere, vel retrouendere. Tiraq. vbi ſup. nu. 73. & ſeq. & ita vidi ſeruari iuxta conſil. Sozzi. 170. vide etiam ĵ. nu. 130. & l. 2. C. de act. empt. & vend. & inf. num. 204.

95 Si factus ſit contractus cēſus ad rationē x. pro 100. cum aliquibus pactis illicitis, & cum pacto redimendi, & alias iuxta conſtitutionē Pij V. an cēſeatur contractus vſurarius propter dicta pacta illicita: & videtur dicendum quòd propter dicta pacta illicita cōtractus ſit vſurarius ſtante cōſtitutione Pij V. reprobans dicta pacta illicita dans formam, qua non ſeruata contractus vſurarius declaratur, & hæc de iuris rigore vera ſunt; ſed q̃a partes non habuerūt intentionē contraueniendi dictæ conſtitutioni, ſed dixerunt in fine contractus iuxta formam dictæ conſtitutionis Pij Quinti videtur quòd intentio partium fuerit nolle facere venditionem & emptionem cenſus contra formam dictæ cōſtitutionis, ſed ſecundum illam, & ſi quod pactū illicitum eſt appoſitum in cōtractu, tollatur & reducatur ad æquum, videlicet ad formā dictæ conſtitutionis, quia illud dicitur contineri in ſcriptura referente quod continetur in ſcriptura, ad quam fit relatio. l. ait Prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudic. l. ſi ita in teſtamento. ff. de condit. & demonſtr. & relatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus ſuis. Dec. conſ. 47. col. 2. verſ. ſed prædictis. Tiraq. de retract. parte 1. §. 8. glo. 1. nu. 27 vide infra num. 137. & ſeq.

96 Sed ſi nō eſt dicta relatio aliud credo; ideo animaduertāt contrahētes, tā in appoſitione pactorum, q̃ in illorū exequutione; nam ſi pacta præfata exigerētur, vel mandarētur exequutioni contra venditorem cenſus, tunc dicta proteſtatio eſſet cōtraria facto & credo, ꝙ in eo caſu cōtractus eſſet vſurarius, & contra formam dictæ cōſtitutionis factus, ideo melius eſt, vt non apponantur pacta illicita, & contraria dictæ cōſtitutioni, & ſi ponantur, vel poſita ſint renuncietur dictis pactis illicitis, aliàs erit in arbitrio iudicis illa exequi, & declarare contractum vſurarium, vide infra hac parte num. 137. & ſeq. quinimmo per iſtam relationē ad conſtitutionē Pij V. non eſt ſeruata forma illius. l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. poſſ. Bald. & Ang. in l. 1. ff. de lib. & poſth. verſ. ſecus autem. & dictum eſt ſup. in 1. par. num. 1. & vide inf. num. 137. & ſeq.

97 In contractu cēſus an poſſit venditor inuito emptore ei rē tradere, & relinquere inſolutū, ſuper qua eſt impoſitus cēſus ipſi vēditori, ita vt liberetur à ſolutione cenſus, & emphyteoſis

&

& dicas inuito domino renuntiari non poteſt.l.2.C.de iure emphyt.ibi ſi dominus voluerit, & ibi Bald. col. 2. Iaſ. col. 7. verſ. ſexto principaliter, at Tiraquell. de retract. parte prima §. 34. gloſſa 1. num. 1. & 2. declarat hoc procedere in loco in quo eſt conſuetudo quòd poſſit renunciari, aliàs fieret res inutilis domino & emptori, ſed hæc remittantur arbitrio iudicis, nam ſi adeſt cauſa poteſt cogi emptor à iudice vt accipiat fundum & liberet venditorem, ſi non eſt cauſa iuſta & legitima non credo poſſe cedere inuito emptore prædium ipſi emptori, propterea omnia iudicis arbitrio remittenda. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 2. caſu 183. num. 25. & 28. pro quibus, vide §. fin. in authen. de fideiuſſor. gratia hoc ſit nam ex ab Imperatore. Follerius vero in §. tamquam res iudicata num. 49. dicit quòd ſi adeſt obligatio perſonalis pro ſolutione cenſus non debet admitti allegatio Tiraq. in prima parte §. 1. gloſſa 6. num. 20. & 21.

98 Contractus in vrbe factus ſuper emptione annui reditus ſuper re ſita Peruſij, & venditor ſe obligauit cenſus ſoluere in vrbe emptori, & retrouenditio cenſus pariter in vrbe fieri debet, & cautiones in vrbe ſimiliter præſtari pro euictione & ſolutione cenſus, an iſte contractus poſſit connumerari inter bona immobilia exiſtentia in vrbe, & videtur quòd res dicatur eſſe illius loci in quo exactio vigore contractus fieri debet. l. Titium, & Mæuium §. tutores ff. de adminiſt. tut. Aret. conſ. 10. num. 3. & 4. Lapus vero allegat 91. col. penult. verſ. contrarium, dico, ait quòd nomina debitorum ad illum locum pertinet vbi exactio de iure, & de facto fieri poteſt, nam vbi eſt collata ſolutio ibi debitor reperitur. l. ex facto §. rerum, & l. quæro. ff. de ſolut. & Oradin. deciſ. 478. & hæc loquuntur in nominibus debitorum, quæ an ſint mobilia vel immobilia dubitant doctores. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſa 5. nu. 1. & gloſſa 7. num. 9. & 17. & additio ad allegationes Lapi 91. plures allegant. ſed contra faciunt quæ dicta ſunt ſupra, in prima parte num. 49. & in hac parte num. 49. vbi concluſum eſt cenſus ex parte emptoris, inter immobilia computari, quare pro re exiſtente Peruſij non facit contractus celebratos eſſe Romæ, cuius rei exiſtentis Peruſij, pars eſt reditus emptus ſuper dicta re immobili, qui reditus eſt in vrbe ſoluendus, quæ ſolutio non facit quòd dictus cenſus dicatur eſſe in bonis exiſtentibus in vrbe, quia reſpectu ipſius emptoris res immobilis reputatur, & ſic eſt immobilis in loco in quo res poſita eſt, & iſta ſolutio cenſus facienda in vrbe, prouenit ex partium conuentione, non ex natura contractus, & ſi venditor grauaretur ex iſta ſolutione facienda in vrbe ex pacto, crederem, quòd iſtud pactum eſſet illicitum & tollendum ex diſpoſitione dictæ conſtitutionis Pij Quinti, cum in ea dicatur, Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, & ſolutio facienda in vrbe, eſt onus propter impenſas quæ fiunt in tranſportatione pecuniarum de Peruſio ad vrbem. Ideo concludo quòd cenſus impoſitus ſuper rebus exiſtentibus Peruſij, eſt in ipſis

ipſis rebus immobilibus Peruſij exiſtentibus, non in vrbe in quo fit ſolutio ex pacto, & conuentione quæ conuentio non poteſt rem immobilem exiſtentem Peruſij transferre in vrbe, non obſtant allegata in contrarium, quia loquuntur in nominibus debitorum, nos ſumus in cenſu impoſito ſuper re immobili, qui eſt pars rei immobilis. Bald. de contr. inter Vaſal. & Epiſcopum c. 1. num. 5. in fine Hier. Gabriell. conſ. 141. num. 15. lib. 2. Oradin. deciſ. 116. circa mediũ lib. 1. dicit quòd eſt communis opinio.

99 Pactum redimendi factum cum emptore cenſus, ſi emptor vendit cenſum alteri ille alius tenetur retrouendere dictum cenſum venditori, licet pactum reuendendi ſit perſonale non reale, Didacus lib. 3. variarum reſolutionum c. 8. verſ. hinc apparet ſub num. 3. Paul. de Caſtro in l. ſi cum venderet. ff. de pignor. act. Guido Papæ conſ. 49. Boetius deciſ. 182. Aymo conſ. 1. Follerius in practica cenſuali §. inſtrumento gratiæ num. 15. Ruin. conſ. 82. lib. 2. col. 1. & 2.

100 Dicitur in conſtitutione Pij nullo modo poſſe cenſum ſeu annuum reditum imponi niſi in re immobili de ſui natura fructifera, id eſt frugifera vel fructum ferens, & res frugiferę de ſui natura ſunt arbores, ager, arua, ſiluæ, & cupreſſi, propter amœnitatem l. competit §. ſi quis, in ff. quòd vi aut clam, vbi gloſſa. & l. frugem 77. ff. de verb. ſign. ibi frugem pro reditu appellari, vbi Alciat. dicit reditus eſſe nomen generale, ſicut prouentus, ſeu obuentiones & compræhendit omnia iura, ſeu vtilitates quę percipi poſſunt & quòd Plinius appellat frugiferas arbores omnes, quæ fructiferæ ſunt, ſequitur in textu d. l. frugem, non ſolum quòd frumentis aut leguminibus, ſed quòd ex vino ſiluis ceduis cretifodinis & lapidicinis capitur, vbi Rebuff. ait quòd quidquid vtilitatis & reditus ex fundo habeo poteſt fruges vocari, & fructus à fruendo vel ferendo dicuntur, qui fructus eo ferat, & de iure canonico frugum nomine fructus compræhenduntur. c. 1. & c. cum homines de decimis, & ſic omnis res quæ fructum fert frugifera vel fructifera dici poteſt, & fructuum nomine venit penſio domus prouentus, obuentiones & emolumenta Guighelmus Benedicti in c. Rainutius verſ. Cetera bona. num. 32. de teſtam. & num. 33. vult quòd compræhendantur etiam iura feudalia, & emphyteoticaria, & ſic res fructifera eſt illa quæ apta eſt ad fructum faciendum, ſiue reditum, ſiue introitum, & ideo Nauar. in tractatu de vſuris, nu. 113. quęſt. 13. dicit quòd poteſt imponi cenſus ſuper turri quæ non eſt ſolita locari, licet locari poſſit, de qua quæſtione vide ſupra num 27. in hac ſecunda parte, & vide etiam ſupra in prima parte num. 3.

101 Pactum redimendi eſt de forma contractus cenſus vt oſtenſum eſt infra parte tertia num. 15. & ſemper in contractu cenſus debet apponi, vt dictum eſt in dicta tertia parte nu. 23. Follerius in praxi cenſuali §. inſtrumento gratiæ pro conſimili pretio num. .& 5. dicit ita demum contractus cenſus approbatur pragmatica ſanctione ſi fiat pactum de retrouendendo, & non aliter, & dicit concordare extrauagantes Martini, & Caliſti, & hodie in ſua conſtitutione Pius voluit quòd pro eodem pretio extingui poſſit, non obſtante tempore immemorabili centum annorum & non obſtantibus pactis directè aut indire-

ctè

ctè dictam facultatem auferentibus quibuſcunque verbis aut clauſulis conceptæ ſint vt dixi infra parte tertia num.23.& ſupra parte prima nu. 15. præſertim dicit Follerius, quòd ex verbis dictæ Pragmaticæ conditionaliter loquentis videtur dari forma, qua non ſeruata contractus eſt nullus, allegat Felin. in c. cum dilecta de reſcriptis, & in hoc eſt conformis conſtitutio Nicolai cum aliis conſtitutionibus Pontificum.

102 Pactum redimendi poſt tale tempus & non infra an valeat in contractu cenſus, Guido Papæ. quæſt. 616. & alij relati à Follerio in dicta praxi cenſuali §. inſtrumento gratiæ num. 9. dicunt facere contractum illicitum & vlterius non eſſe rutum in foro conſcientiæ, nec licitum in terminis dictæ Pragmaticæ, quia requirit pactũ retrouendendi liberum, licet fiat ex voluntate emptoris & venditoris, & huiuſmodi pactum ſic formatum, facit præſumi contractum ſimulatum Tiraquell. de retractu conuentionali §.1. gloſſa 2. num.62. Alex. conſ. 46. lib. 1. hodie tale pactum eſt reprobatum ex conſtitutione Pij Quinti.

103 Pactum redimendi cenſum non ſolum conceditur venditori cenſus ſed eius hęredibus, & ſucceſſoribus, etiam quòd in pacto de eis mentio facta non fuerit. l. ſi pactum. ff. de probation. Bart. Bald. Angel. & alij in l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor. Follerius in praxi cenſuali §. inſtrumento gratiæ num. 26. etiam quòd facultas redimendi venditori dumtaxat conceſſa ſit, quia dictio dumtaxat excludit extraneum non hæredem & ſucceſſorem, & ibi num. 27. & ſeq. hodie eſt ſublata omnis diſputatio per conſtitutionem Pij V. quia quilibet dominus rei ſuper qua impoſitus eſt cenſus, poteſt redimere cenſum, & ſe liberare ab vſuris etiam poſt centum annos vt ſupra pluries dictum eſt.

104 Et non ſolum maior facere tenetur retrouenditiones, ſed minor etiam ſine decreto iudicis poteſt retrouendere. Alber. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. in principio, & eſt textus in l. 1. C. quando decret. opus non eſt. Follerius in d. praxi §. inſtrumento gratiæ, num. 33. & ſi hæres eſt infans & impubes ad conſtituendum eum, in mora retrouenditionis facienda in vim pacti, vel ex conſtitutione Pij Quinti citari poteſt ad retrouendendum, & recipiendum pecunias, & Afflict. deciſ. 262. tenet quòd minor ſit citandus ad legitimè comparendum, non ad retrouendendum, & recipiendum pecunias, quia ſolutio non poteſt fieri pupillo ſine authoritate tutoris, nec oblatio, ſed ſi non habet infans vel pupillus tutorem ſunt monendi conſanguinei & cognati, vt compareãt legitimè pro infante, aliàs videndum illis deputare tutorem & curatorem ad lites, vel in tali actu particulari, & ſi citetur infans, nulla eſt citatio. l. quique. ff. de in ius vocando. l. 2. ff. de condit. furt. Io. And. in titulo de reo. §. 1. in additione ſpecul. & ſi infans habet tutorem, debet tutor citari pro infante, qui iudicium ſuſcipiat pro eo qui fari non poteſt. l. 1. §. ſufficit. ff. de admin. tut. ſed in maiore ſeptennio, poteſt talis minor citari ad legitimè comparendum, aliàs videndum deputari curatorem ad illum actum, vt dixi in tractatu de tutore. c. 11. num. 10. Ideo plus placet hęc praxis, quàm quòd citetur infans vel impubes ad retrouendendũ, vel recipiendum pretium, quicquid dicat Follerius in dicto §. inſtrumento gra-

to gratiæ,num. 34. licet ipſe alleget Affli&ctum. deciſ. 262. qui dicit quòd infans citari non poteſt. nu. 1.

105 Mortuo emptore cenſus,qui condidit teſtamentum, & vxorem reliquit vſufructuariam, & alium hæredem proprietarium, venditor cenſus vult in vim facultatis ei conceſſæ à iure vel ab homine retroemere cenſum, cui debet intimare retrouenditionem faciendam proprietario, vel vſufructuario,aut vtrique & Cagnol. in l.2.num.32.C.de pact. inter empt. & vend.tenet quòd vtrique ſit facienda intimatio. l. is qui fundum. ff. de vſu.& vſuf.leg.Tiraquell.de retr.conuenit.§. 1.gloſſa 6.num.29. licet pretium cenſus redempti manere debet apud vſufructuarium.l.vxori meæ. ff. de vſuf.leg. Foller. in dicto §. inſtrumento gratiæ num.35.& 36.vbi tenet quòd pretium debet remanere apud vſufructuarium, vt eo dum viuit vtatur, & fruatur, data cautione de reſtituendo pecunias in caſu reſtitutionis, vel penes hæredem proprietarium qui reſpondeat de vſufructu ſimili dum viuit, vt dicit idem Follerius ibi nu. 36.

106 Venditore cenſus mortuo qui plures reliquit hæredes,vel forte plures venditores fuerunt, & vnus vult ſuam partem redimere, an poſſit, & Foller.in dicto §.inſtrumento gratiæ, num.37.recitat varias opiniones doctorum, & tandem interponit ſuam & facit diſtinctiones, ego vero dico ſecundum conſtitutiones Martini, Caliſti, & Pij declaratæ vt ſupra in prima parte, quod redemptio cenſus fieri poteſt in totum & in parte.& ille qui redemit, facta intimatione emptori qualiter vult cenſum iuxta conſtitutionem Pij redimere non tenetur amplius emptori pro illa rata cenſum ſoluere,vt hac ſecunda parte nu. 39.an vero pro parte aliorum, & tūc diſtinguo,quòd ſi in ſolidum,& vti fideiuſſores aliorum ſunt obligati tenentur ipſis viuentibus,pro portione aliorum, ſi vero non ſunt obligati in ſolidum, neque vti fideiuſſores aliorum, redempta parte ſua cum illa intimatione liberatur à ſolutione cenſus illius partis, & aliarum partium, nec adaptatur cenſui deciſ. Afflict. 153.allegata per Follerium vbi ſupra num. 37. in fine quia loquitur in emphyteoſi,& emphyteoſis eſt indiuiſibilis, nos ſumus in cenſu qui eſt diuiſibilis, vt declaratum eſt ſupra hac parte num. 33.Iulius Clarus in §.emphyteoſis quæſt.8. verſ. quæro quòd ſi emphyteota, nec obſtat conſil. Ruini 82.num. 4.& ſeq. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuentionali §. 1. num. 30. & 31. quia loquuntur in facto indiuiduo non diuiduo prout nos ſumus, nam venditor ex conſtitutione Papæ, poteſt in totum & in parte redimere cenſum, & ſic ex conſtitutionibus Pontificum tolluntur contraria in hoc caſu tantum in aliis caſibus remaneat diſpoſitio iuris communis.

107 Et ſemotis conſtitutionibus Pontificum in pacto redimendi cenſus de iure communi, ſunt variæ doctorum ſententię,quando quis ex pacto habet ius redimendi, nam ſi ſunt plures hæredes illius qui habet pactum redimendi,& vnus vult redimere,alij hæredes non volunt partem ſuam redimere, an hic qui vult redimere partem ſuam poſſit cogere cohæredes,vt & ſuam quoque partem ſimul redimant,ne emptori ſit ius contradicendi,& Tiraquell.de retract. parte 2.§. 1.gloſſa 6.num. 32. tenet quòd ſic de iure ciuili.l.his conſequenter §. Celſus.

ſus,& l. hæredes. §. idem iuris. ff. famil.hærc.Cagnol.in l.2.quęſt.15.C. de pact. inter emptorem & venditorem. Follerius in d. praxi cenſuali §. inſtrumento gratiæ num. 38. idem in cenſu dici poſſet quia cohæres non cogitur ab emptore cenſus ad redimendum, quia tunc non poſſet, ſed à cohęrede, in quo caſu nihil diſponunt Pontificum conſtitutiones, ſed remanet ius commune, quòd ſeruandum eſt, vbi non diſponunt dictę conſtitutiones, vel non eſt illis contrarium ius commune.

108 Sed maius dubium eſt an unus ex pluribus hæredibus venditoris poſſit ſolus partem ſuam & aliorum redimere, offerendo emptori totum pretium, & Tiraq. in d. §. 1. gloſſa 6. nu.33. vſque ad numerum 39. refert quattuor opiniones, tandem confirmat vltimam opinionem n.37. & 38. quòd emptor teneatur integram rem retrouendere vni venditorum vel hęredum offerenti integrum pretium, ſiue alter hæres dicat velle redimere vel non, quia ſi non repudiat redimere poteſt cogere ſocium vt ei partem ſuam retrouendat reſtituto pretio ſibi tangente. Paulus de Caſtro conſ. 227. ante finem lib. 1. Sozzin. conſ. 15. lib. 4. Boer. deciſ. 257. & refert Tiraquell. d. num. 37. ita iudicatum in curia Pariſienſi, & num. 38. dicit, quòd ſocius qui redemit pro aliis debet cauere aliis portionem eorum reſtituere per l. 1. §. ſi pecuniā verſ. ſed ſi res ff. depoſit. Foller. in dicto §. inſtrumento gratiæ num. 39.

109 Actio de retrouendendo competens duobus fratribus, in aliqua domo vel prædio ſito Peruſij, & in diuiſione fratrum vni data ſint in partem bona exiſtentia Peruſij, alteri bona exiſtentia Romæ, ex iſta diuiſione nō venit actio & pactum redimendi competens alteri fratri Romæ vel Peruſij, quia ea quæ in nominibus ſunt non recipiunt diuiſionem, nam in diuiſione non veniunt nomina l. ea quæ C. famil. herciſ. Alex. conſ. 75. latè declarat Aret. conſ. 6. relati à Tiraq. in dicto §. 1. gloſſa 6. num. 39. niſi in inſtrumento diuiſionis diuidentes ſibi ad inuicem cedant iura quæcumque & actiones competentes ipſis fratribus, vni videlicet omnia iura quæ ipſis quomodolibet cōpetunt in ciuitate Peruſij, & alteri omnia iura competentia eis in vrbe Roma, vt declarat additio ad Alexandrum in dicto conſ.75. libro ſexto in principio & in fine vide infra numero 111.

110 Aliquis emit à pluribus inſolidū ſe obligantibus, ſuper certis bonis annuum cenſum cum pacto redimendi, & emptor admiſit vnum ad redimendum portionem ſuam nunquid à ſolutione cenſus pro aliis partibus non redemptis liberaſſe eum videatur, & Alciat. in l. ſi creditores num. 9. C. de pactis, primo dicit, quòd non liberatur, ex quo in ſolidum erat ad ſolutionem cenſus cum aliis obligatus, poſtea num. 10. tenet contrarium, quia emptor retrouendendo partem videtur illi actioni renunciaſſe eamque partem liberam retrouendidiſſe. l. pen. §. fin. ff. de pignor. Rom. ſing. 605. ſecus in emphyteoſi vt per Alciatum in dicta l. ſi creditorem num. 11. & 12. & 13. vide ſupra hac parte num. 33. Refert Tiraquell. Alciat. in dicto §. 1. gloſſa 6. num. 40. Follerius in dicto §. inſtrumento gratiæ. num. 41. tenet idem niſi retrouendens reſeruaſſet ſibi ius exigendi reſiduum cenſus inſolidum expreſsè, vel ex coniecturis appareat hoc agere ſolum voluiſſe.

L Sed

111 Sed quid ſi emptor cenſus qui promiſit retrouendere, deceſſit pluribus hæredibus relictis, quorum vnus habet cenſum, vel rem ita venditam, an ille ſolus teneatur retrouendere, vel omnes, & Tiraquell. de retract. conuentionali.§.1.gloſſa 6. num.41. & duobus ſequent. primo recitat opinionem quorũdam, qui tenent quòd omnes teneantur, & non ille ſolus qui poſſidet cenſum, vel rem, poſtea refert doctores tenentes contrarium num.42.& 43.quos ſequitur, vide ſupra num.109.

112 Sed ſi omnes hæredes inſolidum poſſideant communiter dictam rem, vel cenſum nihilominus inſolidum quilibet dictorum hęredum cõueniri poteſt, quia non ſolum nec ſimpliciter tenetur emptor ad reſtituendã rẽ ſed etiam ad eam tradendam, & obligatio rem tradi tranſit ad quemlibet hæredum inſolidum, ſicut aliæ obligationes, quæ in factis conſiſtunt. Sozz. conſil. 253.lib.2.Cagn. in l.2. q. 14. C.de pact.inter empt.& vend. Tiraquel.in d.§.1.gloſſa 6.nu.44. Foller. in d.§.inſtrumento gratiæ.num.42.

113 Et ſi fuerunt duo emptores cenſus quilibet eorum cogi poteſt, vt retrouendat partem ſuam ſoluto pretio pro redemptione dictæ partis, quia licet ſit vnus contractus, tamen in eo ſunt duæ obligationes, ita vt quilibet eorum retrouendere teneatur, l. reos.§.cum in tabulis.ff. de duobus reis. Tiraquell.in dicto §.1. gloſſa 6. num.45. Follerius in d.§.inſtrumento gratiæ.num.43.

114 Pactũ de retrouendendo licet non ſit appoſitum in inſtrumento cenſus, ſed poſtea appoſitum in apocha priuata ex interuallo, tamen cenſetur in inſtrumento cenſus appoſitum à principio, quia pacta, quæ ex interuallo fiunt, ad diminutionem emptionis cenſentur in contractu ineſſe, & hoc tanto magis in cõtractu cẽſus, ex quo in cõſtitutione datur hęc facultas redimendi emptori perpetuo, quinimo ſi auferatur dicta facultas redimendi contractus eſt vſurarius, quia eſt de forma huius contractus cenſus nu. 15. & 23. infra in tertia parte huius tractatus, & Follerius tangit in dicto §.inſtrumento gratiæ num. 43.& ſupra parte prima num. 13.

115 Quid ſi emptor cenſus obligauit illum in ſpecie quibuſdam ſuis creditoribus, demum venditor in vim dictarum conſtitutionum redemit, an reſoluantur dictæ obligationes, & hypotecæ ſpeciales impoſitæ per emptorem cenſus ad fauorem ſuorum creditorum Bart.in l. ſi ex duabus §. ſed & Marcellus, & ibi Baldus ff. de in diem adiect.Cagnol. in l.2. in 5.qu. C.de pact.inter emptor.& vendit. tenent quòd reſoluatur, & non præiudicent venditori cenſus, ratio eſt quia cum dictis ſpecialibus hypotecis, præiudicare emptor cenſus venditori non potuit; quia reſpectu venditoris propter facultatem redimendi cenſus eſt res mobilis, reſpectu emptoris eſt immobilis, dictum eſt ſupra parte prima, numero 49.& 50.& diſtinctio Follerij in caſu harum conſtitutionum in dicto §. inſtrumento gratiæ, numero 44. non adaptatur huic quæſtioni propter conſtitutionem Pij, quia pactum redimendi eſt perpetuum non ad tempus.

116 Venditor ſi vult cenſum redimere ab emptore facta intimatione ipſi emptori, vel hæredibus eius, debet de pretio cenſus facere actuale depoſitum. Tiraquell. de retractu conuentionali §.4.gloſſa 6.num.1.& ſeq. & numero 4. Follerius in dicto §. inſtrumento

ſtrumento gratiæ, num. 45. & 46. & quo ad fructus ex forma conſtitutionis Pij Quinti, debet intimari retrouenditio per duos menſes ante,& durantibus iſtis duobus menſibus currunt fructus emptori, illis elapſis, & facto depoſito vt dictum eſt non currunt amplius fructus emptori, ſi non fecit depoſitum currunt fructus & poteſt infra annum cogi venditor ad redimendum cenſum vt dictum eſt infra in tertia parte, num. 38. & ſi cogatur vſque ad diem redemptionis cenſus, currunt fructus emptori propter venditoris culpam, moram, & non obſeruantiam conſtitutionis Pij Quinti, vt infra numero 205.

116 Et facto depoſito apud campſorem per venditorem ſi campſor decoxit cuius erit periculum, & diſtinguunt doctores, quòd ſi ſtetit per emptorem cenſus ex iuſta cauſa perit venditori, ſi ex iniuſta emptori. Ioannes Baptiſta Lupus de vſuris commentario 2. §. 3. nu. 103.

117 Et depoſitum fieri debet vel in ſacculo numerato penes campſorem vel aliam perſonam idoneam, vel per cedulam bancariam & parte citata coram iudice ordinario ſub iſta forma, intimetur. N. qualiter B. venditor cenſus talis intendit illud iuxta diſpoſitionem conſtitutionis Pij Quinti, redimere, & citetur idem ad recipiendum pretium cenſus in pecunia numerata in fine duorum menſium, incipiendorum à die præſentis intimationis aliàs fieri depoſitum dicti pretij penes N. vel alium ſuis riſico & periculo in die quæ erit. I. vel alia menſis Septembris, vel alterius menſis currentis inſtante B. venditore: facta intimatione & citatione, poſt elapſos dictos duos menſes coram iudice ordinario ipſius venditoris compareat venditor & inſtans in die iuridica cũ pecunia, & ſi erit præſens emptor offerat ei illam ſoluere facta retrouenditione, ſi erit contumax accuſata contumacia, faciat reale depoſitum penes campſorem, vel aliam perſonam idoneam, cum proteſtatione de riſico & periculo depoſiti, propter contumaciam emptoris non comparentis ad recipiendum dictum pretium, & quòd ab inde in poſterum non intendit amplius fructus dicti cenſus ei ſoluere, quia per ipſum non ſtat quòd non redimat & numeret pretium ipſi emptori, ſed ſtat per ipſum emptorem contumacem in facienda retrouenditione,& recipiendo pretium iuxta requiſitionem præfatam, & hæc videtur bona praxis. vide tamen Tiraquell. de retractu conuentionali §. 4. gloſſa 6. num. 5. & ſeq. & numero 8. & ſeq. & Foller. in dicto §. inſtrumento gratiæ, numero 47. quia cum ſupradicta praxi vitabuntur diſputationes, de quibus per Tiraquell. & Foller. vbi ſupra, & ad fugiendum periculum depoſiti dicta citatio, & proteſtatio fieri debet, & facit quæ dicit Follerius ibi numero 50. & 51. & num. 58. & quòd debeat citari, tenet Io. Baptiſta Lupus in tractatu de vſuris comment. 2. §. 3. num. 105. in fine cum ſeq. & num. 112.

118 Præterea depoſitum quando totus cenſus redimendus eſt debet eſſe integrũ,& ſi deficeret vnus nũmus, nõ tenetur emptor illud recipere Tiraq. in d. §. 4. gl. 6. nu. 23. & ſeq. & Foller. in d. §. inſtru. gratię. n. 49. & ſimili modo qñ quis vult aliquã partẽ redimere tunc totam illam partem integrè

L 2 ſoluat

ſoluat vel deponat. Io. Baptiſta Lupus in tract. de vſuris. cōmen. 2. § 3. n. 104.

119 Depoſitū vt legitimè fiat auctoritate iudicis fieri debet vel in ſacris ædibus, aliàs non erit legitimè factum depoſitum ſecundum aliquos doctores, licet ſecundum alios erit legitimè factum vt dicit Follerius in dicto §. inſtrumento gratiæ, nu. 51. poſt Tiraquel. in dicto §. 4. gloſſa 7. n. 11. quæ doctrinæ poſſunt concordari ſecundum praxim poſitam ſupra hac parte nu. 117. quæ praxis cum ſit ſecura, & inuenta ad tollendas diſputationes & lites ſeruanda eſt.

120 Quid ſi venditor pro redemptione cenſus fecit depoſitū pretij citato emptore, poſtea depoſitum recuperauit an videatur depoſuiſſe, & videtur quòd non, immo videtur depoſito renuntiare. l. debitor. ff. de vſur & l. 1. in fine, & ibi Angel. C. de diſtr. pig. Caſſan. conſ. 71. col. fin. Tiraq. de retract. parte 1. §. 7. gloſſa 3. nu. 4. & parte 2. §. 4. gloſſa 10. per totum, Follerius in dicto §. inſtrumento gratiæ nu. 57.

121 Præterea depoſitum fieri debet ſine aliqua conditione, & liberè vt legitimè factum dicatur, Bart. in l ſi ſoluturus in fine ff. de ſolut. Alex. conſ. 26. col. fin. lib. 6. Follerius in dicta praxi cenſuali §. inſtrumēto gratię n. 52. & nu. 54. dicit quòd ſi venditor facto depoſito, non declarauit velle depoſitum recipere poteſt depoſitum recuperare Bart. in l. acceptam C. de vſur. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſſa 9. idem Foller. vbi ſupra declarat hoc dictum quando venditor non fecit citare emptorem, quia ſi fuit citata pars ad videndum deponi pretium acquiritur ius parti per citationem, Foller. ibi nu. 55. & 56. & tunc ſine decreto iudicis non eſt reſtituendum depoſitum.

122 Quid ſi ruſticus minor vel mulier non fecerit legitimè vel integrè depoſitum an reſtituatur in integrum Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphyt. tenet quòd non, quia ruſtico & mulieri non ſubuenitur niſi in certis caſibus expreſſis, in l. pen. in principio ff. de iuris, & fact. ignor. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloſſa 7. numero 13. Foller. in dicto §. inſtrumento gratiæ num. 53. tenet quòd in caſu illius pragmaticę datur reſtitutio, & ego in caſu conſtitutionis Pij Quinti, dico poſſe fieri millies ſine reſtitutione in integrum, quia facta denuntia ſi non redemit infra bimeſtre, poteſt quandocunque redimere præuia denuntia, etiam quòd pluries & pluries denuntiauerit & non redemerit vt dixi infra in tertia parte num. 39.

Depoſitum confeſſatum ab aliquo coram notario & teſtibus, de tali ſumma pro tali contra talem, non ſufficit cum requiratur actuale depoſitum, Ioannes Baptiſta Lupus in tractatu de vſuris comment. 2 §. 3. num. 108. & ſeq. cart. 80. & ibi num. 111. dubitat an tale depoſitum præiudicet tertio.

123 Pactum appoſitum in contractu cenſus, quòd venditor in euentum redemptionis cenſus teneatur ſoluere gabellas ſolutas per ipſum emptorem in contractu emptionis cenſus, & Follerius in praxi cenſuali §. nihil vltra num. 24. ex conſtitutione Nicolai tenet quòd non valet & idem videtur dicendum in caſu conſtitutionis Pij Quinti, quia prohibet pacta ſolutionis onerum ſpectantium emptori non venditori ex natura cōtractus: in caſu iſto onus iſte ſpectat in emptione emptori, & in retrouēditione vēditori; ergo ad obſeruantiā iſtius pacti nō tenetur vēditor reſpectu ſolutionis dicti

oneris

oneris Tiraquell. de retract.conuent. §.4.glo.2. nu. 1.& 2. declarat, quid de iure tenendum, ſed non in caſu huius conſtitutionis.

Idem dicendum de his, quæ ſoluit emptor cenſus proſenetis, qui interfuerunt in emptione cenſus, & dicendum eſt quòd non, ex rationibus ſupra poſitis, & idem de impenſis inſtrumentorum, quoniam hæ impenſæ ſoluuntur in ipſo rogitu inſtrumētorum, partim per emptorem, partim per venditorem. Si vero extrahatur inſtrumentum à notario ad effectum producēdi in iudicio, quia venditor eſt moroſus in ſoluēdo, & tunc venditor tenetur ſoluere iſtas expenſas de iure factas culpa ſua, ſed hæc non poſſunt in pactum deduci, ſtante conſtitutione Pij, & ſi deduceretur, contractus factus contra formam dictæ conſtitutionis eſt vſurarius. Foller. in d.§.nihil vltra.num.28.& licet ſtatim contrarium teneat, tamen non ſequor eius opinionem propter dictam conſtitututionem Pij.

124 Pactum vero circa expenſas, quæ fierent in lite, propter euictionem,& ſimilia, cum veniant hæc culpa, & facto venditoris, qui vendidit cenſum ſuper re, quam dixit liberā, & erat aliena, fieri poteſt, quia non ex cauſa cenſus, ſed ex cauſa rei. l. 5. §. nunc videamus.ff. iud.ſol.& ibi gloſſ.& doctores.Foller. in dicto §. nihil vltra num.30.

125 Exequutio an fieri poſſit in perſona hæredum, & quando ob non ſolutionem cenſus, & dixi infra parte 3. num.51.quòd iſtud ius eſt reale, non perſonale, & ſi hæredes non ſoluunt, intentari poteſt cōtra eos Saluianum interdictum ad effectum, vt emptor mittatur in poſſeſſionē rei retinēdam donec exequatur: & hoc quando non adſit principalis, vel fideiuſſor obligatus ad ſoluendum in forma Cameræ: nam quoties adeſt obligatio Cameralis, contra perſonam agi poteſt pro ſolutione cenſus; ſi non adeſt, ſecus dicendum eſt, vide etiam Follerium in praxi cenſuali §.tanquam res iudicata.num. 22.& ſeq.

126 Duo prætendunt emiſſe cenſum ſuper aliquo fundo, & vterque petit exequutionem quis præferatur. & Caſſan.ſuper conſuet.Burg.in Rubrica des cenſes. §. 1. in gloſſa Amende. carta 349. tenet, quòd prior in tempore præferatur, quē refert & ſequitur Follerius in d.§. tamquam res iudicata num. 33. & ſeq. ſed ibi loquitur de conſtitutione cenſus ex confeſſione pretij de recepto, & illa confeſſio vult quòd præferatur ex iure antiquo. Hodie ſecus dicendum arbitror quia cēſus ex confeſſione de recepto fieri non poteſt, vt dictum eſt infra par.3.num.57.ſed in numerata pecunia præſentibus teſtibus, & non ex confeſſione de recepto, vt dictum eſt ſup.par.1.num.46.& 47.& ex confeſſione de recepto tamquam factus cōtra formam conſtitutionis Pij, eſt nullus, & vſurarius, & propterea ex eo hodie non oriretur aliqua hypotheca quæ poſſet præferri reali ſolutione pretij, iuxta formam dictæ conſtitutionis Pij, & in iſto caſu non poteſt cenſus contractus ex confeſſione de recepto pretio antè contractum factum ſecundum conſtitutionem Pij, præferri etiam quod ſit poſterior in tempore.

127 Dixi in quæſtioue de cenſib. in 3. par.inf.num.49. 51.& 65. quòd pro annuo cenſu datur poſſeſſorium, & hæc eſt praxis Curiæ Romanæ, tamē multi tenent contrarium, vt dicit Follerius in dicto §.tanquam res iudicata.

ta. num. 34. mihi vero placet praxis Curiæ Romanæ, quæ fundata eſt in iure communi, vt dixi in tertia parte vbi ſupra.

118 Obligatio Cameralis facta pro cẽſu ſoluẽdo per venditorem, in fauorẽ emptoris abſentis vel alterius ſtipulãtis nomine ipſius emptoris cenſus eſt exequẽda ad inſtantiam dicti emptoris cẽſus etiã quod ille, qui ſtipulatus eſt pro emptore non ceſſerit dicto emptori actiones, quia notarius ſtipulatur pro ipſo abſente tãquam publica perſona, vt eſt notum omnibus & tenet Follerius in praxi cenſuali. §. tamquam res iudicata. num. 51. & vlterius procurator ſpecialis poteſt petere exequutionem inſtrumenti cẽſus pro domino. Foller. ibi. num. 52. nam iſta inſtrumenta habent promptam, & paratam exequutionem, id eſt ſine vlla oppoſitione, vel exceptione, cum non admittant aliquam exceptionem, niſi illas tres videlicet ſolutionis, falſitatis, & pacti de non petendo, vt per Ant. Galleſiũ in tractatu obligationis Cameral. late diſcutitur.

129 An cenſuarius in caſu non ſolutionis cenſus poſſit propria auctoritate capere fructus rei cenſualis, vel bona cenſuarij, quouſque fuerit ei ſolutus cenſus, & Follerius in dicta praxi cenſuali §. tamquam res iudicata. nu. 54. dicit quòd ſic, & refert Caſſan. ita tenentem. Ego credo quòd non, quia debet iudicis auctoritate hoc facere, non ex ſe ipſo; & ideo datur Saluianũ interdictum, vt dictum eſt infra parte 3. num. 51. & ſi hoc fieret, daretur materia ſcandali, & rixarum, ad quas fugiendas ſemper ad iudicem recurrendum, ad hoc vt fructus capiantur auctoritate iudicis ſubhaſtentur, & deliberentur, & de pretio ſatisfiat: & hæc eſt praxis, reliqua non placent quia ſunt periculoſa.

130 Fructus pecuniarum ad cenſus datarum cum pacto redimendi ſi pretium reſtituatur emptori, de quo quietauit venditorem non aliter facta retrouenditione fructus debiti pro cenſu, fiunt ipſius venditoris. Sozzin. in l. ſi ante. ff. ſoluto matrimonio. Tiraquell. de retract. conuentionali ad finem tituli quæſt. 8. num. 63. & 67. cum ſequentibus. & licet Iaſon in dicta l. ſi ante. & conſil. 117. lib. primo, contrarium teneat, ſi res non fuiſſet reſtituta, & liberata ab emptore cenſus, tamen quando illam dimittit venditori, & non petit amplius cenſus, non habet difficultatem, quòd venditor cenſetur liberatus, vide ſupra num. 94. hac parte. rationes Iaſ. in l. ſi ante. numero 4. videntur bonæ, quia qui promiſit vendere, vel retrouendere, tenetur actione perſonali ad uendendum, & ex promiſſione de uendendo non transfertur nec ius, nec dominium, igitur requiritur retrouenditio. Secũdo ex quo dominium non eſt tranſlatum, clarum eſt, quòd ad eum non ſpectat periculum; ideo facienda eſt retrouenditio pro cautione vtriuſq partis. Sed oblato pretio emptori per venditorem emptor conſtituitur in mora, & propter moram non tenetur ad fructus. l. 2. C. de act. empt. & vendit. vide ſupra num. 94. & infra num. 204.

131 Dixi infra in tertia parte num. 46. quòd publicatio conſtitutionis Pij V. facta in Cancellaria, & in acie Campi Floræ, ſufficit & à die publicationis in vrbe, vel in prouinciis poſt duos menſes ligat, multi dicunt quòd hæc publicatio facta in vrbe de conſtitutione Apoſtolica in locis ſolitis, non ſufficit, ſed vt liget requiritur, quòd

quòd fiat in prouinciis,& in quolibet loco prouinciæ, Felin.in c.2 num.7. de conſtit. deciſ. Pedemontana 141. num.2. Alex.conſ.52.num.7. lib. 1. vbi additiones Gabriell. lib. 6. in tit. de legibus conclu.4.in principio. Ro land.in terminis conſ.8.nu.25.& ſeq. lib.3.Pariſ.conſil.171.num.5.lib. 4. Aufr. in additione ad deciſ. Toloſana 444. ſed iſtis non obſtantibus, in contrarium eſt veritas in conſtitutione Papæ, q ſit ſolum publicāda in vrbe, vt j.patebit, & non in prouinciis.

132 Nam Io. Monachus in cap. in generali.de reg.iur. lib.6.num.6.& 7. & 8.facit differētiam inter legem imperatoris & conſtitutionem Papæ, & dicit, quòd lex Imperatoris debet in prouinciis publicari, quia habet pedes plumeos; conſtitutio vero Papæ, qui habet pedes plumbeos, cum ſit ſtabilis,& immobilis ſufficit quòd publicetur in vrbe, cum auribus aliorũ eius ſtatuta non ſunt inculcanda, vbi Probus in additione dicit, quòd licet ſit communis concluſio in contrarium,tamen conſuetudo eſt contra dictam opinionem, quam conſuetudinem non negat, Alexand. conſil. 52. lib.7. vbi allegat Ant.de Butrio in c. 2.de conſtit. qui defert conſuetudini vrbis, vt ſolum publicetur conſtitutio Papæ in vrbe in Acie Campi Floræ, in Cancellaria Apoſtolica, & in Valuis Eccleſiæ ſancti Petri, & pro iſta opinione eſt deciſ. Toloſana q. 444. verſ. quoad ſecundum. Gomeſius in proœmio reg. Cancellariæ.q. 2.mihi. col.2. verſ.nec obſtat q regulæ.Alex.de Imo.in additione ad Bar. in l.omnes populi.q.5.principali.nu. 37.litera L.dicit quòd in conſtitutione Papæ ſufficit, quòd publicatio fiat in Curia & facit c.1.de poſt. prælat. ibi, aut publicæ promulgatur.

133 Secundo facit quia Papa mandat dictam conſtitutionem publicari in cancellaria, & in acie Campi Floræ, & poni inter extrauagātes perpetuo valituras,& iuxta huiuſmodi mandatum fuit publicata in dictis locis per Curſores die 29.Ianuarij 1569. vt in fide Curſorum in calce dictæ conſtitutionis poſita. Cui mandato Papæ ſtandum eſt,non opinioni doctorum, tum quia omnes iudicium Romani Pontificis ſubire debemus, tum etiã quia eſt ſummus Sacerdos, de quo dominus dixit, Qui vos audit,me audit, & vlterius ratione ſupremæ eius poteſtatis.cap.12.& 18.9.q.3.Turrecrem.in ſumma diſt.93.nu.4.verſ.tertia pars, Præpoſit. num. 3. & propterea iſta ſola publicatio facta in vrbe in dictis duobus locis ſufficit ſtantibus præſertim his, quæ dicta ſunt ſupra num.proximo,propterea hoc mãdatum Papę habet vim cõſtitutionis Ioan.Franc.Paunus in proœmio extrauag.Io.22.col.2. verſ. debent autem in fine dicti verſ.ideo ſi Papa mãdauit tantum publicari in his duobus locis, non eſt aliquo pacto in aliis locis hæc conſtitutio publicanda.

134 Tertio magis præmiſſa confirmantur ex clauſula ſubſequēti,& quia difficile foret pſentes ad ſingula quoq. loca deferri, Volumus & etiã declaramus, q earũ tranſumptis,etiã impreſſis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis,ac ſigillo alicuius Prelati munitis,eadē prorſus fides vbiq.adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtēſæ:iſta clauſula non reſpicit publicationē d.conſtitutionis, ſed fidē authenticã illius in omni parte mũdi Chriſtianorũ, quia cũ reſpiciat ſalutem animarũ in omni parte mundi ſeruanda eſt à quibuſcuis Chriſtianis.cap.quo iure. diſt. 8. & di-

& dictum eſt num. 14. & 15. hac par. & ideo ſtatuitur à Summo Pontifice, quòd ad probandum hanc conſtitutionem eſſe pōtificiam, & quod propterea ubique fidem ſaciat ſtatuit, q copia illius impreſſa, cum ſigillo Prælati vbique locorum fidem faciat in iudicio & extra, prout faceret conſtitutio præfata ſignata manu Papę, vel eius ſigillo, aut plumbo munita, cui mandato & ordinationi Papę ſtandū eſt. cap. 2. diſtin. 11. vbi Archid. Præpoſitus, Turrecrem. & alij, maxime quia fuit facta hæc particula pro vtilitate populorum, quia vbi pro habendo ſumptu huius conſtitutionis, quis expoſuiſſet ducatos duos ad minus cum vno iulio poteſt habere ſumptum, vt faciat fidem vbique locorū mundi. Ideo hęc particula nihil facit ad publicationem, & quod extrauagantes, quando de eis dubitatur ſunt exemplandæ ſub plumbo, declarat Pauinus in proœmio extrauag. Ioan. XXII. col. 2. verſ. debent. & Hier. Clarius in proœmio extrauag. communium in fine.

135 Quarto iſta conſtitutio negatiue concepta, vt dictum eſt. inf. in 3. parte num. 40. habet in ſe propterea decretum irritans. Imola in l. cum lex. col. pen. ff. de fideiuſſ. Iaſon in l. non dubiū. nu. 17. C. de legib. Fabius dec. 2. Decius conſ. 17. num. 3. Alex. conſil. 24. num. 3. lib. 1. & dixi in tract. de cōtract. minor. & mulierum. glo. 6. num. 110. & 141. & quoties in conſtitutione eſt decretum irritans, tunc ſtatim ligat. Ant. de But. Imol. & Felin. in c. 2. num. 7. verſ. quarto limita. de conſtit. & ibi Decius nu. 31. in 2 lectura, vbi additio in littera E. plures concordantes allegat, hic adeſt decretum irritans, propterea afficit ignorantes reſpectu nullitatis contractus non penę, ut dicunt omnes ſupradicti doctores etiam allegati ſupra in contrarium nu. 131. vt late declarat Turrec. in c. 3. §. leges. num. 4. diſt. 4. & ibi dixi num. 10.

136 Extrauagantes Martini & Caliſti inſertæ in volumine extrauagantium communium in tit. de empt. & vend. ſunt indubitatæ, vel tales præſumuntur. Primo quia reperiuntur in Archiuio publico Romano, & hodie ſunt publicatæ de mādato & ordine S. D. N. Siſti V. auth. ad hæc. C. de fid. inſt. Secundo quādo reperiuntur inter extrauagantium volumen, propterea præſumuntur indubitatæ, & præſertim ſi reperiuntur gloſſatæ per doctorem famoſum, vel fuerint diu obſeruatæ, ut declarat Hier. Clarius in proœmio extrauagantium communium. col. 1. verſ. dicuntur indubitatæ pręterea fuerunt, commētatę & allegatę dictę extrauagantes à diuerſis doctoribus, & Theologis relatis à Corrado in tractatu de contractibus quęſt. 83. col. 2. quarum extrauagantium copiā ponit in fine dictę quęſtionis char. 432. & 433. & Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum. cap. 2. verſ. contrariam ſane opinionem, & verſ. ſexto. allegat has conſtitutiones Martini, & Caliſti, & Corradum de contractibus vbi ſupra, Ioannem Maiorem in quarto ſententiarum, diſt. 15. quęſt. 42. Caſſan. in cathalogo gloriæ mundi parte 12. conſid. 99. fallentia 25. Tiraq lib 1. retract. §. 1. gloſſ. 6. num. 15. Modern. Pariſienſes de contractibus, & multos alios, propterea miratus ſum, quòd Natta conſil. 498. num. 19. & 20. vir iuriſconſultiſſimus dicat dictas extrauagātes non fuiſſe publicatas, & non fuiſſe factas à dictis Pontificibus, vel dubitatur an ſint ab ipſis promulgatæ, ſed parcendum

cendum eſt tanto viro, quia forte nõ vidit hos doctores, & ſuam propriam opinionem ſequutus eſt, in qua facillime quis decipi poteſt.

137 Cenſus impoſitus ſuper pluribus rebus diuiſis in tres partes, & ſuper qualibet earum inſolidum, cum facultate, quod emptor cenſus poſſet ſingulis annis eligere ex cuius partis fructibus vellet ſibi perſolui cenſum ad effectum, vt ad caſus fortuitos contingentes ſuper aliqua parte emptor ex electione non teneretur, & vlterius promiſit venditor has tres petias terrarum eſſe idoneas ad ſolutionem cẽſus, aliàs voluit eſſe impoſitum ſuper omnibus bonis. Venditor cenſus dicebat huiuſmodi contractum cenſus factum fuiſſe cõtra formam conſtitutiõnis Pij Quinti. Primo, quia conſtitutio prohibet non poſſe conſtitui, niſi ſuper re immobili, & loquitur in numero ſingulari, hic facta eſt impoſitio cenſus ſuper tribus rebus, id eſt, prædiis, & in quolibet eorum in ſolidum: & ſic videtur factum contra formam conſtitutionis, vt dictum eſt ſupra parte 1. nu. 2. Secundo illa res debet de ſui natura eſſe fructifera, id eſt quolibet anno fructus ſufficientes reddere ad ſoluendum cenſum ſic conſtitutũ, at hic datur electio emptori quolibet anno, ex cuius prædij fructibus voluit exigere, quòd non eſt ex forma dictę conſtitutionis, quæ vult grauari ſolum rem certam & vnicam, & quæ ſit fructifera quolibet anno de ſui natura. Tertio venditor promiſit dictas tres petias terrarum eſſe ſufficientes ad ſolutionem cenſus & quatenus non eſſent ſufficientes impoſuit cenſum huiuſmodi ſuper omnibus ſuis bonis, ſine finium expreſſione, & propterea videtur quòd talis impoſitio cenſus ſic facta, ſit contra formã conſtitutionis Pij, quæ vult, quòd res ſuper qua imponitur ſit deſignata certis finibus, vt dictum eſt ſupra in prima parte num. 4. cum igitur non ſit ſeruata forma dictæ conſtitutionis contractus eſt vſurarius declaratus in dicta conſtitutione, vt dictum eſt in dicta prima parte num. 17. Moderni conſ. 47. per totum lib. 2. volunt ſubſtinere contractum validum, & quòd non ſit contra conſtitutionem Pij, quia in eo ſolum requiritur quòd fines exprimantur hic ſunt expreſſi fines in dictis trib. rebus, ſalua pace in primo requiſito dictæ conſtitutionis, tria requiruntur, primo quòd ſit vna res cum loquatur in numero ſingulari, ſecundo quòd ſit fructifera, tertio fines, hic ſunt tres res cum confinibus, non tamen fructiferæ & vlterius ſuper qualibet earum inſolidum conſtitutus ille cenſus ſic contra formam cõſtitutionis vt dixi ſupra in prima parte num. 30. præſertim quia dicitur in contractu quòd quatenus non eſſent dictæ tres petię terrarum idoneæ ſuper omnibus bonis venditoris, cẽſum conſtitutum eſſe voluerunt dicti contrahentes, & ſic contra formam dictæ conſtitutionis, vt dictum eſt ſupra parte prima, num. 38. & Didac. in tractatu variarum reſolutionum lib. 3. c. 7. num. 5. aſſerit hanc ſententiam communem, licet ipſe teneat contrarium, & male Nauarrus in tracta. de vſur. num. 129. quæſt. 46. vide ſupra num. 29. hac parte, & quando forma non eſt ſeruata actus corruit etiam ſi defectus ſit in minimo Decius conſ. 12. num. 16 Roland. conſ. 72. nu. 64. lib. 3. Io. Pet. Surdus conſ. 124. nu. 5. & ſeq. vbi declarat quando forma non ſeruatur.

Nec poteſt ſaluari contractus ex pro-

proteſtatione declaratoria facta tã ab emptore, quàm à venditore, videlicet, quòd contractus intelligeretur factus cum omnibus conditionibus, & capitulis dictæ conſtitutionis, & caſu, quo aliquid eſſet appoſitum contra formam dictæ conſtitutionis, ex nunc illud caſſarunt, & pro caſſato habere voluerunt, quoniam iſta proteſtatio magis annullat contractum factum contra formam dictæ conſtitutionis, quàm validet; quia partes quando eſſet formatus contractus contra formam dictæ conſtitutionis dictum contractum caſſarunt & annullarunt, hic eſt factus contractus contra formam dictæ conſtitutionis: ergo eſt annullatus à partibus, & ab ipſa conſtitutione, & ſic dicta proteſtatio nõ ſaluat contractum factum contra conſtitutionem, ſed annullat.

139 Sed ſi emptor exegit fructus, ſeu cenſum ex iſto contractu annullato à conſtitutione, & à partibus vtique non exegit cenſum, ſed vſuras, & in hoc intrat fiſcus in eo quod recepit emptor ab ipſo venditore, ratione cenſus exacti, vt dixi infra in 3. par. nu. 56. & 57. & proteſtatio non iuuat proteſtãtes à qua receditur per ſolutiones factas per venditorem emptori vigore iſtius cẽſus per quas ſolutiones vigore iſtius cõtractus factas, tollitur proteſtatio, & ab illa receditur, approbando contractum factum contra formam conſtitutionis præfatæ. Bart. in l. non ſolum. §. morte. numero 17. vbi Iaſ. num. 14. ff. de noui operis nunciatione. Felin. in cap. cum M. de conſtitutionib. numero 44. vbi Decius num. 17. & Ripa numero 83. Ioan. Petrus Surdus conſilio 8. numero 28. Roland. conſilio 69. num. 46. lib. 4. & propterea ſimiles proteſtationes mihi non placent. vide ſupra hac parte num. 95.

140 Loca Montium Fidei, & ſimilium in vrbe, quæ non vacant per obitum obtinentis ea inter bona immobilia computari credo, quia tranſeunt ad hæredes reſpectu ipſorum dominorum locorum Montium, cum poſſint legari, donari, vendi, & de illis diſponi prout placuerit domino locorum Montium. & de iſtis loquitur Oradinus deciſ. 116. & Hier. Gabriell. conſil. 141. nu. 23. & ſeq. lib. 2. Sed reſpectu Papæ non ſunt perpetua, quia poteſt illa loca Montium redimere quando voluerit, vt vidimus in Monte Fidei hoc præſenti anno 1587. & ſic reſpectu ipſius Papæ habentis facultatem redimendi ſunt mobilia, vt dictum eſt ſupra.

141 Loca vero Montium vacabilium, cum concedantur tantum ad uitam alicuius, & non tranſeunt ad hæredes poſt obitum retinentis ea, non computari inter immobilia, ſed ſit quędã tertia ſpecies iuris percipiendi certos introitus durante vita illius, licet poſſint cedi, & renunciari, & vendi cum auctoritate ſuperioris cui voluerit ipſe poſſidens dicta loca Montium, quæ loca ſunt ſimilia officiis Romanæ Curiæ, ſed non poſſunt alicui relinqui in quacunque voluntate ſine auctoritate ſuperioris deputati, id eſt Theſaurarij ad admittendum reſignationes huiuſmodi, vel Datarij, aut Papæ.

142 Dictum eſt ſupra hac parte nu. 19. quòd Principes, vel alij impedientes Romanorum Pontificum decreta, vel conſtitutiones, ſunt anathematizati. cap. 11. 25. quæſt. 1. & in c. 12. ſequenti. vbi dicitur omnia decretalia & cunctorum deceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis ordi

nibus

nibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita ab omnibus cuſtodiri debere, vt ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari. Et in cap.13.ſeq.dicitur, quòd nō ſit dignus ſacris adminiſtrari, nec in altaribus communionem capere quinimmo recuſans ſedi Apoſtolicæ obedire Chriſtianus paganitatis & idololatriæ peccatum incurrit, c.15.diſt. 81. Ideo caueant omnes non obedire conſtitutioni Pij V. ſuper cenſib. quæ dat formam qualiter contractus cenſuū ſine peccato celebrari poſſunt, & ſciant omnes, quòd dicti cenſus ſine d. conſtitutione Papæ licite fieri non poſſunt, vt apparet in conſtitutionib. Martini, & Caliſti, & Pij, & quæ decernit Romana ſedes obſeruare oportet. c.16.§.oportet.25.q.1.& nullus decretis Apoſtolicis ſuperbe reſiſtat, ſed ꝑ obedientiā, quæ iuſſa ſunt à S.R.E. ſalutifere impleantur, & qui non ſeruat hæc præcepta hoſtis illius eſt c.1.diſt.12.& c.2.diſt. 20. & non obedientes ſunt excōicati.c.2.de maior. & obed.& iugum ab eadē Eccleſia impoſitum, ferendum & pia deuotione tolerandum. c. 3. diſt.19. quia vniuerſalem Eccleſiā fundauit Chriſtus ſuper Petrum, quia Petrus dixit Chriſto, Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ipſe dixit Petro, Et tu es Petrus, & ſuper hanc Petrā ædificabo Eccleſiam meam. Secundo, Petrus fuit primus, qui fidem in nationibus prædicauit, & poſuit. cap.54.diſt.50. Tertio, quia in Petro, id eſt, in Vicario Chriſti eſt firma fides, cum Dominus dixit, Ego enim rogaui pro te, ne deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Et hāc prærogatiuam conceſſit Dominus Ieſus Petro, & Vicariis ſuis. Quarto, quia Petrus primus accepit à Domino auctoritatem ligandi & ſoluendi. Turrecrema. in dicto cap.2.diſt. 12. num.1.& quia tota Eccleſia eſt fundata ſuper Eccleſia Romana. Præpoſ. in dicto c.2.num.2.

143 Forma quæ traditur in hac conſtitutione ſuper cenſibus creandis, licet partes illas ſeruare intendant, & non alias aliter, nec alio modo, nihilominus non fuit ſeruata, ſed contrahentes contenta in inſtrumento promiſerunt cum iuramento ſeruare, cum eorum animus erat contrahere cum dicta forma, cum qua non contraxerunt. & ſic deficit voluntas & animus contrahendi alio modo, hæc forma non ſuppletur iuramento. gloſſ. in l. fina. C. de non num. pecu. Bart. in l. ſi quis pro eo. quæſt. 8. in fin. de fideiuſ. Grat. conſ.12. num.15. Pedem. deciſ. 172. num.19. Tiraq. de conſtit. parte tertia limit.7. num.37. quia iuramentum intelligitur rebus ſtantibus prout certe contractus ſtare debebat, & credebat. cap. quemadmodum. de iure iur. vbi Hoſtien. Ioan. Andreas, & alij, & eſt ratio, quia errans non conſentit. Bald. & Salic. in l. fin. C. de non numerata pecunia. vide quæ dixi in tract. de contractib. minor. in c. vt minorum. glo. 2. num.20. & propter formæ defectus etiā in minimo corruit actus, etiam ſi omiſſio facta fuit ſine dolo, vt puta ex negligentia, vel ignorantia cum forma conſenſu partium remitti non poteſt. Roland. à Valle conſil.60. num.28. & tribus ſequentibus lib 4.

144 Venditio cenſus facta per minorē xxv. annis maiori ſine ſolemnitatibus conſtitutionis, vt minorum in tract. de contract. minorum. an validetur ex ſolutione cenſuum facta per minorem factum maiorem xxv. annorum, quia minor factus maior intelligitur

M 2 ratifi-

ratificare re ipſa, & facto, contractũ nullum factum in minori ætate ſoluendo cenſum, & redditum, Bald.cõſil.184. verſ. nunc venio. lib.2. Areti.conſil.127.col.1.& 2.verſ.ſed quãdo, qui vult, quod nedum verbo, ſed facto, puta recipiendo ſolutionem, uel ſoluendo dicitur ratificare, & deciſ. Pedemontana 58.num.11. & iſta ratificatio non trahitur retro, ſed confirmat, vt ex nunc, & idem operatur quod nouus contractus operetur Roland.conſil.60.num.39.& 40.lib.4. & iſta concluſio habet locum, niſi in cõtractu minoris interueniſſet dolus, quia tunc nunquam validatur actus doloſus ex ſimplici ratificatione; Curt.Iun.conſ 50.col. penult. & fin. Rolan.in dicto conſ.60.num. 41. & 42.& 43. quia contrahentes cõtrauenĩendo legi, vel ſtatuto, dicuntur verſari in dolo. Alex.conſ. 196.lib.6. col.2. Ceſal. conſil.115.In fine.& dictus dolus proueniens ex non ſeruata forma ſtatuti vel legis, aut huius conſtitutionis non eſt neceſſe aliter probare, quam ex non obſeruantia formę. Roland.ibi nu.44.& 45.& dixi in c. vt minorum in d. tract. de contra. minorum.glo.8.nu.184.vide in trac. ſocíet.offic.num.198.

Deciſio in cauſa Romana cenſus coram R. P. D. Seraphino.

145 DE anno 1556. N. vendidit annuum cenſum 405. ſcut. ſuper quodam caſali, Cornelio pro pretio ſcut.4500. monetæ, cum narratiua, quòd huiuſmodi caſale erat ipſius vẽditoris, & ad ipſum pleno iure dominij vel quaſi ſpectabat, & nulli alij ceſſum, pignoratum, ſeu quomodolibet alienatũ, alienationis latiſſime sũpto vocabulo, nec de eo factum eſſe, nec apparere quomodolibet aliquẽ aliũ contractum diſtractum, vel quaſi in p̃iudiciũ dicti Cornelij emptoris, & promittebat facere conſentire omnẽ perſonam, necnon ſuſcipere in ſe omnem litem, aliàs de euictione in forma iuris validã, & ad duplum, & omnia dãna, & aliàs prout inſtrumento de anno 1573. deuenit ad notitiã Cornelij, huiuſmodi caſale eſſe ſubiectum fideicommiſſo per patrem N. in ſuo teſtamento facto & cũ expreſſa prohibitione alienationis, & fidei commiſſo pœnali in euentum alienationis; & ideo Cornelius pro recuperatione pretij cenſus in Rota agit, in qua excitabãtur infraſcriptæ difficultates, & quod ſuper re ſubiecta fideicommiſſo cẽſus imponi non poſſit dictum eſt ſ. hac par. num. 78. Et primo an aliquid N. narrauerat in cẽſus inſtrumẽto contra rei veritatẽ, & quid. Secundo, dato ꝙ res aliter ſe habeat q̃ narratũ ſit, an euictione nondũ ſequuta teneretur ad aliq̃d dandũ Cornelio. Tertio, an ſatisfactũ ſit obligationi per præſtationẽ fideiuſſorũ ab initio pręſtitorũ. Quarto, an ſatisfactũ eſſet obligationi, ex quo oẽs prætendentes fideicõmiſſum cõſenſerunt huic inſtrumẽto cẽſus. Quinto, an rõne debitorũ ꝓ N. ſolutorũ, & portionis legitimæ poſſit ſibi N. imputare dictum Caſale ad effectum, vt cenſus deſuper conſtitutus ſit validus. Sexto an iſto caſu poſſit procedi exequutiue pro repetitione pretij.

146 Quantum ad primam difficultatẽ fuit dictum, ꝙ rei veritas aliter ſe habet, q̃ narratum ſit: nam quidquid ſit in illa quæſt. nunquid prohibitio facta alienationis per teſtatorem, impediat N. alienare quatenus capit ſua legitima, ſuper qua eſt dicendum quòd

quòd talis prohibitio reſpectu hæredis eſſet onus per. quòd minueretur aliquo modo legitima l. fœminæ. §. illud. & §. fin. C. de ſecund. nupt. vbi Bald. & Aret. in l. ſi quis. §. 1. num. 7. ff. de acquir. poſſ. Rub. Alex. conſ. 27. num. 1. textus in l. fin. §. ſed quia in fine. C. commun. de legat. in qua quidem quæſtione differentiam conſtituere oportet, inter fideicommiſſum conditionale, & expreſſam alienandi prohibitionem, quia in poſteriori caſu, opinio Bald. videtur procedere ſine difficultate; vbi agitur de vtilitate extimationis rei, & bene declarat Aret. conſ. 19. num. 3. quod conſilium applicatur in hoc caſu, in quo talis enunciatio & aſſertio quòd caſale ſit liberum tendit ad hunc effectum, vt facilius emptor induceretur ad emendum cenſum ſuper dicto caſali, quicquid ſit ad alium effectum, quo caſu poſſet procedere, dicta per Bald. l. Iulianus. §. fin. de rei vendit. Ruin. conſ. 138. num. 7. lib. 2. Tiraq. de retr. conuent. §. 2. gloſſa 1. nu. 52. & in l. ſi vnquam in fine nu. 11. C. de reuocand. don. Alex. conſ. 208. corruptè allegatum per Tiraquell. ibi tamen in propoſita facti ſpecie, ceſſat omnis difficultas, ex quo dictum fuit de iſto caſali nullum alium fuiſſe factum contractum, nec quaſi contractum & tamen contrarium apparet ex eo quòd. N. adiuerat patris hereditatem, & in additione quaſi contraxit cum creditoribus hæreditariis & fideicommiſſariis. §. hæres quoque inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu.

147 Quantum ad ſecundam difficultatem fuit concluſum, quòd quamuis ante euictionem ſequutam regulariter non poſſit agi de euictione l. qui non C. de euictione. l. ſi plus §. mora. ff. de euict. tamen huic regulæ plures applicantur limitationes quæ deſeruire poſſunt caſui de quo agitur, & prima eſt quando venditor ſciens vẽdidit rem alteri obligatam, quia antequam euincatur poteſt agi ad intereſſe, vt eſt textus in l. ſeruus quem §. fin. ff. de actio. empt. l. ſi homines. ff. de ſolut. & dicunt omnes in l. qui rem vbi Butrigar. qui optime deducit intereſſe ex eo quòd volens rem alienare vel obligare, non poteſt de facili reperire emptorem, vel contrahere volentem, ſcientia. N. eſt indubitata, tũ ex eo quòd fuit præſens confectioni teſtamenti, tum etiam quia prius de anno 1554. idem N. conſtituerat cenſum 360. ſcut. ſuper Palatio paterno, enunciando fideicommiſſum.

Secunda eſt quando ſpecialiter aliquid promittitur, hoc vel illo pacto ex quo emptor minori pretio emiſſet, vel non emiſſet, ſi veritas narrata foret vt dicitur in l. ſi is qui hæres §. quanto minoris. ff. de except. rei iudic. & l. cum eiuſdem §. interdum de ædili. edict. Corn. conſ. 226. num. 3. lib. 2. & cõuentio expreſſa auget obligationem. l. venditores. ff. de verbor. oblig. Ca gnol. in l. 1. nu. 114. de ſent. quæ pro eo quòd intereſt.

Tertia in qua doctores omnes concordãt eſt quòd hoc caſu detur actio quanto minoris Bal. in l. cum ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Angel. in l. ſi ſeruus. la. 2. ff. de condit. furt. pedem, deciſ. 24. num. 5.

Quarta limitatio ex qua videtur tolli difficultas eſt ex l. ex his prædiis iũcta gloſſa. C. de euict. dum dicit textus, quòd re nondum tradita ſi reperitur à venditore obligata poteſt actione ex empto, vt liberetur ab obligatione etiam ſi agatur ad pretium, poteſt emptor, exceptione ſe tueri, &

ſubdit

ſubdit gloſſa quòd ſi res fuerit tradita etiam aget emptor actione ex empto vt liberetur, allegat l. creditor §. prædium, de act. empt. ne deterioris ſit conditionis emptor re tradita, quàm ſi non eſſet tradita, idem dicit gloſſa, in l. qui rem quàm referunt & ſequuntur moderni Pedem. dicta deciſ. 24. num. 2. verſ. in contrarium & numero 4.

Corroboratur hæc limitatio ex eo quòd obligatio rem tradi in venditionem habet admixtam obligationem dari, Bald. in l. certi conditio, nu. 22. & 23. ſi cert. pet. & ibi Decius nu. 11. & 12. Idem Bart. in l. inconuentionalibus de verb. oblig. Quotiens autem in obligatione eſt rem dari, poteſt agi vt res libera tradatur l. Iulianus §. qui fundus ff. de verb. oblig. quia tenetur ita dare, vt dominiũ auocari nequeat Iaſ. in d. §. qui fundus nu. 5.

Nec obſtat ſi dicat. N. quòd fuit cautum de euictione, & datę fideiuſſiones & propterea. N. liberatũ à primæua obligatione. Bart. in l. cum quis §. qui hominem. ff. de ſolut. & in l. ſi quis aliam, num. 2. etiam de ſoluti. quia hoc dictum limitatur per Cuman. in d. §. qui hominem, & per Alex. in dicto §. qui fundus num. 2. in fine, vt procedat quando non appareret quòd res eſſet obligata, ſecus ſi appareret obligatam eſſe, tunc non liberatur venditor ab obligatione de tradẽdo, nec vero procedunt in caſu iſto in quo propter obligationem alienationis factam à teſtatore, non potuit dominium transferri in emptorem, vt communiter tradunt doctores in l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 2. & Decius conſ. 102. ad finem, & Alciat. in d. §. qui fundum.

148 Quantum ad tertiam difficultatem an ſatisfactum ſit per fideiuſſores præſtitos à principio, fuit dictum non eſſe ſatisfactũ, tũ ex ſupra traditis, quòd vbi apparet rem eſſe obligatam per fideiuſſorem, non ſatisfieri obligationi de dando quæ ineſt obligationi de tradendo, tum etiam quia fideiuſſores cogentur eadem actione ad præſtandum rem liberam, quia promiſſioni principali vti principales acceſſerunt, ideo abſurdum eſt dicere, quòd iidem ſint obligati, & obligationem tollant, ſed & animaduertendum eſt eos fuiſſe acceptatos, ſub eadem narratiua quòd nullus fuerat de iſtis bonis factus contractus, nec quaſi: ideo cum ſuperuenerit noua cauſa, nempe notitia fideicommiſſi & prohibitionis alienationis poteſt agi, vt idoneè caueatur in hunc caſum, Pedemontani deciſ. 24. num. 2. verſ. 2. & num. 8. verſ. nec aduerſatur.

Nonobſtat quòd tradit Bald. in l. ex prædiis in fine C. de euict. dum dicit emptorem non poſſe paciſci, vt ſibi caueatur, quia loquitur in obligatione conditionali, hic vero nedum adeſt obligatio conditionalis fideicõmiſſi, ſed etiam prohibitio alienationis quæ impedit dominij translationem, quæ per ſolum fideicommiſſum non impeditur durante vita fideicommiſſarij licet poſt eius obitum reuocari poſſit, Paul. de Caſt. conſ. 370. lib. 2. præterea loquitur quando venditor idoneus erat facultatibus, de qua quantitate hic per fideicommiſſum ambigi poteſt, & ita intelligit dictũ Baldi. Afflict. deciſ. 341. circa finem.

149 Quantum ad quartam difficultatem fuit quoque dictum, cum fideicommiſſum ſit prohibitiuum alienationis non eſſe ſufficienter cautum Cornelio per conſenſum præſtitum per iſtos futuros fideicommiſſarios, qui

qui ſunt in rerum natura, & ideo difficile eſſe inuenire modum cauendi Decius conſ. 123. præterea idem conſentientes huic alienationi propter prohibitionem alienandi cadunt iure ſuo, vt fuit reſolutum in illa Romana vinearum, & ideo eorum conſenſus non reddit ſecurum Cornelium.

150 Quantum ad quintam difficultatem ſi exceptio N. eſſet liquida non diſpliceret dominis, quia ſatis diceretur proſpectum indẽnitati Cornelij, ſed quia adeundo. N. non confecit inuentarium, dato quòd fuerit legitimatus, & poſſit petere legitimam ſecundum opinionem relatam per Phamitium in ſeptima parte tractatus de inuentario, num. 5. & ſeq. licet nu. 12. teneat quòd illã amittat & num. 13. ponat opinionem mediam quem vide; tamen non conſtat neque de quantitate bonorum, neque de quantitate legitimę, ideo cum exceptio non ſit clara, non releuat, & aliàs fuit reſolutum in vna Tiburtina caſalis coram Robuſterio 24. Nouembris 1574. quòd onus probandi, quòd quis non fuiſſet plus conſequutus legitimam incumbebat allegati detractionem legitimę ſibi deberi.

151 Sexta & vltima difficultas an poſſit procedi exequutiuè, & hæc exceptio ſublata videtur ex his quæ ſupra deducta fuerunt, nam in effectu fuit aſſertiuè dictum caſale eſſe liberum & fideicommiſſo non ſubiectum & nullum fuiſſe de eo factum contractũ, nec quaſi, & iſta obligatio ſit appoſita ſuper contractu emptionis, vtique ſortitur eius naturam. l. ſi ſtipulatus, ff. de verb. oblig. notant doctores in rub. dicti tituli: ſi ergo agi poteſt ex empto vigore obligationis cameralis ſuper dicto contractu appoſitę, & ex iis virtualiter ſublata ſunt omnia quæ in contrarium deducta fuerunt viſa eſt hæc ſententia maxima æquitate niti, cum ex cautionis præſtatione nullum afferatur præiudicium. N. & ex eius omiſſione maximum periculum Cornelio afferri videatur.

Alia Deciſio coram eodem.

152 Die ſeptimo Nouembris deciſum pactum appoſitum in contractu cenſus, videlicet quòd ſi Antonius infra quinquennium cenſum nõ redemiſſet cenſeretur perpetuus, aut arbitrio emptoris pecunias ſiue pretium repetere poſſet, vt in inſtrumento rogato per Matthæum notarium Cameræ Apoſtolicæ ſub die 26. Iulij. Anni 1557. cum ſit pactum contra ſubſtantiam dicti contractus vitiare dictum contractum cenſus per regulam c. fin. de condit. appoſ. cum ibi notatis, & notatur in l. per ſeruum §. fin. de vſu & habit. Bald. in l. ſi pater ff. de adopt. Bart. in l. 2. num. 7. C. de iure emphyteot. latè doct. in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. & huius concluſionis potiſſima eſt illa ratio inter alias quam annuit. Bald. in c. 1. §. fin. num. 3. per quos fiat inueſtit. cum pactum hoc in ipſo contractu cenſus appoſitum tendit ad dirimẽdum ipſum actum cum ſit contra ipſius actus ſubſtantiam, qua remota remouetur ipſe actus. Abbas in dicto c. fin. de cond. appoſ. num. 4. defecit enim conſenſus qui requiritur pro ſubſtantia ipſius actus, adeo quòd videtur vel quòd partes voluerint facere actũ eluſoriũ. l. an inutilis in principio ff. de acceptilat. vel quòd voluerint in aliam ſpeciem contractus conſentire, vt in caſu modo præpoſito in quo potius videtur, ꝙ voluerint contractũ pignoris & fœneratitium à iure reprobatum con-

conſtituere, vt pro Laur. de Rodulf. de vſur. parte 2 num. 9. Guido Papæ quæſt. 516. cum aliis aliàs allegatis, vbi vero pacta non ſunt contra ſubſtantiam, ſed circa accidentia contractus tunc licet ſint illicita non vitiãt, conſenſus enim circa ſubſtantiam cõtractus non deficit. Non obſtat textus in l. cum precario, de precario, tum quia pactum illud potius eſt contra naturalia contractus quàm contra ſubſtantialia, vt multi doctores tenuerunt, tum etiam quia non procedit, vbi pactũ facit, vt contractus in aliã ſpeciem tranſeat, ita poſt. Bart. in l. vbi ita donatur, de donat. cauſa mortis tradunt ſcribentes in auth. ingreſſi, Decius conſ. 293. col. fin. Cagnol. in l. contractus, num. 7. de reg. iur. & hanc deciſionem ſequitur ſignatura ſanctiſſimi Domini noſtri, vide infra parte tertia num. 55.

Pro iſta deciſione, faciunt quæ dixi infra in tertia parte num. 14. 15. & ſeq. nam cenſus huiuſmodi ſunt promiſſi dummodo redimendi cenſus facultas perpetuo venditori concedatur, aliàs contractus cenſus non valet. Silueſter in ſumma in verbo vſura 2. quæ. 15. verſ. eſſet illicitum, & ſi facultas redimendi cenſum eſt collata in voluntate emptoris, non valet contractus Dominic. Soto de iuſtitia, & iur. quæſt. 5. art. 3. col. 2. Didacus lib. 3. variarum reſolutionum. c. 9. num. 4. & quòd in conſtitutione Martini, detur iſta facultas perpetuo redimendi venditori, poſui verba dictæ conſtitutionis infra in tertia parte num. 2. & num. 9. & ſeq. Conradus de contractibus quæſt. 74. Didacus lib. 3. variarum reſolut. c. 8. num. 7. & quotiens ſubſtantialia in contractu cenſus omittuntur, vel illa quæ pro forma data ſunt contractus eſt nullus, vt dictum eſt ſupra parte prima nu. 1. & ſeq. & Præpoſit. in c. 1. col. 2. diſtinct. 66. & dictum eſt ſupra hoc nu. in principio.

R. P. D. Seraphino Romana Caſalis Marcigliani die 19. Iunij 1587. Deciſio.

153 Factum ſic ſe habet, Reuerendi fratres ſancti Marcelli de vrbe de anno 1543. locauerant in emphyteoſim perpetuam DD. Caruſiis Caſale Marcigliani ad habendum fructandum, vendendum, donandum, & faciẽdum & diſponendum prout fieri ſolent de ſimilibus rebus emphyteoticis perpetuo locatis, & de iure permittitur cum pactis expreſſis quòd non poſſit alienare emphyteota iura ſua irrequiſito capitulo, & quòd non poſſit locare caſale huiuſmodi perſonis illuſtribus ad longum tempus, item quòd non poſſit dictum caſale, vendi, alienari, obligari, neque hypothecari, etiam pro dote ſine conſenſu fratrum & poſtremo quòd dd. conductores teneantur præmiſſa omnia ad vnguem ſeruare & obſeruare, & in euentum inobſeruationis, vel contrauentionis, quòd Caſale eo ipſo deuoluatur vnà cum melioramentis, & liceat authoritate propria accipere poſſeſſionem. Hoc Caſale prius deuenit titulo emptionis de fratrum conſenſu ad quẽdam Stephanum cum eiſdem pactis & conuentionibus, deinde ex teſtamẽto Stephani deuenit ad Lãpadiũ qui vltimo illud vẽdidit Dño Annibali Ceulo cum eiſdem pactis & conditionibus de conſenſu fratrum, poſt emptionem Ceulus de anno 1580. de menſe Septembris impoſuit cenſum ſuper dicto Caſali ſcut. 42. pro

pro pretio 600. ſcut. & de anno 1583. ceſſit bonis & creditores eius immiſſi in poſſeſſionem, cœperunt agere ad diuiſionem bonorum, fratres de menſe Aprilis eiuſdem anni declararunt deuolutionem ob pacta non ſeruata, & ob cenſus impoſitionem, & petierunt mandatum de aſſociando. Dubitatum fuit coram R.P.D. Panario iudice delegato an per huiuſmodi cẽſus impoſitionem Caſale Marcigliani ſit deuolutum vnà cum melioramẽtis etiam in præiudicium creditorum Annibalis, & quia cauſa erat grauis & multi creditores, conuenerunt vt dubium proponeretur in Rota, itaque me proponente, fuerũt plures excitatę difficultates, & primo non inutile viſum eſt ſtatuere an iſte contractus eſſet emphyteoticus, vel locationis, & pro parte fratruum non eſſe iudicandum de eo aliter quàm iudicarunt contrahentes, qui hunc contractum emphyteoſis appellarũt, vt per Bart. in l. cotem. §. qui maximos. quæſt. 5. de public. Oldrad. conſ. 159. Angel. conſ. 2. Aret. conſ. 55. Decius conſ. 32. Contrahentium enim voluntas non præſumitur à verbis aliena. l. habeo §. idem Tubero de ſupell. leg. c. vltimo de verborum ſignificat. & talis præſumitur contractus in ſui eſſentia, qualis apparet in figura. Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat. & in rub. C. de iur. emphyt. Contrarium tamen tenuerunt Domini inſpecta penſione, quæ eſt magna, & correſpondet fructibus, maximè inſpecto tempore primæ alienationis, quòd abhorret à natura emphyteoſis in qua ſoluitur quid minimum pro recognitione directi dominij, vt per doctores in l. 2. C. de reſcind. vend. Ioannes Andreas in addit. ad ſpecul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum & de locato §. 6. verſ. quarto, & iſtum eſſe verum modum diſcernendi locationem ab emphyteoſi, tradit Bart. in l. 1. num. 4. & ibi Iaſ. num. 35. C. de iure emphyt. Doctores communiter in c. potuit de locato. Aret. conſ. 55. nu. 4. Bellon. conſ. 21. num. 18. Natta atteſtatur de communi conſ. 49. num. 7. Cagnolus in l. 2. C. de reſcindenda vend. Iul. Clarus in §. emphyteoſis, quæſt. 1. prope finem, Maſcard. concluſ. 251. numero 9. vol. 1. & ita deciſum fuit coram me in Romana de Maximis 16. Nouembris 1575. quã Deciſionẽ Rota in pluribus aliis cauſis ſequuta eſt. Non obſtat nominatio partium, quia vt inquit Bald. in l. 2. C. cõmod: verba magis deſeruiũt naturæ cõtractus quàm natura verbis & idõ denominatio partiũ nõ immutat naturã cõtractus Decius cõſ. 164. n. 3.

154 Secundo ſeſe obtulit quæſtio an ſtantibus pactis de quibus ſupra poſſit dici abſolutè prohibita omnis alienatio, & obligatio facta ſine conſenſu fratrum, ita vt locum habeat deuolutio & pro creditoribus adducebatũr clauſula ad habendum, tenẽdum, propter quàm prætendebant, ad euitandam contrarietatem alienationis prohibitionem intelligendam, de ea quæ fieret in Barones, Magnates, & Prælatos, de quibus fuerat immediatè actum, vel de alienatione quæ contineret totalem trãſlationem iurium ſuorum non autem de cenſus impoſitione per quàm cõſtituitur ius quoddam ſuper re diſtinctum & ſeparatũ ab ipſa re, & à domino, vt per Aymo. conſ. 217. num. 4. Couar. variarum reſolut. lib. 3. c. 7. num. 6. ſed hæc interpretatio non placuit Dominis, quia pactum illud de non alienando, obligando, ſine conſenſu partium eſt

N diſtin-

diſtinctum ſeparatum ab aliis, & eſt clarum adeo quòd non poteſt ex alio habente reſtrictionem tolli, nam prior illa clauſula, ad habendum, habet reſtrictionem illam, & prout de ſimilibus rebus in emphyteoſim locatis fieri ſolet, & de iure debet & iuris diſpoſitionem habemus in l. 2. C. de iur. emphyt. & quamuis de iure communi non ſit prohibita obligatio, ſeu hypoteca rei emphyteoticę, quia non eſt proprie alienatio vt per Clarum in §. emphyteoſis. quæſt. 18. & 21. Gratus conſ. 54. num. 5. lib. 1. Ruin. conſ. 150. nu. 14. lib. 3. Capella Toloſana. deciſ. 462. tamen hic habemus expreſſam legem conſtitutam à contrahentibus, quàm inficiari non poſſumus, neque obſtat quòd aliàs Rota, in eadem Romana de Maximis, ſub die 4. Decembris 1577. propter ſimilem clauſulam excuſauerit d. Horatium à caducitate, propter alienationem, quoniam in illo caſu non aderat pactum expreſſum de non alienando neque obligando ſine conſenſu fratrum cum adiectione pœnæ caducitatis, ideo non bene applicatur huic caſui deciſio illa, neque omnino contrariatur clauſula illa pacto de quo agitur, quia tota poteſt intelligi de conſenſu fratrum, & ita interpretari debemus ad euitandum contrarietatem, etiam ſi redderetur ſuperflua Dominic. Gemin. in c. ſi Papa de priuil. lib. 6. Alex conſ. 33. num. 5. lib. 1.

Neque in contrarium faciunt allegata ex Decio conſ. 164. nu. 3. Emanuel Suares in communi opin. in verbo emphyteota nu. 81. & Clar. q. 13. ſub fine quia loquuntur in caſu in quo ſimpliciter datur facultas à principio alienan. prout per clauſulam, & quibus dederit, ſine aliqua limitatione, aut contraria pactione, prout in caſu iſto, & ideo in illo caſu non eſt locus deuolutioni.

155 Quare tertio loco ſeſe offert quæſtio, an hic poſſit habere locum aliqua ex excuſationibus quæ deducuntur pro parte creditorum, ſunt autem plures, prima quòd excuſandus ſit Annibal ex quo vendidit cenſum cum pacto de redimendo, & poſtea fuit per creditores redemptus, iuxta ea quæ tradit Cagnolus in l. 2. num. 174. C. de pact. inter emptorem & venditorem.

Iſta excuſatio patitur difficultatem quia ante redemptionem fuerat per fratres acceptata caducitas, Aluar. quem ſequitur Decius conſ. 160. in fine. Tiraquell. de retract. lig. §. 8. gloſſa 7. num. 26. ſecundam afferunt excuſationem ex capite ignorantiæ pacti illius deuolutiui appoſiti in contractu inito cum Caruſijs. Hæc excuſatio fuit omnino reiecta per dominos, tam in inſtrumento venditionis factæ Annibali, in quo habetur relatio ad illud inſtrumentum, & ideo locum habet doctrina Bart. in l. qui Romæ §. duo Fratres, num. 17. & ibi Iaſ. num. 66. Ripa num. 53. cum aliis de verborum obligat. præterea iſta ignorantia non ſolum eſt inuериſimilis, ſed etiam ſaperet fatuitatem, ſi præſumendum eſſet Annibalem emiſſe caſalem ſub pactis & conditionibus per eũ prius nec viſis nec conſideratis, ad l. latę culpæ. ff. de verbor. ſignif. & cum ſcientia, quæ eſt difficilis probationis, probetur per coniecturas, vtique hæc coniectura eſt tanti momenti, vt ex ea probetur non ſolum præſumpta, ſed etiam vera ſcientia, quòd maxime eſt dicendum, cum huiuſmodi inſtrumentum

tum fuerit in iudicio productum per Procuratorem Annibalis contra creditores Stephani & Lampadij de menſe Iunij 1580. prout in præſuppoſito 6. & 7. dubij, & ſic ante impoſitionem cenſus quę facta eſt de eodem anno menſe Septembris. Decius conſ. 328. num. 6. Caput aquen. deciſ. 110. lib. 2. in non impreſſis, quia loquuntur de ſcientia præſumpta, quæ oritur ex publica voce & fama.

156 Tertia affertur excuſatio quæ placuit omnibus dominis ratione æquitatis quam ſeruare tenetur eccleſia quæ eſt pietatis cultrix, & quæ non debet locupletari cū aliena iactura, quoties cōditio eius non eſt facta deterior, prout tradit Butr. conſ. 34. num. 2. quòd conſilium ſequutum eſt à Rota coram me in vna Zamocenſis caſtri 11. Decembris 1576.

Nam quòd non ſit factum deterius ius eccleſiæ apparet ex celeri redemptione cenſus facta antequam fuiſſet facta intimatio creditoribus acceptationis deuolutionis, nam licet acceptatio deuolutionis facta fuiſſet contra Annibalem, qui foro ceſſerat, agebatur tunc principaliter de præiudicio creditorum, ipſe enim habebatur tanquam ſi in humanis eſſe deſiſſet propter decoctionem, & ideo celeri recuperatione videntur ſibi creditores prouidere potuiſſe, ad effectum damni euitandi, vt per Beroum. in c. potuit num. 164. de locato, vbi in fine teſtatur in emphyteo ſi eccleſiæ ſeruandam eſſe ęquitatem. Secundo iuuatur hæc æquitas ea ratione quòd in iſto contractu, ſiue ſit locationis, ſiue emphyteoſis de iure communi non incurrebatur caducitas, vt ſupra ex Claro & aliis deductum eſt, ex pacto vero poterat dubitatio oriri propter clauſulam in principio appoſitam, & ſupra ponderatam ad habendum, vnde ad excuſationem, ſatis probabilis videtur error iſte cum etiam ad damnum euitandum iuris error excuſet. l. Labeo. & ibi Bart. de aqua pluuia arcenda. l. iuris. l. 2. & l. error. in fine de iur. & fact. igno. Caſtr. conſ. 412. viſis pūctis ſeu caſibus num. 4. lib. 2. & cauſa dubitabilis habens originem ab inſtrumento non bene claro excuſat à caducitate. Put. deciſ. 248. & 401. lib. 3.

Tertio coadiuuatur hæc æquitas ex eo quòd Annibal poſſet ſua melioramenta hypotecare, etiam non requiſito domino, & iſti creditores ſint anteriores reſpectu deuolutionis potuerunt pro eorum intereſſe celeri recuperatione purgare moram prout fecerunt extinguendo cenſum, neque eſt quòd illis imputetur, ſi prius non fecerint quia in eis cadit iuſta ignorantia, & pro conſeruatione eorum iuris ex æquitate etiam eſſent reſtituendi, vt voluit Alex. conſ. 45. num. 3. & 4. lib. 5.

Et licet hæc quæſtio an reſoluto contractu ex aliqua cauſa reſoluantur hypotecæ ratione cauſæ antiquioris, cui res erat affecta ante obligationem & hypotecam ſit controuerſa, nam pro affirmatiua tenet Bald. Salic. Pantaleo de Crema, & Alex. citati per moder. Paris. in cōſuet. Pariſieſ. §. 22. nu. 45. tamen negatiuam tenent. Ioan. And. Bart. Petrus de Ancar. & idem Alex. ibidem citati, adeo quòd in re controuerſa benigniorem partem amplecti debet eccleſia.

Quarto facit quia cum ſimus in contractu locationis, non autem emphyteoſis vt ſupra fuit deductum, apparet hanc deuolutionē nō eſſe extra

naturam contractus ſed, merè conuentionalem, & etiam pœnalem cum appoſita ſit in caſu contrauentionis.l.2.& ibi gloſſa prima & 2. de his quæ pœnè nomine, Aret. in l. 4.§. Cato in primo not. &num. 22. & ibi Iaſ.num.2.Buttigella nu.13. de verb. oblig.ſed neque de iure communi eccleſia poteſt petere pœnas conuentionales niſi quatenus interſit, vt per Corn.conſ.344. num. 3. lib. 2. Hoſt. in c.dilecti §.quia tamen & ibi doctores de arbit. Grammat. conſ. ciuili 66. num. 76. Gabriell. in titulo de maleficiis concluſ. 34. num. 4. & 10.& hanc ſententiam tenuit Rota in vna Romana contrauentionis coram Oradino. die 3. Maij 1570. neque etiam inſpectis ſtatutis vrbis lib. 2. c.148.& lib.5. c. 26. in antiquis, & lib. primo c. 163. in nouis quæ ſtatuta cum ſint confirmata à Papa, immo & condita de mandato Papæ dicuntur Papalia, & ligant etiam clericos, vt fuit reſolutum in cauſa Portuenſis Plani. Vlmi. coram R. P. D. meo Robuſterio, & in vna de Comitibus, vigeſimo primo Iunij 1577. coram illuſtriſſimo D. meo Aldobrandino vide tamen nu. 171. j.

Sed omnem iuris rigorem de medio tollere poteſt ſi id in facto verificatur, quòd per informantes deducitur, Annibalem in hoc Caſali feciſſe notabilia melioramenta, & quæ longo interuallo ſuperant valorem cenſus deſuper impoſiti, nam hoc ſolo reſpectu, quòd tam bene ſe geſſit in meliorando bona Eccleſiæ dignus eſt omni excuſatione, vnde cum Eccleſiæ conditio non ſit effecta deterior, & facta ſint tam notabilia melioramenta & cenſus fuerit extinctus, &, agatur de maximo præiudico pluriũ creditorum, quorum etiam ſunt miſerabiles perſonæ, & eccleſia nòn debet locupletari cum aliena iactura, concluſum fuit per dominos excuſandum eſſe Annibalem, à deuolutione, non obſtante quòd aſſeruerit caſale ad ſe ſpectare, quia hoc non ſimpliciter aſſeruit, ſed alternatiuè pleno iure dominij, vel quaſi quòd verificari poteſt in emphyteota, vt per Bart. in l.ſi mater,§.eamdem num.4. de exception. rei iudic. Iaſ. in l. 1. in principio num.60. vbi Sozin. Iun. nu. 268. de acquir. poſſeſſ. Idem Sozin. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 20.eodem titulo.

Lunæ 3. Decembris 1571. Peruſina coram Illuſtriſſ. Lancellotto tunc in minoribus.

157. FVit concluſum quòd pactum extinctionis cenſus appoſitum in locatione de quã agitur, ſit illicitum & vſurarium, quia cum dictus patis vere emiſſet cenſum,non autem Raphael, cujus nomen ſimulate fuit appoſitum in inſtrumento cenſus vt ipſe Raphael declarauit aſſerens in dicto contractu cenſus non habere niſi nudum nomen, non potuit ipſe Paris in dicta locatione ad faciendam dictam extinctionem, nam licet venditori cenſus ſit permiſſa illius redemptio iuxta conſtitutiones Martini, & Caliſti, & tandem Pij V. cuius permiſſiones plures rationes & authoritates affert Corradus de contractibus in foro conſcientiæ.q.85. per totum,& declarat Couarruas lib. 3. variarum reſolutionum c.8.nu.5.§. tandem emptori eſt prohibitum, quia tunc certus eſſet de lucro,& propterea doctores concludunt hoc pactum eſſe illicitum, vt declarat Dominicus Soto de iuſtitia & iure libro ſexto

q. 5.

q.5.art.3. in 1. concluſione, & Corrad.in d. tract. de contractibus quæſtio. 84.in 5. concluſ. quam ampliat: Summa Antonina parte. 2. cap. 8. §. 14. circa finem, vt procedat etiam ſi hoc pactum non ſit deductum in ſtipulationem,ſed emptor ipſe ſit aliunde obligatus. Hæc autem intentio d. Paridis coadiuuatur, ex eo quia voluit, quòd vxor domini Hieronymi, qui eſt venditrix dicti cenſus eſſet ſibi obligata de faciendo ratificare locationem faciendam per Petrum ſub pœna eſtinctionis dicti cẽſus, ex quo arguitur enixa eius voluntas deſiderans cẽſus extinctionem. Non quod Pariſ. voluerit cenſum debere extingui, vt rem gratam faceret Hieronymo, & venditori, vt dicitur in dicto inſtrumento locationis,quia reſpondetur non haberi in conſiderationem hunc fauorem, quia venditori cenſus hoc permiſſum eſt de iure, vt dictum eſt, ſed neceſſitas redimendi cenſum impoſita emptori, eſt illa, quæ facit contractum vſurarium, ex quibus infertur illum eſſe contractum ſimulatum de perſona in perſonã, & de contractu ad contractum, quia ſub ſpecie cenſus fuit factum mutuum cum certo pacto lucri, quod reddidit illũ vſurarium, non autem propter illud pactum vſurarium reddatur, propterea illicitus totus contractus locationis, ita vt locator non poſſit dicto pacto reiecto agere ad illius exequutionem pro terminis decurſis, & non ſolutis, nihil fuit reſolutum, ſed de eo particulariter videbitur, quæ difficultas pendet ab hoc, an dictus contractus ſit diuiduus vel indiuiduus, vide etiam ſupra hac ſecunda parte numero 3.

Coram eodem 28. Iunij 1574.

158 FVuit reſolutum non conſtare de extinctione cenſus ex quadam confeſſione de recepto certarum pecuniarum: nam illa confeſſio non importat quietationem pretij, & ſortis principalis, ſed fructuum debitorum ex cauſa cenſuum: nam cenſus fuit inſtitutus titulo emptionis, & pretium in numerata pecunia ſolutum fuerit, non ſufficit nuda voluntas, ſed requiritur actus priori ſimilis videlicet retrouenditio.l.1. in fine. C. quando liceat ab empt. reced.§. hoc amplius.inſtit.quibus mod.toll.obli: vide etiam ſupra hac parte numero 56. & 58.

Rom. de Alexiis die 29. Martij 1585.coram Cantucio.

159 DOmini tenuerunt Alex. Peregrino nullos fructus cenſus impoſiti ſuper domo de qua agitur,nullaq. damna & intereſſe deberi, quia huiuſmodi impoſitio cenſus facta per Iacobum 7. Iunij 1563. ad fauorem authorum Alexãdri fuit ab initio nulla ipſo iure, propter expreſſam prohibitionem alienationis factam in teſtamento Pauli patris Iacobi,quæ expreſſa alienationis prohibitio, inducit venditionem cenſus nullam eſſe ipſo iure ab initio. Bart.in l. filiusfamilias.§.diui.num.6.verſ.certe. & ibi Caſtren.nu. 7.verſ.& interdũ.Claud. num.12. Iaſ.in prima lectura nu. 66. in ſecũda n. 100. Ripa n.47.Crot. n. 32.Ferd.Loaz.num.114.ff. de leg. 1. Ruin.conſ.23.num.13.lib.5.Grat.cõſil.91.num.3.cum ſeq.lib.1.Tiraque. alios citans ſuper leg.connub.glo. 7. n.57.& fuit reſolutũ in vna Romana.

Pala-

Palatij coram me 8. Martij 1577. Vnde ſtante nullitate impoſitionis cenſus ab initio, promiſſio quoque euictionis tāquam acceſſoria nulla fuit. Grat. in termin. conſ. 91. nu. 20. & 21. lib. 1. Tiraquell. de conſtit. poſſ. limitatione 7. nu. 28. cum ſequen. licet ſecus eſſet ſi venditio cenſus à principio fuiſſet valida, & ea poſt facto reſoluta, per ea, quæ tradit Tiraquel. dicta limitatione 7. num. 41. cum ſequen. & præmiſſa domini firmarunt, niſi Alexander probauerit Iacobum falſo, & cum fraude aſſeruiſſe domum ſuper qua impoſitus eſt cenſus, fuiſſe liberā nec alicui fideicommiſſo ſubiectam, tunc impoſitio cenſus valuiſſet. Tiraquell. ſuper leg. connub. gloſſ. 5. num. 135. cum ſeq. quæ probatio pendet ab eo, an conſtet Iacobum tempore impoſitionis cenſus habuiſſe notitiam quòd prædicta domus eſſet ſubiecta fideicommiſſo, & expreſſe alienari prohibita. vide ſupra hac par. 2. nu. 78. & 153. in re prohibita alienari per eccleſiam. hæc deciſio reuocatur deciſione ſeq. & nu. 166.

Eadem coram R. P. D. Seraphino 1. Iunij 1587. Deciſio.

161 DIſcuſſis reſpōſionibus datis per D. Gaſparē Gabbaiatū ad obiectationes & dubitationes dñorum excitatas cōtra deciſionē aliās factā coram bo. me. Cātucio fuit vnanimiter diſceſſum ab ea deciſione, & concluſum omnia bona d. Iacobi eſſe obligata in caſu euictionis, & ſic pro cenſibus decurſis, de quibus agitur. potiſſimum fundamentum deciſionis ſumitur ex inſtrumento venditionis cenſus, in quo Iacobus diſcretis & apertis verbis ſeſe obligat ad damna & intereſſe in caſu euictionis, vnde cum habeamus expreſſum pactum, & iuratus ſit contractus, non uidetur ambigendum de huiuſmodi obligatione, cum contractus ex conuētione legem accipiant. l. contractus. ff. de reg. iur. & euictio ſequuta ſit.

162 Neque obſtat quod ratione ignorantiæ prohibitionis excuſetur à præſtatione dānorum & intereſſe ex doc. Abb. poſt Hoſtien. in c. eccleſia S. Mariæ. num. 10. vt lite pend. & ibi Imola nu. 4. cum aliis allegatis vbi alienans rem litigioſam ignoranter non incurrit pœnas impoſitas ſcienter alienantibus, quia diſtinguendi ſunt caſus ratione diuerſitatis facti, ſed etiam ratione diuerſitatis ipſius intereſſe, nā pro regula ſtatui poteſt, quòd venditor etiam ignorans tenetur de euictione, & ad dāna & intereſſe, & hoc probant textus in dicto diſcurſu allegati. hoc. n. eſt ex natura ipſius actionis ex empto. l. contractus. C. de fi. inſtrum. nempe vel vt impleatur cōtractus, vel præſtetur intereſſe, & in hoc nulla fit diſtinctio inter venditorem ſcientem, vel ignorantē; quia ex ignorātia eius non minuitur intereſſe emptoris, & ideo propter ignorantiā rei alienæ non excuſatur vēditor ab obligatione euictionis, toto tit. de euict. & à pari procedunt reſtitutio pretij, & pſtatio intereſſe intrinſeci, vt optime declarat Afflict. poſt Iſerniam in tit. de prohibita feudi alien. per Fed. not. 13. nu. 7. verſ. quærit tamen hic Andreas.

163 Et confirmatur egregie ex deciſ. Rotę facta in cauſa Volaterrana terrarum corā R. P. D. meo Blanchetto 18. April. 1586. in qua fuit dictum, ꝙ textus in l. ſi procurator. de iure fiſci. quamuis dicat procuratorē fiſci, qui rem aliquam vendidit, & duplum, vel

triplum

triplum pro euictione promiſit,nō teneri,niſi ad ſimplum, nec tamē excludit obligationē ad damna & intereſſe reſpectu illius ſimpli, & fuit eadē deciſio confirmata ſub die 28.Maij eiuſdem anni, & pro huius concluſionis confirmatione textus eſt apertus in proprio caſu nullitatis alienationis in c.ſi vaſallus feudum.& ibi Afflict.ſi de feudo fuer.contro.inter dominū. ibi, vaſallus qui ignorans feudum vend.-dit tenetur ad intereſſe, quod vero deducitur ex Abbate habet locum in pœna, quæ extrinſecus venit, & quæ non præſtatur ab ignorante, non autem in intereſſe, quòd venit ex natura ipſius actionis.& quamuis Bart.in l.cum lex.nu.1.ff.de fideiuſſ.videatur diſtinguere inter venditorē ſcientem & ignorantem,& ignorans ſaltem tenetur ad reſtitutionem pretij, & ita videatur ſentire, ꝙ non teneatur ad aliud, tamen re uera hoc non dicit. Dictio enim, ſaltem, eſt implicatiua non autem limitatiua. & licet Aret. & Iaſ. in additione ad Portium in §. fi.inſt.de empt.& vend.videantur eādem diſtinctionem ſequi:tamē Ang. in d.l.cum lex.nu.2. hanc diſtinctionem reprobat, & duobus caſibus ait venditorem teneri ad intereſſe, vel cum vterq. tam venditor, quàm emptor eſt ignorans, vel cum emptor ſaltem. & allegat l.vt liberi.cum glo.de contrahen emptio. eandem ſententiā latius & optimis fundamentis defendit Cuman.ibidem.nu.5. & 6. Caſtr. ibi circa fi.& Imola num. 4. Fabian. de Monte in tract.de empt.& vendit. in 4.quæſtione principali.num.5.verſic.tertio quæro.

164 Neq. obſtat, ꝙ aliqui doctores dicant venditorem ignorantem non teneri ad totale intereſſe, prout inquit Bar.in l.Iulianus.in fi.principij.ff.de actio. empt.& Iaſ. in d. additione ad Port.in §.fin.inſt.de emp. Cepolla in l.1.§.cauſa.num. 14. de ędilit.edict. cum alijs, qui non faciunt ad rem. Nos enim loquimur de intereſſe intrinſeco circa rem ad quod ſiue ſciēs ſiue ignorans venditor tenetur, non autem ad intereſſe extrinſecum iuxta terminos dictæ l. Iulianus, in princ. iuncta l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.eod. tit. nam ab eius præſtatione propter ignorantiā excuſatur uenditor neque ab his diſcrepat Ant.Gomeſ.de emp.tomo 2.nu.50.uerſ.adde tamen, quia non agit de eo caſu, in quo vterque tam venditor,quam emptor eſt ignorans, ſed tamen quando emptor ſcit & emit ab ignorante,vel quando ignorat & emit à ſciente.

165 Sed etiam ſi demus diſtinctionem, inter ſcientem, & ignorantem iure probari, tamē non applicatur ad hūc caſum,in quo ſpecialiter fuerūt promiſſa damna & intereſſe, vt dictum eſt; & ideo etiam quod ex natura actionis venditor hoc caſu propter ignorantiam non teneatur, tenetur propter pactum ſpecialiter appoſitū. in hac enim materia ſpecialis promiſſio attēditur.l.ſi fundū.C.de euict.maxime cū cōtractus fuerit iuratus,ꝗ eſt caſus, quē excipit. Ang.in d.l. cū lex. ſub nu.1.Gab.de clauſ.cōclu. 10.n.4. Neq. obſtat id ꝙ pricipaliter deducitē cū huiuſmodi vēditio ab initio fuerit nulla pp expreſsā prohibitionē alienationis,de qua in teſtamento Pauli, oēs etiā clauſulas acceſſorias eſſe nullas, vt voluit Grat.cōſ.91.n.20.lib.1. Gab.in d.cōcl.10.Nā pluribus modis rñdet.Primo,ꝗa abſumptū eſt falſū nōpe emptionē abſolute fuiſſe nullā à princ.fuit.n.nulla reſpectu alienationis,non autē reſpectu præiudicij venditoris: nam ſi inſpiciamus naturam

huius

huius contractus, non tenetur præciſe venditor dominium rei in emptorē transferre, ſed tantum ad intereſſe tenetur. l. contractibus. C. de fi. inſtru. neque venditione transfertur dominium, ſed traditione. l. qui tibi. C. de his qui à non domino man. ſunt. Vnde cum fuerit prohibita alienatio, hæc prohibitio non expreſſe reſiſtit venditioni, ſed alienationi, id eſt, vt inquit Bart. in dicta l. cum lex num. 1. tranſlationi dominij, & ideo obligationi perſonali poteſt accedere fideiuſſor, & licet in quandam conſequentiam cenſeatur prohibita venditio, quia per eam deueniri poteſt ad id, quod prohibitum eſt, tamen ea prohibitio eſt tacita, vt inquit idem Bar. ſub nu. 10. & prohibitio expreſſa eſt illa, quæ reddit actum ipſo iure nullū à principio, non autem tacita. l. fin. §. fin. C. commun. de leg. & ideo doctores, qui cautius loquuti ſunt in l. filius familias. §. diui. de leg. 2. agentes de hac prohibitione dicunt alienationē nullam, non autem venditionē Bart. ibi nu. 6. Caſtr. nu. 7. Ripa num. 48. & cæteri.

166 Secundo ex doctorum argumentis in dicta l. cum lex. quod tunc contractum nullo exiſtente, acceſſoria quoque veluti fideiuſſoria obligatio corruit quando contractus annullatur, propter defectum formæ, ſecus ſi propter defectum materiæ, quę doctrina caſui noſtro proprie conuenit, peccat enim contractus in ſola materia, quia res vendita erat prohibita alienari, & hanc diſtinctionem in effectu licet diuerſis verbis ſenſit Caſtrenſis ibidem nu. 2. verſ. aliquando. vbi ait, quòd ſi alienatio eſt prohibita fauore alterius, quàm alienantis, prout eſt caſus noſter, nam prohibitio hæc facta eſt fauore uocatorum ad fideicommiſſum, tum quod attinet ad eius præiudiciū contractus tenet, neque cenſetur prohibitus. Tertio poteſt reſponderi, quòd vbi non militat eadem ratio in clauſula acceſſoria, quæ militat in principali, non tolluntur clauſulę acceſſoriæ ſublato principali contractu, vel ſi talis clauſula poteſt de per ſe ſtare, prout vtrāque limitationem multis auctoritatibus probat Gabriell. in dicta concluſ. 10. num 9. & 10. hic autem adeſt diuerſa ratio: nam prohibitio reſpicit tantum effectum alienationis ex contractu reſultantem, quare in cæteris ſubſtineri poteſt cōtractus ex ſui propria natura, quæ, vt dictum eſt, non obligat præciſe venditorem ad tranſlationem dominij, & quæ allegantur in contrarium ex Tiraquell. de conſtitut. in 7. limitatione num. 28. & Gab. & alij ſunt intelligenda ſecundum diſtinctionem ſupradictā. Non obſtat conſilium Grat. 91. cuius auctoritas non eſt tanta, vt debeamus à receptiſſimis concluſionibus recedere, & ex his tolluntur omnia quæ contra conſiderationes factas in diſcurſu per dominum Gaſparem deducta, & ideo domini cenſuerunt à dicta reſolutione recedere.

Cantucio 4. Februarij 1583. Romana nullitatis cenſus.

167 FVit concluſum cenſum de quo agitur fuiſſe valide impoſitum ſecundum formam conſtitutionum Martini, & Caliſti, ad rationem octo pro centinario, & cum pacto redimēdi quandocunque. Corradus de contract. quæſt. 83. Couar. variarum reſolutionum lib. 3. cap. 8. num. 5. verſ. tandem ex prænotatis apparet. Non obſtat

obſtat quòd ſit appoſitum pactum, ꝙ cenſus ſit liber ab omni onere, quia hoc non repugnabat ante cõſtitutione Pij V. naturæ contractus cenſus nihil. n. impediebat quominus poſſem emere annuũ cenſum immunẽ & exẽptum ab omni onere, & Natta conſ. 198. nu. 18. lib. 1. Rolan. conſ. 40. nu. 33. cum ſeq. lib. 2. ex aduerſo allegati loquũtur in vẽditione rei immobilis, cũ pacto, ꝙ onera pertinerent ad vẽditorem, ꝙ pactum cum ſit cõtra naturam contractus venditionis inducit præſumptionem vſurarũ, id quod aperte oſtenditur ex verbis Bald. quẽ ſupradicti conſulentes citarunt conſ. 311. nu. 10. lib. 5. vbi firmat pactum quod venditor teneatur ſoluere gabellam, & agnoſcere alia onera contractus, & rei venditæ, eſſe contra naturam contractus venditionis, & inducere præſumptionem vſurarum, & eo modo procedat in venditione rei immobilis pactum quod venditor teneatur ad impenſas quaſcunque, quoniam iſtud pactum inducit præſumptionem ſimulationis, vt per Veronenſem de ſimulatis contract. præſump. 6. Non obſtat quòd emptor cẽſus in inſtrumento locationis domus ſuper qua eſt impoſitus cenſus factæ cum ipſo venditore cenſus pactum appoſuerit quòd non poſſit expelli de domo etiam finita locatione, niſi facta per venditorem redemptione & extinctione cẽſus, ex quo pacto videtur per quandam viam indirectã cõpelli vẽditor cenſus ad illum redimẽdum, quod eſt contra naturã cenſus, quia licet huiuſmodi pactũ videatur parum licitũ & honeſtum, non tamen vitiat contractũ cenſus, cum. n. reſpiciat locationẽ, & non ſit cõtra ſubſtantiã contractus cenſus, & vitiat & non vitiat ad tradita per Bar. & doctores in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor. & in ſpecie Couar. lib. 3. var. reſol. c. 8. nu. 7. verſ. verum ex eo.

168 In hac deciſione tria pacta eſſe in inſtrumento cenſus & locationis dicuntur, quę ſunt cõtra naturã contractus cẽſus, ſtante conſtitut. Pij V. quę declarat cõſtitutiones Martini, & Caliſti. Primũ, ꝙ cẽſus liber ab omni onere exiſtat, hoc pactũ reprobatur in cõſtitut. Pij V. vt declaratũ eſt ſ. nu. 62. par. 1. Secundũ, ꝙ ex quocunq. caſu fortuito, & penitus incogitato, nulla poſſit peti reductio, vel defalcatio, iſtud pactũ eſt etiã illicitum, vt dictũ eſt ſ. par. 1. nu. 20. 54. & 56. Tertiũ pactũ eſt etiam illicitum, quia per indirectum in cõtractu correſpectiuo ad cẽſum imponit pactũ reprobatum, ꝙ venditor non poſſit illũ eijcere de domo locata, niſi facta redemptione, & extinctione cenſus, vt dictũ eſt ſ. hac par. 2. nu. 34. & quia ex iſto pacto appoſito in locatione demonſtratur eni xa voluntas emptoris rehabendi pretiũ, & pp hoc pactũ redditur contractus illicitus, quia intentio emptoris fuit dare pecunias mutuo vẽditori, & pro mutuo recipere penſionẽ domus locatæ ſub velamine cõtractus cẽſus, & propterea hoc pactũ eſt illicitum, & vſurariũ, vt dicitur in deciſ. poſita ſ. nu. 157. hac par. 2. ſecundũ quã debet iſte cenſus reduci, & moderari ſtãte conſtitut. Pij V. in cenſibus antea factis, vt ſup. par. 1. num. 92.

Coram R. P. D. Vicecomite die 11. Ianuarij 1585. Ro. cenſus.

169 Cenſus non poteſt validari ex libris mercatorum ſociorũ, quoniam libri ſocietatis non probant pro ſocietate, quod exegerit fructus dicti

cenſus Bart. & alij in l.admonendi. ff.de iure iur. ſed bene probatur ex libris ſocietatis, quòd emptor cenſus egerit ad ſortem principalẽ repetendam in exequutione pacti appoſiti in inſtrumento cenſus de illo extinguendo ad arbitrium emptoris. Aymo. conſil.101.nu.3.Roman.conſil.277. num. 4. & cum actus ſit nullus, & reprobatus, vt aliàs reſolutum fuit, & cenſus prædictus erat impoſitus cum pacto, quòd venditor infra quinquennium redimeret, vel quod eſſet in facultate emptoris illum repetere, & hoc pacto vſus fuit emptor cẽſus, iſtud pactum eſt reprobatum, vt dictum eſt ſup.par.1.nu.19. & hac 2.par. num.101.& pacta tollentia redemptionem cenſus perpetuò ſunt ſublata ex conſtitutione Pij V.vt ſup. par.1.num.33.

R. P. D. Decano Rotæ 4. Febr. 1577. Rom. Vineæ.

170 DOmini pro reſolutione puncti diſtinxerunt materiam in tres difficultates, quarum prima fuit, an prætenſio DD. de Maximis dicatur requirere altiorem indaginem, ita vt non poſſit impedire D. Margaritam immitti in poſſeſſione Vineæ, de qua agitur in hoc ſummario poſſeſſorio. & in iſta prima difficultate nõ potuit capi reſolutio, propter diuerſitatem opinionum: nam aliqui tenebant contra Margaritam, ex adductis per informantes pro DD.de Maximis: aliqui vero fuerunt in contrario voto, per ea quæ ſcribit Iaſ. conſ. 44. nu. 4. ad fi.lib.1.

171 Secunda difficultas fuit, an Iacobus dicatur cecidiſſe ab omni iure ſibi competenti ſuper domo magna ratione impoſitionis cenſus, & circa hãc difficultatem fuit reſolutum ſecundũ maiorem partem DD.quod aut cenſus fuit impoſitus ſuper fructibus domus; & tunc Iacobus non diceretur cecidiſſe: Aut fuit impoſitus cenſus ſuper domo, vna cum hypotheca, & iſto caſu Iacobus cecidit per tex. in l.fi.C. de reb.alien.vbi Bart.& alij. Fulg.cõſil.92.num.2.& ita aliàs fuit deciſum coram Accoramboño die 16. Nouẽb. 1551.Foll.in pract.cenſuali fol.159. num. 11. & ſeq.& fuit hæc diſtinctio Bart.in l.codicillis.§.inſtitutus.ff. de leg.2.& in terminis de cenſu impoſito ſuper re prohibita alienari. Idem Petrus Foll. in d. praxi cenſuali. fol. 162.nu. 41. & pro confirmatione facit illa concluſio, quòd vbi quis prohibetur etiam actum facere, per quẽ alienatio ſequi poſſit, vt per Dec. in conſ.44.num.5.& conſ.282.nu.2. cũ aliis cumulatis, per Tiraq.de retract. par.1.§.1. glo. 14. verſ. quibus male accedere, & ibi citat Aret.in l.in duobus.§.vbi duo.in fi.de duobus reis, & alibi quod prohibitus alienare ſub pœna, incidit in pœnam, licet immediate non alienet ſi præcedit factum ipſius, ex quo ſequitur alienatio, & aliqui ex DD.allegarunt Alex.in conſil. 158.nu. 3.vol. 5. & ita fuit cõcluſum per maiorem partem dominorum in iſta ſecunda difficultate, non obſtantibus allegatis in contrarium, quæ poſſunt verificari in primo capite ſupradictæ diſtinctionis. vnde ſi cenſus impoſitus ſuper domo magna eſt talis, vt comprehendatur ſub ſecundo capite diſtinctionis, Margarita eſt in tuto reſpectu iſtius domus. vide ſ.nu.156.

172 Tertia fuit difficultas, quę vr̃ neceſſaria ſi intrat ſupradicta diſtĩctio DD. & Margarita teneat de euictione. in qua difficultate fuit concluſum

Marga-

Margaritã nõ teneri, quia Iacob. ipſe de euictione vineæ non teneretur, & ita non habet locum text. in l. cum à matre. C. de rei vend. Pinellus in l. 1. C. de bo. mater. par. 3. nu. 83. in 10. limit. qui alios allegat, ꝙ autẽ Iacobus non teneretur probatur; quia cõtractus vẽditionis vineæ fuit nullus, ſtante prohibitione teſtatoris, & ſtãte ꝓteſtatione per eũ facta, quæ ſicut ſuffragatur Margar. ita ſuffragaretur ipſi Iacobo, & addebãt aliqui ex dñis ex abundãti, ꝙ DD. de Maximis nõ poſſunt agere ad pretiũ, rõne euictionis vineę, ex quo b. m Lucas eorũ auctor emit ſcienter rem prohibitã alienari, & fuit aliàs reſolutũ, & vide ſ. nu. 145. vſq. ad nu. 151. Pro iſta deciſ. in 2. difficultate faciũt dicta ſ. nu. 161. & ſeq. in deciſ. dñorum, & quæ dixi ſup. nu. 74. vbi examinatur q̃ dicit Folle. vſq. ad nu. 172. præterea emptor ex cõſtitut. Pij V. acquirit ius in re, & ſic cenſus eſt realis, non perſonalis, vt dicit Foller. & alij allegati per ipſum.

R. P. D. Serafino Ro. Cenſus S. Spiritus die 10. Decemb. 1583.

173 Fuit dubitatũ, an ſẽtẽtiæ latæ ſup Saluiano interdicto ad fauorẽ Venerab. Hoſpitalis S. Spiritus, contra Io. Bapt. de Blãchis eſſent exequendæ: Et pro parte Blanchi dicebant domini non exequendas, attenta earum notoria iniuſtitia, quæ ex pluribus deducebatur.

Primo, quia Vincentius fideiuſſor Palloni non ſe obligauerat Buccabellæ pro cenſibus decurſis, & decurrendis; & ideo non potuiſſe condemnare Blanchum poſſeſſorem domus, quæ erat tunc temporis d. Vincẽtij ad ſoluendum cenſus decurſos. Hieronymus Gabr. conſ. 47. lib. 1. num. 14.

Secundò quia Ludouicus habẽs ſpecialem hypothecam ſuper domo cenſuata non poterat redire ad generalẽ, niſi facta diſcuſſione, ex his quæ tradunt doct. in l. 2. C. de pig. & hypoth. Bald. in l. præſcriptionẽ, & auth. hoc ſi debitor. C. de pig. & hyp. Nat. cõſ. 521.

Tertiò, quia agens contra tertium poſſeſſorem tenetur probare rem hypothecatam fuiſſe poſſeſſam per debitorem. Bar. in l. rem alienam. nu. 6. de pig. actio. cum per teſtes ſuper hac re examinatos huiuſmodi poſseſsionem non probare patet.

Quarto, quia prætendebatur conſtare de reſtitutione 200. ſcut. ſolutorum pro pretio cẽſus, & ideo ſolutione extinctã eſse omnẽ obligationem, & ſolutionem probari dicebant ex cõfeſſione Ludouici probata ꝑ Dñicum, & Iuliũ, hancq. confeſſionem ſufficere ad liberandum per ea quæ tradit Fel. in cap. ſi cautio. num. 27. de fide inſtr. Decius conſ. 163. Pariſ. conſ. 120. nu. 4. lib. 1. Sozz. Iun. conſ. 32. nu. 18. lib. 2. Put. deciſ. 2. lib. 2.

Quinto & vltimo ex eo quia legitime non conſtitit de euictione domus cẽſuatæ cuius euictionis prætextu Ludouicus habuit recurſũ aduerſus domum ipſius Blãchi vt poſseſsam per Vincentium fideiuſsorem, & fidem productam non facere fidem cum habeat relationem ad acta Senatoris, de quibus non conſtat, & hæc ſunt, quæ deducuntur contra ſententias.

Quibus non obſtantibus in contrariam ſententiam itũ eſt. & primo nõ obſtare dicitur, ꝙ Vincentius nõ obligauerit ſoluere cenſus, quia cũ ſe obligauerit ad dãna, & intereſse potuerũt peti cẽſus decurſi & decurrendi rõne intereſse, cum iſtud ſit intereſse, ex ſui natura certum, & liquidum.

Secundo non obſtare, quòd nulla facta diſcuſſione non poſſet Ludouicus agere contra tertium poſſeſſorē, tum quia iſta exceptio eſt dilatoria, & ideo debet opponi ante litē conteſtatam. Aret.§.in fraudē.col.4.verſ. aduertas.de action. Negruſ.de pig.1. mēbro 8.partis nu.34.Alex.conſ.32. & 34.lib.4.Gabr.de fideiuſſ.concl.1. n.12. & 57.& ideo neceſſariū erat appellare, vt fuit alias corā me deciſum in vna Romana domus 29.Mar.1574 poteſt etiā dici ex ſentētia Sozz. cōſ. 80.col.2.lib.3. hanc exceptionem nō habere locum in Saluiano interdicto, quāuis Natta d conſ.521. eā cōfutet. vide ſ.hac par.nu.2.& ſ.par. 3. n.51.

Tertia obiectio quoq. ſublata eſt ex lectura duorū teſtium Petri & Sertorij pro Ludouico examinatorū, qui bene probant poſſeſſam fuiſſe domū per Vincentiū, quod ſufficit, cū obligauerit bona tam præſentia, q̃ futura.

Quarta quoque oppoſitio non placuit, quia non eſt concluderet probata, nec dicta teſtium ſuper confeſſione Ludouici concludūt, maxime ſtantibus circunſtantiis facti, cum nuſſibi appareat de noua cenſus conſtitutione, nec de prioris caſſatione, nec eſt veriſimile virum ſenem & cautū fuiſſe ita contractutū, vt ex aduerſo prætenditur, & depoſitio Chriſtinæ Pullonæ videtur optime declarare quomodo factum ſe habuit.

Quinta obiectio q̄ non conſtiterit legitime de euictione domus cenſuatæ fecit ſubſiſtere dominos, quia licet adſit fides in actis, tamē ex ea nō conſtat de iuſtitia ſententiæ Capitolinæ, & ex quo Rota non ſolet approbare ſententias extra Rotam latas, ſi hæc cauſa eſſet Rotalis non daret executionem niſi guſtata aliqualiter iuſtitia ſentētiarum latarū extra Rotam.

R. P. D. Robuſterio Ro. cenſus 8. Febcuarij 1577.

175 Maior pars tenuit, quòd Petronij & alij qui reperiūtur ſunt manutenendi in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, in qua exiſtunt, quia cū ſemel fuerint in poſſeſſione, ſi denegatur ſolutio, aut alius fructus quaſi poſſeſſionis poteſt poſſeſſor cogi, & in iſtis incorporalibus retinere ciuilē poſſeſſionem, & adire iudicē, & petere, vt in primis manuteneatur in ſua quaſi poſſeſſione, ſeu ſtatu, durāte cōtrouerſia tantum. Io. Faber in §. retinendæ nu.21.de interdict. Floria. de S. Petro in l.ſi forte.§.ſciēdum. circa med.ff.ſi ſeruit.vend. Salic.in l.1. num 1.C.uti poſſid. Afflict.deciſ.395. per totum. Iaſ.in l.clam poſſidere. §. qui ad nundinas.num.23.de acquir.poſſeſſ. Sozzin.Iun.conſ.122.num.16.in 4.Ruin. conſ.58.num.6.in 4.Maranta in Speculo Iud.par.4.diſt.7. num. 17.Rebuff.in tract.de decimis quæſt. 9.num.8.& ſuper conſtit. Regiis tomo 3.de cauſſis benef.poſſ.nu.7. Menoch.de reti.poſſ.remedio 3.nu.131. cum ſeq.& fuit reſolutum in Placentina decimarum, & in Lucana penſionum. Quod remedium dicitur breue, & ſummariiſſimū poſſeſſorium, iuxta conſil.Pauli de Caſt.3.col.2.in 2.Couar.practicarum quæſt.c.17. Menoc. in tract.de retin. poſſeſſ.c.vlt.nu.7. cum ſeq.& admittit ſuſpenſionem petitorij, & non admittit exceptionem defectus proprietatis durante lite. Ægid.in c.paſtoralis.nu.31.cū ſeq.de cau.poſſ. & prop.& Ferret.cōſ.7.nu.3.cū ſeq in prin. Plotus in l.ſi qn. nu. 106.& 112.C.vnde vi. Neuiza. conſ. 81.nu.16.& ſeq.& fuit reſolutū corā bo.memor.Oradino in vna Bononiē. iuriſdictionibus de anno 1569. Et tū

in.

in facultate ipſius cui eſt denegata ſolutio habere ſe pro ſpoliato & tunc intentare remedium recuperandæ, vel ſi non habet ſe pro ſpoliato intentare remedium retinendæ, vt ſupra & vtrumque remedium ponit Bald. in l. 2. num. 44. C. de ſeruit. Afflict. dicta deciſ. 395. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina num. 9. de cauſa poſſeſ. & propriet. Iacob. Venent. de annua præſtatione quæſt. 2. nu. 2. Ideo cum præſupponatur quòd Petronij ſint in quaſi poſſeſſione & aliquis ex ipſorum hæredibus, & ſuſpenderint petitorium, debent in primis manuteneri in iſto caſu durante controuerſia prioritatis & potioritatis. Vide quæ dixi in tract. vti de poſſid. c. 8. num. 8. & ſeq.

176 Secundo quia non licet priori, ſicut cuicunque alteri proprietario ſibi ius propria authoritate dicere, & poſſeſſorem turbare capiendo abſque citatione propria authoritate poſſeſſionem, quouſque per viam agendi, vel præfixionis termini illa quaſi poſſeſſio ſit ab ipſo poſſeſſore euicta in petitorio c. conſultationibus, cum ibi notatis, de iur. patron. Cald. conſ. 33. de præbend. Rota deciſ. 14. de iure patron. in ant. Io. de Silua de beneficio parte 2. q. 7. num. 16. etiam ſi proprietarius eſſet fiſcus, Guido Papæ. q. 37. vel eſſet ordinarius qui viſitaret. c. ordinarij de offic. ordinar. vbi Gemin. Franc. & al ij lib. 6. vel eſſet de legatus ſummi Principis. c. ſi quando. de reſcript. l. ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vtil. publ. & ibi Paul. de Caſtro col. 1. Anchar. conſ. 240. col. 1. & 2. Cald. conſ. 4. de dilat. Neuizan. cōſ. 81. nu. 13. & poſſeſſio illius eſſet infecta ſine fomento iuris dicto. c. licet Epiſcopus de præbend. in 6. vbi Gemin. & Franc & in 3. & 4. not. & Neuiz. dicto conſ. 8. num. 8. cum ſeq.

177 Immo licet ſollemnitatibus iuris poſitiui ſupremus Princeps ſit ſolutus & quòd quadrata æquet rotundis, & ex poteſtate ordinaria poſſit tollere ius poſſeſſionis, & decernere vt de ſolo petitorio, vel ſimul de eo, cum petitorio cognoſcatur. Abbas & alij, per Capit. deciſ. 69. num. 13. Aymo. conſ. 182. num. 13. cum ſeq. Id tamen nunquam facit in retinentibus poſſeſſionem, ſed ſolum in iam expulſis & erectis à poſſeſſione, & tunc id facit cum cauſa, vt notum eſt. Et ſi intruſis ab occupatione quandocunque eiecit & controuerſias decidit, & ſilentium imponit, id tamen ſemper facit præfixo termino, & parte citata ad faciendas ſuas defenſiones c. Paſtoralis. §. cæterum. de re iud. l. vt vim. de iuſt. & iure. l. defenſionis. de iure fiſc. lib. 10. Bald in c. cum olim. nu. 4. de re iud. Sozzin. conſ. 266. num. 41. in 2. Decius cōſ. 498. in fine, & conſ. 528. col. 2. Hæc enim termini præfixio vel interpellatio ad ſe defendendum, numquam prætermittitur à ſupremo patre in quibuſuis diſpoſitionibus tertio præiudicialibus. Socin. in l. ſi quis arbitr. num. 33. de verb. oblig. & conſ. 27. num. 11. in 3. Natta in Clem. ſæpe §. & quia col. 17. & ſeq. de verb. ſignif. Capic deciſi. num. 16. ideo cum iſti poſſeſſores pluries exegerint cenſum, & hodie ſint in poſſeſſione, nephas eſſet quòd hæres cum beneficio legis & inuentarij, illis non auditis poſſit propria authoritate ſub prætextu, quòd ipſe eſt anterior & potior creditor, ſpoliare alium, & ius ſibi dicere.

178 Non obſtat quòd quicquid ſit in aliis poſſeſſionibus tamen in annua præſtatione ſecus eſt, vt dicti modernı de annua præſtatione quæſt. 20. teneant

neant contrarium in hærede cum beneficio legis & inuentarij, & poſſit denegare ex cauſa iuſta, & legitima, videlicet ſi eſt potior & anterior creditor concurrente iuſta cauſa, ſpoliat licet deneget ſoluere. c. quærelam, & ibi notatur, de electione, quoniam opinio iſtorum modernorum poſſet procedere vbi ille qui erat in quaſi poſſeſſione, propter denegationem hæredis habet ſe pro ſpoliato, & agit ſpolio; tamen hæres, ſi eſſet anterior & potior, recte poteſt dicere non ſpoliaui te, quia iuſta cauſa ſibi ſoluere denegaui, & ita fuit reſolutum cotã bo. mem. Grato de anno 1565. vbi beneficiatus qui per plures annos ſoluerat penſionem, & quia non potuerat habere poſſeſſionem beneficiorum denegauit ſoluere penſionem, fuit dictum quòd cauſa erat iuſta, & illa percutiebat & abſorbebat petitorium, & poſſeſſorium, & ſic nullum erat commiſſum ſpolium: & in iſtis terminis intrant allegata per dictos modernos, & per Informantes de Alfonſis. Diuerſum tamen eſt vbi poſſeſſor non habet ſe pro ſpoliato, ſed retinet ciuilem poſſeſſionem, & adit iudicem, & prætendit nullam adeſſe iuſtam ceſſandi cauſam à ſolutione, & ſuſpendit petitorium & petijt in primis manuteneri in poſſeſſionem in qua exiſtit durante controuerſia, & iuſta cauſa, prout hic contingit. Tunc enim intrant ſupra pro iſtis creditoribus adducta, quòd non liceat propria authoritate ſibi ius dicere & poſſeſſorem ſpoliare, ſed poſſeſſor eſt manutenendus in ſua poſſeſſione controuerſia durãte, & ſi illi moderni ſentiunt contrarium, tamen illorum opinio non poteſt de iure ſubſiſtere vt tenebant domini.

179 Non obſtat quòd ex reſolutionibus factis cõſtet de hypotheca d. Alfonſi quoniam vltra quòd non eſt finita liquidatio bonorum vera, præſertim circa valorem bonorum maternorum, & auitorũ, & nihil eſt actum donec aliquid ſupereſt ad agendum, tamen nondum liquet quòd bona q. Pauli Antonij non ſufficiant ad ſatisfactionem Alfonſo & iſtis creditoribus, qui ſunt in quaſi poſſeſſione exigendi hos cenſus, præſertim data cautione de reſtituendo anterioribus, & potioribus creditoribus, iuxta facultates A. C. quæ ſunt etiam in facultatibus Gubernatoris vrbis; & tanto magis cum ſimus in cauſa diſcuſſionis in qua data ſententia graduationis, & interim non dicitur conſtare de non iure quouſque poteſt conſtare de iure. Egid. deciſ. 103.

Non obſtant quòd iſti hæredes non ſint in poſſeſſione exigendi iſtos cenſus à domino Alfonſo; nam reſpõdebant quòd ius metitur à poſſeſſore, quia non mutatur nec variatur ex mutatione perſonarum. Guido Papæ, deciſ. 629. & fuit pluries in Rota reſolutum.

180 Non obſtat quòd confecto inuentario hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, quia non dicitur quòd Alfonſus ſoluat de ſuo, ſed de penſionibus domorum ſuper quibus eſt impoſitus cenſus, in cuius poſſeſſione exigendi exiſtunt iſti creditores, qui non ſunt turbandi in ſua poſſeſſione, non obſtãte exceptione inuẽtarij q̃ nõ debet eſſe bettonica vt plures dicunt.

181 Non obſtat quòd Alfonſus eſt in poſſeſſione iſtarum domorũ, & quòd nec ipſe ſpoliandus vel turbandus eſt in dicta poſſeſſione; quia reſpondetur primo, quòd Alfonſus dicitur in poſſeſſione iſtarum domorum cum ſua cauſa, & ſic cum illo onere reali ſoluendi

uendi cenſus iſtos, nam res tranſiuit cũ onere & cauſa ſua Paulus in l. primi legia. C. de ſacr. ſan. eccl. Decius in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. 20. nu. 53. verſ. non obſtant iura allegata de con ſtit. & in c. nouit. col. 7. n. 13. verſ. ſed contra iſtam ampliationem. ſecundo quia in iſtis fructibus iſti venditores ſunt anteriores poſſeſſores, & poſſeſsio Alfonſi iunior dicitur clandeſtina turbatiua, & ſine fomento iuris, cum iſti venditores hoc allegẽt quòd clam ab ipſis poſſidet c. licet cauſam de probat. Ideo nullius eſt conſiderationis hæc allegatio.

Non obſtat quòd poteſt peti ſeparatio bonorum, & adſunt alij creditores, qui prætendunt ſe eſſe anteriores & potiores, quoniam interim iſti creditores ſunt manutenendi in ſua quaſi poſſeſſione exigendi in qua exiſtunt.

Romana cenſus R. P. D. Robuſterio 21. Februarij. 1578.

182 IN dicta cauſa Romana cenſus dedi dubium an conſtetpecunias cenſus de quo agitur ita acceptas, & verſas eſſe, ſeu concernere cauſam vel negotium rationis banchariæ de Monte acutis, vt Nicolaus inſtitor potuerit obligare eandẽ rationẽ ad effectũ de quo agitur. & die Veneris 21. Februarij 1578. propoſita cauſa dñi dixerunt ex iſto dubio duas principales difficultates colligi; quarũ prima eſt reſpectu probationis, videlicet an liber iſtius rationis ſeu partitę in eo cõtentę probẽt cõtra creditores. Secũda an pecuniæ cẽſus huiuſmodi dicantur acceptę & verſę, ſeu concernere cauſam vel negotium banchi.

Circa primam difficultatẽ dñi pro maiori parte tenuerũt quòd in caſu de quo agitur, partitę libri probẽt; nam licet regulariter loquendo libri mercatorum non probent cõtra tertium, ꝓut Rota ſæpe tenuit, & eſt cõcluſio in iure clara, vt patet ex multis quæ ad hoc allegabant informãtes pro vẽditoribus, quàm concluſionem omnes dd. admittebant; nihilominus in caſu iſto maior pars dicebat hoc non procedere vbi cõcurrũt cõiecturæ, ac adminicula prout in dote confeſſata. eſt deciſ. Afflict. 402. & in expreſsione meritorum facta in donatione per Deciũ in l. ſi donatio. nu. 31. C. de collat. & in confeſsione mulieris, ſeu minoris. Achilles deciſ. 1. de confeſſis, huiuſmodi autem adminicula & coniecturas colligebant aliqui.

Primo quia partita cãtat ſub eodẽ die quo factum eſt inſtrumentũ cẽſus, nã ex iſta vicinitate reſultat quædam correſpectiuitas inducens veriſimilitudinẽ quòd partita ſit vera, tum etiã quia partita ipſa in ſe multa exprimit, ex quibus augetur iſta veriſimilitudo veritatis, vnde ſuccedit quòd ſcriptura etiã priuata, qñ veriſimilia cõtinet, dicitur facere fidẽ, vt de lib. ſo ciorũ dicit Socin. cõſ. 291. n. 14. in 2.

Secundo colligebant adminicula, quia Banchum per plures annos ſoluit cenſum, de quo agitur, & iſta eſt obſeruantia Aymo. cõſ. 101. col. pen. verſ. 5. ex obſeruãtia; & cõſ. 118. col. 2. in princip. & dicebãt apparere de obſeruãtia ex partitis eiuſdẽ libri; obſeruantia enim ſubſequuta operatur vt inſtrumentum minus ſolemne fidem faciat. & poſt Cin. & Bald. habetur per Aymon. in conſ. 101. nu. 4.

Tertio quia Paulus Antonius de Soderinis geſsit multa negotia cum iſto bancho, & præſertim apparet ex partitis concernentibus computum ad partem, & propterea multum veroſimile eſt quòd iſtæ pecuniæ redactæ

ex venditione cenſus fuerint tranſmiſſæ ad banchum maxime ſi appareret quòd tunc temporis d. Paul. Ant. eſſet debitor banchi, quia tunc etiam videtur aſtuiſſe cauſa neceſſaria tranſmittendi præfatam pecuniam.

Aliqui vero mouebantur, quòd iſta partita fidem faceret, quia partitá ipſa tendit ad declarationem eius quòd geſtum eſt & aliunde probatur, ſcilicet, ex dicto inſtrumento cenſus vt per Ruin. conſ. 134. num. 13. verſ. & quamuis dictus liber non probet lib. 5.

Aliqui mouebantur quòd partitę iſtę probent contra creditores tamquam ſingulares ſucceſſores, vt per Aret. conſ. 112. ad finem Aymo. conſ. 29. num. 1. Quòd vero ſint ſingulares ſucceſſores dicebant apparere ex eo quia iſti creditores vendiderunt bona iſtorum de Mõte acuto, vt per Caſtren. conſ. 247. poſt principium lib. 1.

183 Alij autem domini dicebant contrarium in iſta prima difficultate, mouebantur ex præfata regula quòd libri mercatorum non probent contra tertium, & adducebant textum in authent. quod habet. iunctis duobus legibus præcedentibus. C. de probat. Quòd vero creditores dicantur, allegabant doctrinam franchi, inter conſil. Felin. conſ. 21. num. 5. & Cephal. conſ. 101. num. 27. lib. 1. & ad illud fundamentum de obſeruantia ſubſequuta reſpondebant dupliciter primo quòd adminicula debebant ſumi aliunde quàm ex partitis ipſius libri de cuius fide agitur Bald. conſ. 149. lib. 1. ſecundo quòd obſeruantia ſubſequuta operatur vt inſtrumentum faciat fidem non obſtante defectu ſolemnitatis, non autem vt libri probẽt contra tertium, & ita loquuntur Cin. & Bald. allegati per Aym. d. dicto conſ. 101. num. 4. Quòd autem iſti creditores vendiderint bona iſtorũ mercatorum, dicebant adhuc in actis non conſtare, & propterea in hoc non poſſe fieri fundamentum quòd ſint ſingulares ſucceſſores & ad illud motiuum de declaratione dicebatur non intrare in iſtis terminis in quibus obligatio inſtitoris eſt clara & non indiget declaratione.

184 Quo vero ad ſecundam principalem difficultatem, retenta opinione maioris partis dominorum, quòd partitæ probent, domini fuerunt varij, ſed maior pars tenuit quòd ſi iuſtificetur in facto Paulum Antoniũ fuiſſe debitorem banchi eo tempore quo vendidit iſtum cenſum, iſto caſu potuit inſtitor obligare rationem fideiubendo pro ipſo Paulo Antonio, vt fecit, & pro iſta opinione allegabant, inſtitorem poſſe obligare banchum dũmodo principaliter, vel ſecundario pecunia per eum accepta tangat ipſam rationem banchi, vt per doctores in l. pen. §. ſeruus. ff. de inſtitor; vnde cum pecuniæ redactæ ex vẽditione iſtius cenſus peruenerint ad banchum, ſatis dicũtur tangere ipſam rationem cum ex illis extinguatur debitum Pauli Antonij. Corroboratur hoc motiuum ex eo quia Nicolaus inſtitor poterat extinguere debitores ipſius banchi, & ſolutionem recipere, vt in l. quòd ſeruus. & in l. filiæ vbi Bart. in principio de ſolut. ſicut igitur vigore mandati poterat facere ea quę ſint neceſſaria pro exactione, ita dicendum eſt, quòd poſſit facere ea quę ad faciliorem & commodiorem exactionem tendunt, vt per Aret. conſ. 29. num. 20. & l. ſi inſtitorem quàm legit. in l. venditor. ff. ſi cert. pet. Vnde cum facilior eſſet exactio ipſius Pauli Antonij, qui non habebat

bebat promptas pecunias fideiubendo pro huiuſmodi cenſu valida dicitur fuiſſe inſtitoris fideiuſsio, & ratio banchariа remanet obligata, & ad hoc allegabatur Riminal. in l. ſi inſtitorem. ff. ſi cert. pet. & ad text. in l. fin. ff. de exercit. reſpondebant aliqui habere locum ſpecialiter in mutuo, vt per Albericum ibi nu. 2. & per Angel. num. 3. & ſimiliter ad conſiliũ Alex. 44. num. 6. lib. 2. cuius opinionem multi ſequuntur, vt per Decium in d. l. ſi inſtitorem, & Curt. Iun. conſ. 272. lib. 3. reſpondebatur illam opinionem poſſe procedere in inſtitore particulari ad certum negotium deputato, non autem in inſtitore vniuerſali, & ad hoc allegabant Alciat. in d. l. Si inſtitorem, & Ronchagallum in l. eadem num. 162. de duobus reis, in fine præſertim, quòd ſi verum eſſet, text. in l. fin. de exercit. in qua fundatſe Alex. non haberet locum niſi in mutuo. Addebant inſuper aliqui quòd in caſu iſto verſamur in fideiuſſione præſtita in fauorem Pauli antonij qui multa habebat negotia cum iſtis mercatoribus; in quo caſu potuit inſtitor in ipſius honorem expenſas facere. vt per Bart. in l. filius de donat. nu. 7. ſequitur Petrus de Vbald. in tract. de duobus fratribus. quæſt. 1. n. 89. mouebantur etiã quia in caſu iſto ſatis pecuniæ dicuntur verſæ in rem banchi, vt per Card. in c. quòd quidam col. pen. verſ. ſed in eo qui mutuat eccleſiæ, Alber. in l. ſi pro parte. §. in rem. num. 3. de in rem verſo.

185 Contrariam ſententiam tenebãt nonnulli ex dd. tenentes regulã quòd inſtitor non poteſt fideiubendo obligare dominum, per text. in l. pen. §. fin. de inſtit. & ibi Caſt. in principio, & per textum in l. fin. dicto titulo, ſed quia videbatur, vt ibi tradunt, Bart. Bald. & Cuman. & omnes in princip. & Alber. in vltimis verbis, etiam qñ concurrit conſuetudo domini, qui ſit ſolitus pro alio fideiubere, vt per Angel. in d. l. fin. ante num. 2. & ibi Cumanus in principio. & Latius Caſtrenſ. pariter in principio.

186 Pro iſta etiam opinione adducebatur doct. Bald. in l. incendium. n. 3. C. ſi cert. pet. vbi etiam Salic. concludunt quòd ſi pecunia per d. alicui mercatori tradatur in dubio præſumitur potius depoſitum quàm mutuum; & ſic recipiens non poteſt vti quia non eſt ei permiſſum. vnde infertur quòd pecunia Pauli antonij ratione cenſus venditi, licet peruenerit ad banchũ, cenſetur potius tradita in depoſitum quàm in mutuum, & per conſequens nõ poteſt cenſeri in cauſa ipſius banchi accepta, neque in extinctione debiti ipſius Pauli Antonij. ex quo inferebant etiam huiuſmodi pecunias nõ poſſe dici verſas in vtilitatem banchi, quod etiam admittebant plures ex dominis qui tenebant contra creditores quatenus domini de Petronijs niterentur ſolum actione de in rem verſo: nam quantum ad hoc placebant iſtis dominis allegata pro parte creditorum, ſed dicebant dari actionem inſtitoriam, ſecundum ea quæ ſupra allegata ſunt. quòd ſi non verificaretur in facto Paulum antonium fuiſſe debitorem banchi eo tempore quo vendidit cenſum, & pecuniæ huiuſmodi ad banchum peruenerũt, iſto caſu domini non fuerunt concordes propter diuerſitatem opinionũ, & propterea non potuit capi reſolutio niſi quòd firmetur in facto, videlicet ꝙ Paul. ante de dicto tẽpore eſſet debitor banchi.

187 Fabritius filius & hæres Hieronymi vendidit Dominico quendã furnum, qui erat in hæreditate Hierony-

mi eius patris grauatum vno annuo cenſu ſcut. nouem impoſito per eumdem Hieronymum de anno 1544. in fauorem Berardini,& de illius pretio ſatisfactum fuit eidem Hieronymo. Artemiſia præfati Hieronymi vxor, & mater Fabritij,eſt creditrix de ſua dote ſoluta Hieronymo de anno 1532.per quam dotem furnus præfatus eidem hypothecatus eſt antequã ſuper eo imponeretur cenſus per Hieronymũ maritum dictæ Artemiſiæ. Berardinus emptor dicti cenſus,conuenit Dominicum emptorem dictæ domus pro cenſibus decurſis & non ſolutis. Vnde Artemiſia habita notitia de lite mota, ſic vt præfertur pro cenſibus decurſis contra Dominicum comparuit,& ratione ſuæ hypothecæ dotis admiſſa ad cauſam,& productis inſtrumentis dotalibus,ex quibus apparet de anteriori hypotheca dotis Artemiſiæ,tã ſuper dicto furno quàm ſuper aliis bonis Hieronymi eius viri, & quia inſtabatur declarari emptorem dicti furni nullatenus eſſe moleſtandum à Berardino fuit dubitatum quid iuris:& pro parte Dominici emptoris dictum fuit quòd cum domus ſeu furnus fuit venditus per Fabritiũ, ad effectum ſatisfaciendi de pretio partem dotis Artemiſiæ potiori, & anteriori creditrici prout fuit ſatisfacta, ſi Berardinus qui habet ſuper domo cenſum eſt poſterior ipſa Artemiſia, non poteſt dictum Dominicũ emptorem moleſtare; licet nõ habeat à dicta Artemiſia ceſſionem. quia quando emptor poſſidet ex æquitate datur ſibi exceptio ad repellendum alium creditorem poſteriorem tempore.gloſſa fin.in fine. in l. cum prior ff.de diſtr. pign. gloſſa 2. in l. 1. ff. quibus modis pignor.vel hypoth. ſol. vbi omnes doctores, & tradit Corne. conſ.245.num.13. verſ. ſi autem dicta bona pro ſoluendis dotibus. Neguſan. de pignor. in tertio membro quintæ partis nnm.3.verſ. tamen eſt aduertendum. Secundo dicebatur ꝙ ſi duraret hypotheca, vtique duraret etiam illa Artemiſiæ pro reſiduo ſuæ dotis,pro qua in iſta domo tamquã anterior creditrix eſſet immittẽda & prçferẽda aduerſum poſteriori, etiã habenti ſpecialẽ hypothecã in re ſpecialiter ſecundo hypothecata. l.2. ff.qui pot.in pign.hab. Rip. in l.priuilegia num.5.ff. de priuil.cred. & Berardinus qui habet cenſum contra Dominicũ emptorem domus non habet aliquam perſonalem actionem, quia cum eo nullum contractum geſſit,ſed ſolum hypothecam cõtra domum, in qua cum ſit anterior Artemiſia vtique per eam excluditur, quia anterior vincit poſteriorem in hypotheca. l. generaliter vbi Bald. & Salic. C. qui pot. in pign. hab.& ſecundum iſtam opinionem fuit reſolutum in Rota.

188 Cenſus contractus an ſit conſtitutiuus vel empticius qualiter cognoſcatur. & Didacus Couuaruuias in tractatu variarum reſolut.c. 10.num. 5.verſ.primum lib.3.ponit plures opiniones; & prima eſt ꝙ annua præſtatio, conſtituta iure proprij cenſus, nempe in fauorem eius qui dominiũ rei tranſtulit in alterum qui penſionem ſoluere tenetur, & eam, ſuper eadem re conſtituit, nec de conſtitutione huius reditus conſtat, ſed tantum conſtat quòd res propter quàm ſoluitur cenſus fuit à creditore cenſus debitori illius donata, & quia dominij tranſlatio eſt perpetua, erit etiã perpetua ipſa annua præſtatio vel reditus pecuniarius & conſtitutiuus;ſed ſi apparet de aliquo

mcdo

modo in conſtitutione cenſus mentio pretij, tunc cenſebitur annuus reditus pecunia conſtitutus, quia pretij mentio, emptionem & venditionem arguit l. 1. ff. de contr. empt. §. pretium inſtit. de empt. & vend. Sed ſi non apparet quæ ſit origo annui cenſus, & ex præmiſsis præſumentium eſt cenſum pecunia conſtitutum ex conſuetudine loci, & contrahentium ad diffiniendum an ſit annuus reditus perpetuus, vel redimibilis. Quarto ſi probatur origo cenſus per ſcripturam, vel per teſtes quòd is reditus ſit redimibilis vel perpetuus, tunc præſumendum reditum eſſe perpetuum ſecundum Didacum in dicto c. 10. num. 5. verſ. quarto, & hæc procedere poſſunt in contractibus cenſus ante conſtitutionem Pij V. ſed poſt conſtitutionem Pij non ita erit præſumendum, ſed quòd ſit cenſus redimibilis, cum aliter licitè celebrari & conſtitui non poſsit vt dictum eſt ſupra parte prima num. 13. & ſeq. & idem Didacus. in d. c. 10. col. fin. verſic. quinto, tenet quod cenſus probatus tantum ex diutina præſtatione decem annorum, quod præſumitur redimibilis iuxta legem cum de in rem verſo. ff. de vſur. & aliis per eum allegatis, & hodie ex conſtitutione Pij nullam habet difficultatem. vide ſupra parte prima num. 36.

189 In conſtitutione Pij Quinti dicitur niſi verè in pecunia numerata præſentibus teſtibus ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non auté prius recepto integro iuſtoque pretio; & in finem dictæ conſtitutionis dicitur contractus ſub alia forma celebratos funeratitios iudicamus, & ſic contractus ipſe cenſualis requirit ſcripturam, & ſcriptura eſt idem quòd forma. l. non figura. 37. ff. de actio, & obligat. & Bald. in l. fin. num. 4. C. de ſuis & legitimis ibi forma dat eſſe rei, ſicut quando contrahitur in ſcriptis, ſcriptura eſt idem quòd forma, cui formæ nihil addi vel detrahi poteſt. Bart. in l. Gallus. ff. de lib. & poſth. & ſic pro forma hic debent eſſe teſtes, & notarius in actu celebrationis inſtrumenti, & contractus in ſcriptis faciendus, in quo fiat fides de pecunia numerata, & ſi non obſeruetur iſta forma, quòd contractus fiat in ſcriptis à notario; ad hoc vt videatur, an ſit numerata pecunia, an ſit impoſitus cenſus ſuper re immobili, an adſit pactum redimendi perpetuo, & alia requiſita pro forma, & alia numerata ſupra num. 2. & ſeq. parte prima: quia quòd eſt de forma dicitur introductum ad publicam vtilitatem, & ei renunciari non poteſt. Bald. in l. omnes populi in penult. col. ff. de iuſtit. & iure, nam ſi ſtatutum, vel lex requirit tempus, obſerua tempus. Card. in Clement. 1. in q. 1. de iur. patron. quòd forma debet obſeruari in faciendo, & exprimi, dicendo. Oldrad. conſ. 130. in 2. col. & Archid. in c. quorundam diſtinct. 23. voluit quòd quando lex vel ſtatutum dicit, quòd aliquid debeat fieri, ſemper illud dicitur de ſubſtantia, & ſubſtantia eſt talis naturæ quod ea omiſſa actus eſt nullus. l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. Bart. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & plus eſt defectus formæ quàm perſonæ. Bald. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iure iur. Decius conſ. 222. col. 2. & forma data à ſtatuto, vel à lege cenſetur ſubſtantialis. Probus in additione ad Ioannem Monachum.

in c. 1. de cenſibus nu. 6. lib. 6.

190 Et ſi quis prætendit eſſe factam ſcripturam & inſtrumentum contractus cenſus, debet inſtrumentum factum eſſe ſcriptura probare, & producere, ad hoc vt videri poſſit, an ſit ſeruata forma conſtitutionis, quoad omnia; & qui dicit formam ſeruatã probare debet, non autem ille qui negat formam ſeruatam eſſe. c. ſacro de ſententia excom. vbi prohibetur quòd ſententia excom. nõ feratur niſi competenti admonitione præmiſſa, & per ſonis præſentibus idoneis, per quas poſſit probari monitio. Innoc. in c. innotuit de eo qui furtiue ord. ſuſc. & Io. And. in c. ſicut de re iud. & ibi Felin. nu. 39. verſ. fallit ſecundo. Iacob. Menoch. in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 132. num. 27. vide infra parte tertia num. 49.

Et licet probetur factum eſſe inſtrumentum cenſus per teſtes, quòd niſi expreſsè dicat de ſolemnitate intrinſeca requiſita in inſtrumento cenſus, non præſumitur interueniſſe in dicto inſtrumento. Bart. & omnes in l. 1. C. de vſur. Butr. Abbas. Immol. & Felin. num. 40. in dicto c. ſicut de ſententia, & re iud. quia talis ſolemnitas intrinſeca eſt formalis, & ſolemnitas formalis non præſumitur, vt puta ſi principaliter tractetur de numeratione pecuniæ in contractu cenſus, illa non præſumitur niſi teſtes in ſpecie deponant de numeratione. Felin. in dicto c. ſicut numero 41. de re iud. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. nu. 26.

192 Sed ſi teſtes dicant inſtrumentum ſuper cenſu factum fuiſſe, & de eo rogatum eſſe Petrum notarium, ſub tali die & tali anno, & facta diligentia in ſcripturis dicti Notarii & ſub illa die & anno, & ſcripturæ illæſæ in libro Rogitus dicti notarij exiſtunt, & tamen inſtrumentum cenſus de quo deponũt teſtes Rogatum fuiſſe in illa die non reperitur in protocollo illius notarij, & non probatur quòd ſcripturæ illius notarij ſint deperditæ, an inſtrumentum præſumatur deperditum à notario vel potius ab eodem notario nõ fuiſſe rogatum. & Bart. in l. teſtiũ. C. de teſtibus, n. 5. dicit ꝙ quando ſcriptura eſt de ſubſtãtia, & quis non poteſt habere ſcripturam, debet probare tria, ſcilicet actũ eſſe celebratum, & ſcripturam eſſe inde confectam, & deperditam, referens ſe ad ea quæ dicit in l. ſicut de fide inſtrum. vbi num. 1. dicit, quandoque probantur inſtrumenta perdita dolo, & de inſtrumentorum tenore nihil probatur, vel de veritate eorum quæ continebantur in inſtrumento; & tunc talis probatio nihil releuat, niſi probentur inſtrumenta perdita dolo aduerſarij. quandoque probatur inſtrumentorum amiſſio, & tenor inſtrumenti, de veritate autem eiusꝙ ibi cõtinebatur nihil probatur; tunc talis probatio non facit plenã fidem, ſicut nec exemplum inſtrumẽti auth. ſi quis in aliquo C. de edendo. & illi qui deponunt de tenore, debent eſſe magni aduocati, doctores vel notabiles notarij, vt numero ſecundo. Quandoque probatur amiſſio & tenor inſtrumenti, & tunc facit plenam fidem, perinde ac ſi inſtrumentũ produceret. Bart. i nd. l. ſicut, & quòd teſtes debeant probare amiſſionem inſtrumenti originalis, & non ſufficiat probare quòd teſtes viderint inſtrumentum, ſed requiritur quòd probetur amiſſio inſtrumenti originalis, & quòd illi teſtes ſint valde periti. Ruin. conſ. 179. num. 5. lib. 1. Afflict. deciſ. 13. Io. Ceph. conſ. 171. num.

num.7. lib.2.& num.46. vbi dicit, ꝙ amiſſio quando probatio exigit ſcripturam, ſi vult probare teſtibus id ꝙ per ſcripturam probare tenetur, cogetur cauſam,& rationem oſtendere & demonſtrare probando iuſtam ſcripturæ amiſſionem.

193 Actus requirētes ſcripturam multi ſunt numerati per gloſſam in c.1.§. poſtquam autem.de cenſibus lib.6.& ibi Io.Mon.nu.16.& ſeq.alij caſus addūtur per doct ibi & pſertim per Probum in additione ad Io.Monach. nu. 3.verſ.ſcriptura.& num.45.& ſeq. & num.8.dicit quòd in guarentigia,uel obligatione Camerali ad hoc vt habeat exequutionem paratam requiritur ſcriptura.allegat Alex.conſ.93. in fine lib.6.& de clericatu an ſit per ſcripturam probandus in illegitimo requiritur ſcriptura, in legitimo poteſt probari per teſtes. Probus ibi numero 5.

194 Et quid ſi à iudice præfigitur terminus unius menſis ad producendum inſtrumentum,an elapſo termino, & non producto inſtrumento in termino, fiat parti præiudicium. & Caſſad.deciſ.4.num.4. & 5. de dilat. dicit quòd ex præfixione termini iudicialiter facta, tollitur ius parti,maxime quando termini præfixio eſt peremptoria.l.in peremptorio,&l. poſt edictum.ff.de iud.& cap.coram.de reſtitut.in integrum.Rota Faſtol.dub. 62.Bar.in l.is apud quem.in prima lectura.verſ.ſed circa hoc. C. de edendo. Afflict.ſuper conſtitut.Regni Siciliæ in conſtitutione dilationis.not.1. Felin.in cap.licet cauſam.de probat. nu.20.& ſeq.quòd ſi eſt præfixus terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, quod iſte terminus excludit probationem, & inducit concluſionem in cauſa Felini. ibi num.23.

195 Audiui quòd in ſtatu Vrbini ille Sereniſſimus & Catholichiſs. Dux ſtatuit, vt quando eſt imponendus cenſus ſuper aliquo fundo,vel domo,eligantur extimatores ad extimandum fundum,vel domū, an ſit habilis pro ſubſtentatione dicti cenſus: & hæc electio extimatorū videtur facta cum multa ſapientia, maturitate,& conſilio, ne contrahentes inter ſe decipiāt & oriatur aliquo tēpore lis ſuper eo, quòd cenſus non eſt conſtitutus ſuper re habili ad ſupportandum cenſum impoſitum.

Placuit inſerere formā inſtrumenti cenſus, qua hodie vtuntur in Romana Curia, & eſt,vt infra ſequitur.

Forma Inſtrumenti Cenſus.

196 IN nomine,&c.Petrus N.ſponte,&c.in & ſuper eius Caſali ſito in loco detto, Malagrotta,ab Oriēte iuxta bona Ioan. ab Occidente iuxta bona Franciſci, à Meridie iuxta bona Andreæ, ab Aquilone iuxta bona Pauli,ſaluis aliis finibus magis ſpecificis, & verioribus, ſi qui ſint,& dicti Caſalis fructibus, redditibus,prouentibus,& pertinentiis vniuerſis conſtituit, creauit, & impoſuit annuum cenſum ſcut.80. monetæ Iuliorum x. pro quolibet ſcuto,& ſic primo creat dominus rei cenſum ſuper ſuo Caſali,ſicut præfertur, confinato & ſito, deinde ſequitur.

Quem cenſum ſic conſtitutum, & creatum,& impoſitum ſuper dicto Caſali vendidit,ac titulo perfectæ venditionis dedit, ceſſit, aſſignauit,& tranſtulit d.Antonio præſenti, ementi, & ſtipulanti pro ſe, ſuiſq. hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque ad habēdum,&c. transferens idem venditor

ſuper

ſuper eodem cẽſu dicto emptori omnia iura, omneſque actiones, &c. conſtituens. &c.

Hanc autem annui cenſus creationem, conſtitutionem, & venditionẽ, ac omnia & ſingula in dicto inſtrumento contenta dictus Petrus fecit, ac facit erga d. Antonium pro pretio ſcut. nille ſimilium, quæ ſcuta in prompta & numerata pecunia argentea, in mei Notarij, teſtiumq. infraſcriptorũ præſentia à dicto Ant. præſente, & realiter & cum effectu ſoluẽte, habuit, recepit, & ad ſe traxit. de quibus ſic acceptis pro integro & iuſto dicti cenſus pretio ſe contentũ, & ſibi ſatisfactum eſſe vocauit, & eundẽ emptorem quietauit, abſoluit, & penitus liberauit, renunciando quibuſcunque exceptionibus, cum pacto de nunquam amplius petendo.

197 Quem cenſum annuum promiſit ſoluere prædicto emptori præſenti, & vt præfertur ſtipulanti de ſemeſtri in ſemeſtre, & in fine cuiuſlibet ſemeſtris proportionabiliter & pro rata in ſimili, bona, & currenti moneta, hic Romæ libere, &c. Et ſi plus dicto pretio cenſus prædictus valeret, ſeu ualere poſſet, totum illud plus condonauit, & remiſit irreuocabiliter dicto emptori; quia ſic ex liberalitate facere placuit, & placet.

198 Et promiſit dictus Petrus venditor dictum Caſale ad ſe ſpectare, & pertinere pleno iure dñij, vel quaſi, & de ſui natura fructiferum eſſe, & capax dicti annui cenſus, & etiam maioris, & eſſe liberum, & exemptum ab omni alio cenſu, canone, reſponſione, liuello, & ab omni, & quocunque fideicommiſſo purificato & purificando, ſeu euentuali, & quibuſcunque aliis oneribus, impedientibus huiuſmodi annui cenſus impoſitionem, vel quæ dicto emptori obſtare & præiudicare poſſint.

Hæc clauſula eſt maximæ importãtiæ, & quando hic contenta non ſint vera, poteſt emptor pretium repetere, vt dictum eſt ſupra hac parte nu. 153. & ſeq. & ſupra pluries.

Et non fuiſſe alicui venditũ, datum, donatum, permutatum, diſtractum, aut aliàs vtcunq. alienatũ, alienationis etiam largiſſime ſumpto vocabulo, nec in totũ vel in parte quicquã factũ fuiſſe pro aliquo modo reſpectu prioritatis, vel potioritatis hypothecæ, aut aliàs in dicti emptoris præiudicium, & quod nihil fiet in futurum.

Et promiſit etiam hanc cenſus impoſitionem & venditionẽ, etiam bene & valide factam, & in eas facere conſentire omnes perſonas, &c. ius habentes, aut habere prætendentes in & ſuper dicto Caſali, & cenſu, ad omnem ſimplicem etiã extraiudicialem requiſitionem, aut interpellationem per dictum emptorem, aut eius hæredes & ſucceſſores, vel cauſam & ius ab eo habentes faciendam; prætereà ſuſcipere in ſe omnem litem, cauſam, & controuerſiam, & moleſtiam in omni iudicio petitorio, & poſſeſſorio, & in quacunque inſtantia, & parte iudicij, ſi quæ moueantur ſuper dicto annuo cenſu, ſeu Caſali, & ſuſceptas proſequi, & terminare cum ſuis procuratoribus, aduocatis, atque impenſis, abſque cura, interuentu, labore, & impenſa dicti emptoris, eiuſque ſucceſſorum. Amplius promiſit eundem emptorem, eiuſque ſucceſſores in dicto annuo cenſu illiuſque pacifica perceptione conſeruare, & ſemper defendere, & liberare ab omni lite, cauſa, controuerſia, moleſtia, & moleſtante perſona; aliàs teneri voluit, & ſe obligauit ad omnem euictionem

gene

generalem & particularem dicti cenſus annui in forma iuris valida, & in vrbe cōſueta, tam in petitorio, quā in poſſeſſorio, & quouis eorum inſolidum, erga d. D. emptorem, & ad omnia damna, impenſas, & intereſſe, & ſi quæ dictus emptor & ſui hæredes, & ſucceſſores, ob dictas lites, moleſtias, vel euictionem pateretur. Ita quod ſub prętextu quod per incuriam, iniuſtitiam, nullitatē, & imprudentiā iudicantium, talis euictio ſequuta fuerit, venditor prædictus, illiusque in poſterum hęredes, & ſucceſſores quicunque nullo modo valeant ſe excuſare, vel teneri.

Conuenerunt inſuper iidem contrahentes, quòd in omnibus & ſingulis præmiſſis, & in pręſenti inſtrumento contentis dictus D. emptor non teneatur ad aliquam ſolemnem intimationem litis faciendā, ſed quęcunque ſimplex notificatio, etiam extraiudicialis, & ſine aliqua ſolemnitate, & forma iuris, & ſtatutorum adhibita, ſeruata vel non ſeruata ipſi venditori, vel alicui ex infradicēdis fideiuſſoribus, aut alicuius hæredibus facta ſufficiat, abſq. vlla penitus notificatione pęr d. emptorem, ſuoſq hęredes & ſucceſſores, quomodolibet in futurum in iudicio vel extra faciendam, quia ſic actum, &c.

Item conſenſit venditor, & ita conuenit, ꝙ ſi & quotieſcunque ipſe venditor, eiuſq. ſucceſſores & fideiuſſores ceſſauerint in ſolutione dicti annui cenſus de ſemeſtri in ſemeſtre, vt ſupra, faciēda, tunc ſit in arbitrio, & liceat eidem emptori, eiuſq. ſucceſſoribus agere & experiri pro conſequēdis terminis dicti annui cenſus, tam contra dictum vēditorem, & fideiuſſores inſolidum, eorumq. hęredes, quàm contra conductores colonos, ac omnes & ſingulos dictum Caſale pro tempore tenentes, & quoſcunque ipſius vēditoris debitores, ex quauis cauſa pręſentes & futuros, ita tamen ꝙ vna via electa ex parte dicti emptoris, & ſuorum nunquam emptori, & ſuis præiudicetur, quin ad alteram redire poſſint, vel vtraq. eodem tempore experiri, vt ſatisfactionem conſequantur. Quinimmo liceat etiam emptori, & ſuis variare ſemper vſque ad conſequutionem terminorum decurſorum. Ad quę pręmiſſa peragendum idem venditor conſtituit, & fecit dictum emptorem, eiuſq. ſucceſſores procuratores irreuocabiles, & in rem propriam cum iuramento, cum facultate, omnes & quoſcunque opus fuerit quietandi de pecuniis exigēdis, pro concurrenti ſumma cenſuum decurſorum, etiā iura & actiones in fauorem ſoluentium transferendi, cum clauſulis ad lites facultate ſubſtituendi, & aliis clauſulis in ſimilibus mandatis poni ſolitis & quomodolibet opportunis.

199 Declarantes vlterius & conueniētes prędicti contrahentes, quòd liceat dicto venditori, ſuisq. hęredibus & ſucceſſoribus, ac etiam fideiuſſoribus infraſcriptis, & eorum cuilibet inſolidum ſemper, et quandocunque voluerint in perpetuum, etiam non obſtante longiſſimi temporis, centum & plurium annorum præſcriptione, dictum cenſum ſcut. 80. pro eodem pretio ſcut. mille in numerata pecunia, hic Romæ libere, & in ſimili ſpecie vnà cum cenſibus, in illum vſque diem decurſis, & non ſolutis reſtituto redimere, & extinguere: & dicti dominus emptor, ſuique hęredes, & ſucceſſores retrouendere teneantur, præcedente tamen intimatione, ſeu denunciatione

per

per duos mēſes ante redemptionem ex parte venditoris faciendam, iuxta formam conſtitutionis fel.re. Pij Papæ Quinti de forma creandi cenſus promulgatæ ſub Dat.Romę apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1568.14.Kal.Februar. Et denique contrahentes conuenerunt, & voluerunt ſeruari debere hinc inde omnes conditiones & requiſita dictæ conſtitutionis, & omnia, quæ cōſtitutio huiuſmodi requirit pro appoſitis haberi.

200 Sed quatenus ex præmiſſis, vel infra dicendis ab ipſa cōſtitutione omittendo uel faciendo quouis modo receſſum fore dici, aut dubitari poſsit, declararunt,& conuenerunt etiam ad tollendum penitus omne dubium, & pro ualiditate contractus haberi pro appoſitis omnia quæ apponēda ſunt, & pro non appoſitis non apponenda, redigentes totum contractum, & cōtenta in eo ad verum ſenſum & diſpoſitionem dictæ conſtitutionis, quia contrahentium intentio fuit & eſt in omni clauſula, & parte huius contractus cum eadem conſtitutione ſe conformādi,& ſic, & non alio modo contraxerunt, & promiſit dare in fideiuſſores N.& N.quos, &c. pro quibus, &c. & extende obligationem Cameralem.

201 Ex ſupradicta forma contractus tria neceſſaria mihi videntur adeſſe. Primo, conſtitutio cenſus ſuper re immobili de ſui natura fructifera,ſita in certo loco iuxta ſuos fines. Secūdo, venditio & emptio dicti cenſus ſic conſtituti ſuper dicto Caſali in pecunia numerata. Tertio pactum redimendi perpetuo, & hæc pertinent ad conſtitutionem cenſuum, vt ſupra ex diſcurſu oſtenſum eſt.

202 Pro cautione emptoris venditor aſſerit & promittit Caſale ad ſe ſpectare, non fuiſſe venditum, venditionem cenſus eſſe bene, & valide factā, & facere conſentire omnem perſonā, & de euictione & lite ſuſcipienda, & ſic ex ſupradictis omnibus clauſulis tendentibus ad conſeruationem cenſus, & illius validitatem ad fauorem emptoris non videtur mihi appoſita aliqua clauſula contraria cōſtitutioni Pij: quia ad hæc omnia venditor de iure tenetur, vt dictum eſt ſupra pluries.

203 Declaratio ꝙ non intendunt contrauenire conſtitutioni Pij facta eſt ad maiorem cautelam tam emptoris quàm venditoris; ideo iſta forma cōtractus vbique locorum ſeruanda eſt, & ei nihil addendum vel minuendum ne contraueniatur conſtitutioni Pij V. aliàs illa proteſtatio nihil operatur, vt dictum eſt ſupra.

204 Qui promiſit retrouendere cēſum, non tenetur retrouendere, niſi venditori quandocunque ei venditor pretium offerat in pecunia numerata, ad hoc, vt poſt lapſum duorum menſium fructus cenſus lucrari poſſit, etiā non facta retrouenditione propter moram ipſius emptoris, vel actione præſcriptis verbis, vel actione ex vendito, poſſunt à venditore fructus denegari.l.2.C.de pact.inter emptor.& vendit.vbi Bart.dicit, quòd ex mora emptoris non recipientis pretium, & non facientis retrouenditionem non tenetur ad fructus poſt oblatum pretium ipſi emptori.Salic.not.2.Bald.in ſummario. Tiraqu. de retract.parte 1.§.15.gloſſa 2. num.16.& par.2. §.4.gloſſa 6.num.4. vbi dicit, quòd ad lucrandum fructus eſt opus depoſito actuali, & non ſufficit oblatio verbalis. & §.5.gloſſa 2.num.4.

205 Dictum eſt ſupra hac parte 2. nu. 20.quòd

20. quòd hæc conſtitutio Pij non vſu populi tolli non poteſt ſine conſenſu Papæ, quibus videtur addendum, quòd conſuetudo, vel non vſus, non tollit legem, in qua contrauenienti eſt impoſita pœna ipſo iure; quia cōmittens contra talem legem, ſtatim incidit in factum damnatum, & præſertim ſi in lege eſt appoſitum decretum irritans; quia talis conſuetudo non valet quantocunique tempore ſeruata ſit, niſi dato conſenſu Papæ; quia auctoritas Papæ non eſt ab homine, ſed à Deo. cap. nouit. de iudiciis, & conſtitutiones Papæ pro vniuerſali bono, Spiritu ſancto dictante, ſtatutæ ſunt, quia canones à Spiritu ſancto dictati ſunt. cap. 5. 25. q. prima. vbi quod contrauenientes peccant in Spiritum ſanctum, & cap. 2. diſt. 10. vbi Arch. Ideo inferiores ſine permiſſu Papæ contrauenirę non poſſunt. cap. 2. diſtinct. 11. Præpoſit. in cap. 3. num. 3. diſtin. 4. Verallus deciſ. 204. par. 3. quia inferiores non utendo, vel ex contrariis actibus non poſſunt conſtitutionem Papæ tollere ſine expreſſo conſenſu ipſius, & non vſus inferioris eſt improbabilis non probata ſcientia Papæ. Felin. in cap. 1. num. 4. 5. & 6. de treugua & pace. Aymo. de antiquit. temp. par. 4. num. 124. Iaſ. in l. ius publicum. ff. de pactis. Præpoſ. c. 13. num. 4. diſt. 32. & dixi in cap. 3. §. leges. num. 14. & 15. diſtinct. 4. & ibi etiam Præpoſit. col. fin. conſuetudo declarata à iure, irrationabilis non excuſat à pœna, Præpoſit. in cap. 6. num. 30. diſt. 4. in 1. fallentia prout declarat irrationabilis quando derogat conſuetudini contrariæ ſuæ conſtitutioni rationabili, iuſtæ & æquæ. Papæ. n. auctoritas plena eſt, Epiſcoporum ſemiplena, qui ſunt vocati in partem ſolicitudinis non in plenitudine poteſtatis. gloſſa in d. cap. 2. diſt. 11. vbi Domin. Præp. & Turrecrem. & propterea inferiores leges ſuperiorū tollere non poſſunt. c. inferior. de maior. & obed. & lex vt tollatur à cōſuetudine oportet quòd totus populus vel maior pars non recipiat eam, aliàs non poteſt diſſuetudo introduci. argu. l. quod maior. ff. admunic. & non ſufficit ſimplex non vſus, & vbi ſubeſt aliqua cauſa ſcandali vel metus, tunc per non vſum non tollitur lex. Prępoſit. in c. 3. col. fin. diſt. 4. & in omnem euentum requiruntur quadraginta anni. c. fi. de conſuet. Dummodo non ſimus in his, quæ ſunt iuris diuini vel naturalis, cum propter ipſius dignitatem aliis iuribus præferatur, & eſt immutabile. Domin. Præpoſit. & Turrecrem. in prin. in c. 1. §. dignitati. diſt. 8. vbi dixi num. 11. hic ſumus in prohibitione vſurarum, quæ committuntur in emptione cenſus, & ſic iure diuino & naturali, & propterea hęc conſtitutio conſuetudine tolli non poteſt. cap. 1. & per totum diſt. 10. & iura principū dicuntur diuina, vt dictum eſt ſupra num. 13. in fine hac ſecunda parte.

206 Conſtitutio Pij ſuper forma ſeruanda in cōfectione cenſuū an contineat ius diuinū, vt conſuetudine contraria tolli non poſſit; & videtur dicendū, quòd ſic, ex quo Deus conſtitui fecit illā ſalubrē conſtitut. pro tollendo peccato vſurarū per os Papę vicarij ſui generi humano. c. 1. vbi Dñic. in not. & Pręp. n. 7. diſ. 8. & cōſtitutio Papę dr̄ ius canonicū, & ius canonicū dr̄ ius diuinū, quia prohibitio vſurarū ex auctoritate noui & veteris teſtamēti proceſſit. c. qualiter. il 2. de acc. Præp. in d. c. 1. nu. 13. diſt. 8. & Turrecre. ibi in ſumma num. 2. nam iura & leges per Imperatores & Reges Deus diſtribuit generi humano. c. 1. diſt. 8. ibi quia ipſa iura humana, & ſic conſtitutiones

Principum, & Papæ, quando ſunt iuſtę & naturali æquitate reguntur, & tenent & imitantur naturalem æquitatem, & implentur naturali ductu rationis diuinæ leges exiſtunt. Archi. in cap. 1 diſt. 1. vbi Turrecrem. quas tollere contraria illicita, irrationabili, & praua conſuetudine homini, non licet, quia Deus eſt veritas, & vita; conſuetudo contraria veritati nutrit peccatum, prout eſt conſuetudo, qua quæritur tolli conſtitutio Pij V. contra facientes cenſus vſurarios. cap. 5. vbi Turrecrem. num. 1. & 2. & Præpoſit. num. 2. diſtin. 8. quare veritati manifeſtatæ ex dicta conſtitutione cedat conſuetudo. dicit textus, in cap. 6. dicta diſtin. 8. & nitentes facere contra veritatem peccant in Spiritum ſanctum, dicit Turrecrema. in dicto cap. 6. num. 1. quia reuelationi Sanctorum eſt ſtandum quando fundatur euidenti ratione, hæc conſtitutio ſanctiſſimi Pontificis fundata eſt euidenti ratione pro tollendis vſuris. cap. cum ex iniuncto de hæretic. Præpoſit. & Turrecrem. in d. cap. 6. in fin. vbi dixi num. 3. & qui non vult ſequi veritatem per ſanctos reuelatam eſt inuidus & ingratus, quia veritati reuelatæ à Deo per ſanctos ſuos parere non vult. Turrecrem. in dicto cap. 6. verſ. inuidus. diſt. 8. vnde qui nituntur tollere dictam conſtitutionem cõſuetudine forſan peccant in Spiritum Sanctum; quia veritas, & quæ in melius à Spiritu ſancto ſunt reuelata, ſequenda ſunt, non conſuetudo. cap. 7. vbi Archid. & Præpoſit. d. diſt. 8. præſertim quia conſuetudo ſine veritate eſt antiquus error, & talis ſic errans, obſtinate videtur contemnere veritatem, & ea quæ ſunt prohibita, & qui ſic obſtinate peccat, non eſt dignus aliqua venia. c. 8. vbi Arch. Domin. Præpoſit. & Turrec. diſt. 8. quare cedendum eſt veritati reuelatæ Pio V. Sanctiſſimo Põtifici, iuxta c. 9. diſt. 8. & prauũ vſum lex & ratio vincat. c. 1. diſt. 11. & conſuetudo mala eſt eſtirpanda. cap. 5. diſt. 68. & ea quæ à iure reprobantur. cap. cum venerabilis. de conſuet. & quæ dicatur praua conſuetudo numerat Turrec. 2. caſus. c. 1. num. 1. diſt. 11.

207 Facit in confirmatione præmiſſorum, quòd quicunque legibus, quæ pro Dei veritate feruntur, non volunt obedire, acquirit grande ſupplicium. cap. 1. §. quicunque. diſtin. 9. vbi Dominic. Turrecrem. & Præpoſit. nu. 1. & leges iuſtæ habent vim præcepti in foro conſcientiæ à lege ęterna à qua dimanantur, & leges iuſtæ dicuntur, quoad bonum commune ordinantur ex auctore & forma. Turrec. in c. quis. autem. num. 2. & 3. diſt. 10. iſta conſtitutio eſt iuſta, quia prohibet vſuras in contractu cenſus eſt ordinata ad bonum commune ex auctoritate ſanctiſſimi Pontificis, cum præſcriptione formæ vel regulę, ad hoc vt ea ſtruata vitentur vſuræ, vnde habet vim pręcepti, vt in cap. 8. num. 15. in Prouer. Sal. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. ſi habet vim pręcepti conſuetudine tolli non poteſt, vt ſatis ample dictum eſt ſup. num. proximo, & non obedire legi rationabili ſuperioris eſt peccatũ mortale. Abbas in cap. nam concupiſcentiam. de conſtit. num. 2. Felin. in principio. Decius num. 9. & hęc eſt lex præceptiua, & non conſilij, cum prohibeat, & lex prohibitiua, vel negatiua efficacius obligat, & magis præciſe conſtringit. Decius in d. cap. nam concupiſcentiam. num. 8.

208 Et Papa, Imperator, Rex, vel alius Princeps debet in regno ſuo leges, vel.

vel conſuetudines iniuſte poſitas reuocare, & cuilibet in officio ſuo negligētia ad graue peccatum imputatur. cap.1.& 2.diſt. 83. cum præſumatur non habere rectam fidem, qui patiuntur leges iniquas obſeruari contra Dei veritatem in Regno ſuo. & Prælati negligētes in correctione culparum aſſimilantur dormienti, de cuius manu cadit baculus paſtoralis, quia dormientes in negligentia virgā correctionis amittunt. Turrecrem. in d. cap. 1. num.3.diſt.83. quoniam prælati ſcelera ſubditorum redarguere debent; & prælati officium quale eſſe debet late declarat Turrecre. ibi nu. 5.& 6.& 7.dicit, quòd ex negligentia tria mala reſultant. Primum, infectio populorum. Secundum eſt difficultas corrigendi. Tertium eſt rebellio, & in exemplum culpa vehementi extenditur, & qui non corrigit magis dicendus eſt Canis impudicus, quàm Prælatus, cap.2.vbi Archid. Domin. Turrecrem.& Præpoſit.diſt. 83. nam error cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas quādo non defenditur, opprimitur.cap.3. diſt.83.vbi doct.& nihil prodeſt dicere, errorem non facio, qui conſenſum præſtat errāti.cap. 4. & 5.diſt. 83. Igitur ſanctiſſimus Pontiſex videns tot errores committi in venditione cenſuum, qui numerantur tam in prima quàm in ſecunda parte in hoc tractatu, voluit hac ſalubri, & diuina conſtitutione tollere ponendo formam, & regulam, cum quibus cenſus conſtitui poſſit licite prohibendo contraria ſub pœnis fiſco applicādis, & declarando cōtractus aliter factos vſurarios; ideo hæc conſtitutio conſuetudine tolli non poteſt, & non recipientes eam in Regnis ſuis pœnis negligentium puniéntur, ex quo videntur vſuris cōſentire, qui cum poſſint eis obuiare hac ſalubri cōſtitutione illam non recipiunt; & per totam diſtinct.83.declaratur quam rogo videri, vt tanto malo vſurariæ prauitatis prouideatur ad Dei laudem, & gloriam; quia pręſumuntur non habere rectam fidem, qui patiuntur leges iniquas contra veritatem Dei obſeruari in Regno ſuo. Prępoſit. in c.1. diſt.9.num.2.

209 Imperator, & Reges debent collū ſubmittere Eccleſię Romanę etiam ſi dura ab ea pręcipiantur.cap.3.diſtin. 19.Præpoſit. in cap.3. diſt. 10. nu. 3. & ibi Turrecrem. num. 3. quia poteſtas ſacerdotis eſt maior poteſtate Imperiali, & Regali; quia ſacerdotiū eſt inſtitutum à Deo, & per ſacerdotium iubente Deo Regalis poteſtas eſt ordinata. cap.10. in primo lib. Regum. Turrecrem. in dicto cap. 3. nu. 2.diſt. 10. & Chriſtus fuit Rex, & Petrus, & ſucceſſores ſunt Vicarij Chriſti, & omnes homines ſunt ſuppoſiti Deo, & Chriſto, ergo & ſucceſſoribus Chriſti. Turrec. in ſum. diſt.93.nu.3. & Prępoſ.num.1. dicunt quòd Chriſtus dixit Petro, Simon antequam vocarem te, noui te, & ſuper plebem meam Principem te conſtitui. & ſic Petrus, & ſucceſſores ſunt conſtituti Principes à Domino.cap.35.2.q.7.& ꝙ Petrus & ſucceſſores ſint Reges & Pontifices pulchre declarat Cęſar Baron Soran. in Annalib. Eccleſiaſt. an. 57.Chriſti fol.433.littera E. maxime quia Imperator eſt filius Eccleſiæ, nō dominus; & ideo debet ſe Vicario Chriſti inclinare. c. 11.diſt.96. & ei in ſpiritualibus obedire. Præpoſit. in d.c.3.diſt.10.num.4. & Chriſtus dixit Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. ſuper quo verbo in cap.16. Matthæi Io.Chryſoſt.dixit, Chriſtus eſt filius

Patris,& ipſius filij poteſtatem Petro vbique terrarum conceſſit in omnes homines, quem refert Turrec. in c. ſuſcipitis.6.in principio.& Præpoſit. nu.4. & ibi dixi nu.5.diſt.10.& Turrec.in c.8.nu.1.d.diſt. 10. & Eccleſia Romana eſt fundata ex inſtitutione diuina.c. rogamus.& c.fundamenta. de elect.lib.6. & iuſſu Chriſti Petrus collocauit ſedem Romæ:nam cum Petrus vrbem exiiſſet quaſi ab ea diſceſſurus obuiam habuit Chriſtum in via Appia, quem cum Petrus interrogaſſet, Domine quò vadis? Reſpondit Chriſtus, Venio Romam iterum crucifigi, quod intelligens Petrus in ſuā admonitionē, Romam reuerſus eſt, & ibi martyrio vnà cum Paulo ſibi & ſucceſſoribus ſedem ſtabiliuit.c. beati, 2.q.7. & cap.2.diſt. 22. & probat multis auctoritatibus Præpoſitus in c. nolite. 3. nu. 2. diſt. 11. & dicit q̄ Pontifex nō poteſt mutare ſedem poſitam à Deo in Vrbe, & pro qua Dominus orauit, ne deficeret fides eius, & quam Sanctiſſima Trinitas in æternum conſeruet ad ſui gloriam. Amen.

VERGI-

VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I. V. C. ROMANI

TRACTATVS DE CENSIBVS

Tertia Pars

QVAE EST QVAESTIO DE CENSIBVS, quam poſuit in tractatu vti poſſidetis ſub c. 18.

SVMMARIVM TERTIAE PARTIS.

1 *Cenſus venditus ante conſtitutionem Pij Papæ V. cum pacto redimendi intra quinquennium, & poſtea ſit perpetuus, an poſſit amplius redimi à dicto venditore.*

1 *Cenſus contractus fraternizat cum vſuris antiquis.*

2 *Venditor cenſus ſemper poteſt redimere, non obſtante pacto.*

2 *Dictio ſemper, quid ſignificet.*

2 *Pactum redimendi cenſum, in Extrauagantibus Martini, & Caliſti ſemper erat apponendum.*

3 *Conſuetudo cenſuum ante Extrauagantes Martini, & Caliſti.*

4 *Pactum redimendi ex conſtitutione Pij V. perpetuò conceditur.*

5 *Cenſus an eſſent liciti ante Extrauagantes Martini, & Caliſti, dubium eſt.*

6 *Pacta ſeruanda ſunt, quia pacto redimendi poteſt renunciari.*

7 *Martini, & Caliſti Extrauagantes non reprobant contractus cenſuum ſine facultate redimendi.*

8 *Cenſuum contractus liciti ſunt ſtantibus extrauagantibus Caliſti, & Martini, & ideo erat ſeruanda illarum forma.*

9 *Venditori cenſus ſemper debet licere reſtituendo pretium ſe liberare à ſolutione cenſus.*

10 *Dictio expreſſè, quid ſignificet.*

Dictio

11 *Dictio quandocunque quid ſignificet.*
12 *Dictio liberè, quid ſignificet.*
13 *Clauſula abſque alicuius contradictione, requiſitione, vel aſſenſu, quid ſignificet.*
14 *Pacto redimendi in contractu cenſus extrauagantibus Martini, & Caliſti non poteſt renunciari.*
15 *Pactum redimendi eſt de forma contractus cenſus.*
15 *Contractus cenſus ſubſtantialia tria ſunt ſecundum modernos.*
16 *Pacto redimendi cenſum perpetuo renuntiari non poteſt.*
17 *Martini conſtitutio licet cõtractui non reſiſtat, reſiſtit tamen actioni, vel exceptioni.*
17 *Exceptionis iure quis poteſt ſe iuuari in redemptione cenſus.*
18 *Caliſtus confirmauit conſuetudinem cenſuum cum pacto redimendi.*
19 *Prohœmio bullæ Pij V. ſuper cenſibus fit declaratio.*
20 *Poſſeſſio certa debet pro cenſu aſſignari deſignata certis finibus & fructuoſa.*
21 *Pretium competens exburſari debet in ipſo contractu.*
21 *Decimam partem cenſus excedere non debet ex conſtitutione Nicolai Quinti.*
22 *Solutiones anticipatæ fieri non poſſunt ex conſtitutione Pij V.*
23 *Pactum redimendi ſemper debet adeſſe.*
24 *Pretium ſemel conſtitutum non poteſt minui, nec augeri.*
25 *Prædium, vel domus diruta, vel caſmate perempta in totum, vel in parte perit emptori cenſus pro rata.*
25 *Hypothecata tantum eſt res, non perſona obligata in ſolutione cenſus.*
26 *Cenſus conſtitutus ſuper duabus vel pluribus rebus, an ſit bene conſtitutus, & an qualibet res inſolidum, vel pro parte teneatur.*
26 *Cenſus hodie non poteſt imponi, niſi ſuper vna re certis finibus deſignata.*
26 *Bona in contractu cenſus deſignata, ſunt obligata, non perſona, nec alia bona.*
26 *Prædium ſuper quo imponitur, debet fructare quanta eſt quantitas cenſus, & num. 28.*
26 *Papæ conſtitutio attendenda eſt in materia vſurarum, & peccati.*
27 *Redimere cenſus venditor inuitus obligari non poteſt.*
28 *Poſſeſſio ſuper qua imponitur cenſus, debet eſſe fructuoſa ſui natura.*
29 *Negatiuis verbis concepta eſt conſtitutio Pij V.*
30 *Conditiones appoſitæ à Martino, & Caliſto ſunt approbatæ à Pio V.*
31 *Cenſus facti ante conſtitutionem Pij V. ſunt reducendi ad formam dictæ conſtitutionis.*
32 *Contractus cenſuum celebrati ante conſtitutionem Pij V. ſunt reuidendi à pijs religioſis.*
33 *Religioſi præpoſiti ad reuiſionem contractus cenſuum, quid debeant facere.*
34 *Venditio rei ſuper qua eſt impoſitus cenſus, debet emptori cenſus intimari.*
35 *Pacta quæ reprobantur à Pio V. in contractu cenſus.*
36 *Cenſuum contractus ex cenſibus decurſis fieri non poſſunt.*
37 *Extinctio, & redemptio cenſus intimari debet per duos menſes ante.*
38 *Emptori in quibus eſt prouiſum per bullam Pij V.*
39 *Venditori in quibus eſt prouiſum per bullam Pij V.*
40 *Lex prohibitiua habet decretum irritans in ſe.*

Clau-

41 *Clauſula non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, quid importet.*

42 *Clauſula non obſtantiarum, reſtringitur ad contraria tantum.*

43 *Nicolai V. bulla ſublata eſt ex conſtitutione* Pij *V.*

44 Martini, & Caliſti *conſtitutiones, in quibus ſunt conformes cum conſtitut.* Pij *V. non ſunt ſublata.*

45 *Conſuetudines contrariæ ſunt ſublatæ ex conſtitutione* Pij *V.*

46 Publicatio *extrauagantis* Pij *V. in cancellaria, & quare.*

47 Clauſula *nulli ergo omnino hominum, quid operetur.*

48 *Datum bullæ* Pij *V. qualiter declaretur.*

49 *Solutionem cenſus petens, inſtrumentum producere debet, & quare.*

49 *Poſſeſſio competens ſuper aliqua re, iure ſpeciali alicui debet iuſtificari titulo.*

50 *Pretium iuſtum in contractu cenſus quod ſit.*

51 *Saluianum interdictum intentari poteſt pro exactione cenſuum decurſorum & non ſolutorum.*

52 *Fructibus vineæ, vel agri cenſus vendi poteſt.*

53 *Fructus menſurandi in Ara, vel in Vaſca ſi menſurantur extra, deduci debent expenſæ.*

54 Cenſus *ſuper fructibus agrorum, vel vineæ formandi ſunt iuxta conſtitutionem Pij Papæ V.*

55 *Pactum quod cenſus non redimatur niſi infra quatuor annos, & poſtea ſit perpetuus non valet.*

56 Pactiones, *& alia quacunque geſta contra conſtitutionem* Pij *V. ſunt illicita & vſuraria.*

57 *Pecunia debet eſſe numerata in contractu cenſus.*

58 *Bulla Pij V. ſeruanda eſt in translatione cenſuum, quæ fit poſt bullam de cenſibus antiquis.*

59 *Vſurarij declarantur contractus cenſuum facti, non ſeruata forma bullæ* Pij Papæ *V.*

60 *Cenſus annui computantur inter immobilia.*

61 *Satiſdatione de iudicio ſiſti excuſantur qui habent annuos cenſus.*

62 Minor *non poteſt cenſus alienare ſine ſolemnitatibus requiſitis à iure.*

63 *Ciuitas non poteſt cenſum vendere ſine ſolemnitatibus requiſitis à iure.*

64 Eccleſia *non poteſt cenſum conſtituere ſine ſolemnitatibus iuris.*

65 Poſſeßorium *intentari poteſt in cauſa cenſus propter retardatam ſolutionem cenſuum.*

66 Debitores *cenſuum non poſſunt cogere creditores accipere in ſolutum aliquod prædium pro pretio cenſus.*

67 *Præſcribi an poſſit annuus cenſus, vel præſtatio, & quomodo.*

68 Excuſſio *non habet locum in hypotheca legali.*

69 *Remiſſio cenſus quando fiat re perempta.*

70 *Remiſſio mercedis in locatione quando fiat, ſi in vno anno ſterilitas, in aliis vbertas fuit.*

71 *Remiſſio non fit ob ſterilitatem in contractu cenſus, quia æquiparatur colono partiario.*

Pars

Quæſtio de Cenſibus.

SVpra de vſuris, intereſſe, & cambijs aliquid diximus, ob id non eſt incõueniens pro declaratione Extrauagantiũ Martini, Caliſti, & fel. rec. Pij Papę V. de cenſibus emptis pecunia, cum materia ſit ſatis ſimilis, hanc quæſtionẽm annectere.

1 Titius vendidit annuum cenſum decem ſcutorum auri Mæuio ſuper fructibus cuiuſdam domus ſitæ in Vrbe pretio centum quatuordecim ſcutorum auri, cum pacto redimendi infra terminum quinque annorum, & illis quinque annis elapſis cenſus eſſet perpetuus: elapſi ſunt quinque anni dati ad redimendum, iam ſunt anni 20. ab hodie, & ſic ante conſtitutionem Pij Papę V. per plures annos, & cenſus per venditorem numquam fuit redemptus, vnde prætendit quòd ſit effectus ex pacto perpetuus, & inuitus amplius retrouendere non teneatur. Replicat venditor quòd in conſtitutionibus Martini, & Caliſti, ad hoc vt conſtitutio cenſus ſit valida, debet gratia concedi venditori redimendi cenſum perpetuò: ad hoc, vt quis à curſu vſurarum ſe liberare poſſit, cum hic redditus eſt ſimilis contractibus vſurarum. l. alumna. ff. de adimend. legat. ibi interim tamen redditus eius, ideſt vſuras ſemiſſes ei præſtes, & l. Titius ff. de præſcript. verb. ibi, vt ex redditu eius pecuniæ tributum, quod Titius impendere debet Sempronius præſtet, computatis vſuris ſemiſſibus, & l. fin. in fine, C. de iur. dot. & melius in auth. de vſuris nouella 160. & ad hoc, vt cenſus huiuſmodi valeant, facti eſſe debent iuxta diſpoſitionem præfatarum conſtitutionum Martini, & Caliſti, ante conſtitutionem Pij V. & ſi facti non ſint iuxta dictas conſtitutiones, illiciti, improbi, & vſurarij iudicari debent, vt per Nauarrum in manuali confeſſorum cap. 17. num. 232. & Io. Baptiſta Lupus in tract. de vſur. commentario 2. §. 2. num. 62. vbi reprehendit Analiticos Pariſienſes qui formarunt plures quęſtiones reddituum ex ſenſu ſuo ſine auctoritate aliquarum legum, vel conſtitutionum præfatarum, ea propter pro venditore ſupradicta quæſtio eſt reſoluenda.

2 Nam ſi venditor à ſolutione vſurarum, vel reddituum præfatorum liberari vult, debet eſſe in ſua facultate ſe liberare, quia dicitur in dicta conſtitutione Martini, ibi, ſemper in ipſis contractibus expreſsè ipſis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte, pro eadem ſumma denariorum quàm ab ipſis emptoribus receperint, quandocunque vellent libere abſque alicuius contradictione, vel aſſenſu extinguere, & redimere poſſent, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione, ex tunc pœnitus liberare. & hanc conſuetudinem Caliſtus, cum iſta facultate, & gratia redimendi approbat, confirmat, & innouat, & declarat contractus huiuſmodi licitos cum eadem facultate redimendi.

3 Et hæc erat conſuetudo ante dictas Extrauagantes, quæ forſan fundata erat in dicta conſtitutione 160. in auth. de vſuris, ibi, hoc magis annuo redditui, quàm vſurarum præſtationi ſimile videtur, & ibi, quamdiu

aurum

aurum reſideret apud ipſum, tamdiu ſuſcepiſſet, ergo quādiu aurū nō reſidebat penes debitorē aliquid annuū ſoluere non tenebatur, & propterea erat in facultate debitoris aurum acceptum reſtituere, vt ſe liberaret à ſolutione annui cenſus, de qua conſuetudine faciunt mentionem Innocent. & alij canoniſtæ, in c. in Ciuitate de vſuris, & Didacus Couarruuias in tract. variarum reſolut. lib. 3. c. 7. nu. 2. verſ. ſexto, & Tiraquell. de retractu parte 1. §. 1. glo. 6. 1. u. 15.

4 Et dictas conſtitutiones fel. rec. Pius Papa V. in ſua conſtitutione de cenſibus cum ſimili facultate redimēdi perpetuò venditoribus cenſuum confirmauit; adeo quòd hodie habemus legem certam quàm quiſque catholicus ſeruare tenetur.

5 Sed an eſſent liciti ante dictas Extrauagantes Martini, & Caliſti in foro conſcientiæ hi cenſuum cōtractus valde dubito; quia Innocent. in c. in Ciuitate, de vſuris, & Tiraquell. de retractu parte 1. §. 1. glo. 6. num. 16. dubitant de horum cenſuum validitate, cum Bertrando conſil. 170. lib. 3. primę impreſſionis, Didac. in tract. variarum reſol. lib. 3. c. 7. num. 2. in princ. & c. 8. ante num. 7. & Io. Baptiſta Lupus in tract. de vſur. comment. ſecundo §. 2 nu. 62. Sed poſt illas conſtitutiones ſeruata illarum forma mihi dubium eſſe non videtur; quia quidquid fit auctoritate ſedis Apoſtolicæ, quæ nunquam errauit, videtur licitè fieri, ſed dubium facit an forma dictarum conſtitutionum ſeruata ſit.

6 Et in præſenti quæſtione faciebat difficultatem pactum redimendi appoſitum ad quinquennium tantum, & illo elapſo cenſus eſſet perpetuus, & iam erat elapſum quinquennium, propterea venditori obſtabat lapſus temporis, & pactum quòd elapſo tempore cenſus eſſet perpetuus, & videbatur dicendum, quòd non poterat amplius redimere, quia pacta inter partes ſeruari debent: ait enim prætor pacta quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges ſeruabo, l. iuriſ gentium §. prætor ait ff. de pact. Ang. conſi. 199. Tiraquell. de retract. conuentionali §. 1. num. 41. & ſeq. & nu. 49. dicit quòd videtur poſt illud tempus quinque annorum venditor dictæ facultati redimendi renuntiaſſe. allegat Odofredum, Bald. & alios in l. 2. in 8. quæſt. C. de reſcind. vend. Cagnol. in l. 2. num. 63. C. de pact. inter empr. & vend.

7 Et hoc videbatur maxime, quia Extrauagantes Martini, & Caliſti non reprobant venditionem annui cenſus, ſine dicta facultate redimendi, licet cum dicta facultate approbauerint, & Doctores in dicto c. in Ciuitate videntur probare dictos cōtractus perpetuos ſine pacto redimendi, ideo non debet ſubintelligi pactum redimendi in iſtis contractibus.

8 Sed ſupradictis obiectionibus reſponderi poteſt, quòd huiuſmodi contractus cenſuum recipiunt robur, & vim à dictis Extrauagantibus Martini, & Caliſti, nam prius licet fierent, erant tamen ſuſpecti apud viros timoratos Dei, quia ſunt multum proximi contractibus vſurarijs, vt dictū eſt ſupra nu. 1. & Nauarrus in c. 1. 14. quæſt. 3. num. 77. & ſeq. ea propter ex dictis conſtitutionibus dicti contractus liciti facti fuere, cum in eiſdē conſtitutionibus datur dictis contractibus aliqua forma, quæ forma à fel. rec. Pio Papa V. approbata videtur in ſua conſtitutione de cenſibus, vt infra dicetur, adeo quòd ſi non ſit ſer-

uata dicta forma tradita in dictis Extrauagantibus,contractus huiuſmodi vſurarij,& illiciti declarantur, & inter alia requiſita pro forma dictorū contractuum erat, quòd pactum,facultas, & gratia redimendi dictum annuum cenſum,vel redditum ad fauorem venditoris ſemper adeſſet, vt in Extrauaganti Martini, ibi ſemper.

9 Nam venditori ſemper debet licere ſortem, vel pretium cenſus emptori reſtituere, & ſe liberare à ſolutione cenſus, qui loco vſurarum ſubrogatus eſt. nam dictio ſemper ſignificat omni tempore,& omni caſu, l. ſemper ff. de iure immunit. & eſt vniuerſalis affirmatiua, Tiraquell. de retractu parte 1.§.1.gloſ. 9. num. 221.& d.§.1.gloſ.10. nu. 34. capitur etiam multoties pro frequenter, pro omni tempore,pro quotidie,vel aſſidue, vt declarat Rebuff. in l. non eſt ſine liberis 148.chart.736. de verborum ſignificationibus; ponitur etiam pro quotidie ſecundum ſubiectam materiam, vt dicit idem Rebuff. ibi verſic. & ſic iſtæ dictiones.

10 Et ſequitur in dicta Extrauaganti Martini, expreſsè ipſis venditoribus facultas redimendi, quæ dictio expreſsè denotat quòd verbis expreſſis fiat iſtud pactum redimendi, non autem verbis obſcuris. Clem. quandiu, vbi gl.de appellat.expreſſa enim nocent,l. expreſſa ff. de reg. iur. & ſic ſi in contractu cenſus pactum redimēdi non exprimitur,annullatur contractus cenſus, vt declarat Decius in dicta l.expreſſa,& Rebuff. in l.hæredis appellatione 171. de verbor.ſignif.in fine cart.799.

11 Et ſequitur in dicta Extrauaganti, quandocunque vellet liberè, & dictio quandocunque eſt aduerbium diſtributiuum temporis, & multiplicatiuum. Bald. in l. precibus 16. col. verſic. in contrarium oſtendo, C. de impub. & aliis ſubſt. & denotat infinitatem. Alex. in l. 3. ff. qui ſatiſ. cogantur, & importat conditionem ſecundum Alberic.in dictionario in verbo quando, & intelligitur ſecundum ſubiectam materiam; Tiraquell. de retract. parte 1. §. 1. gloſſa 10. num. 34.Bart. in l.1. num. 2. ff. quibus mod. vſufr. amitt. dicit quòd hæc dictio operatur quòd licet legata plura ſint ſublata præſcriptione, tamen ea quæ de nouo debentur non ſunt ſublata, & multa ad hoc adducit Gigas de penſio. quæſt. 83. ita dici poſſet in caſu noſtro quòd licet dictum pactum auferat facultatem redimendi poſt quinquennium, tamen ex quo ex legis diſpoſitione ſemper competit dicta facultas redimendi,quòdnon obſtante lapſu dicti temporis quinque annorum, nihilominus ex legis diſpoſitione cenſum præfatum redimi poſſit.

13 Sequitur etiam in dicta conſtitutione Martini, liberè, quæ dictio ſignificat quòd redimi poſſit cenſus huiuſmodi ſine contradictione alicuius, & ſine requiſitione, non vocato aduerſario. c. irrefragabili de offic. ord. & importat liberam voluntatem,ideſt prout liberè voluerit redimere, Bart.in Extrauaganti ad reprimendum in verbo videbatur, Matheſilan. notabili 15. Barbat. conſi. 59. col. 12. in 2. vol. vide etiam Iaſ. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. & in §. in bonæ fidei, inſtit. de actio.

13 Sequitur etiam in textu dictæ Extrauagantis abſque alicuius requiſitione,contradictione, vel aſſenſu, ac ſe ab huiuſmodi ſolutione ex tunc penitus liberare, & dictio penitus importat ipſo iure,& eſt latæ ſententiæ,

gloſſa

gloſſa in l. ſi qui aduocatorum in verbo arceantur, vbi Angel. & alij C. de poſtulan. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo reuertantur, nu. 105. & ſeq. C. de reuocan. donat. & c. Romana §. in vniuerſitatem, & ibi glo. in verbo penitus de ſententia excom. in vj. vbi Domin. col. 4. verſic. ex gloſſa habes, & eſt canon latæ ſententiæ, gloſſa in l. ſi qui aduocatorum in verbo penitus C. de poſtulando, Abbas in c. quibuſdam de pœnis.

14 Ex quibus Didacus Couarruuias in tractatu variarum reſolut. lib. 3. c. 8. num. 7. vide ſupra parte 2. nu. 152. dicit quòd ex conſtitutionibus Martini, & Caliſti ſunt conceſſi huiuſmodi contractus, modo libera maneat venditori redimendi facultas, cui nec per pactum, nec per tempus poteſt huic iuri renuntiari; quia eſt de forma ſubſtantiali dicti contractus, & his quæ ſunt de forma ſubſtantiali, renuntiari non poteſt. Guiglielmus Benedicti in c. Raynutius de teſta. verſ. eodem teſtamento num. 24. dixi in c. vt minorum, gloſſa 8. num. 308. & probatur ex dicta conſtitutione, quod dictum pactum redimendi ſit de forma contractus cenſus, cum ſine eo celebrari, & fieri non poſſit, aliàs dicta verba geminata, & prægnantia poſita eſſent in dictis conſtitutionibus ſine effectu operandi; quod dici non debet, immo dictum pactum redimendi eſt neceſſarium in contractu cēſus. Sylueſter in ſumma in verbo vſura q. 15. verſ. eſſet illicitū, præſertim ſi pretium non eſſet iuſtum, & tempus lapſum ſit, & ſi facultas redimendi eſt collata in voluntatē emptoris non valet contractus. Dom. Soto. de iuſtitia, & iure. q. 5. art. 3. col. 2. Didac. lib. 3. variarum reſolut. c. 8. nu. 4.

15 Moderni compilat. de vſuris. q. 55. & 58. ſed melius hoc declarant dicti moderni q. 5. nu. 125. & q. 50. n. 351. vbi ponit tria eſſe ſubſtantialia contractus cenſus, primo quòd ſit ad rationem octo pro centinario; ſecundo quòd ſors perpetuò alienetur, & non poſſit repeti per emptorem; tertio quod adſit ſemper pactum redimendi, ad hoc, vt ſe quilibet ab vſuris liberari poſſit. Conradus de contractibus q. 74. quinnimo ſublata hac pactione contractus videtur eſſe vſurarius. Guido Papæ q. 516. & in tract. de cōtractibus illicitis nu. 26. Sylueſter in ſumma de vſur. 2. q. 15. quæ opinio fuit amplexa à felic. recor. Pio Papa Quinto in ſua conſtit. de cenſibus, & propterea hæc opinio ſequenda eſt, quòd cenſus ſine pacto redimendi perpetuò non valeat.

16 Quibus non obſtant contraria ex eo; quia huic pacto redimendi perpetuò renuntiari non poteſt per venditorem; nam renuntiaret iuri publico, cum in hoc verſetur auctoritas, & imperium Papæ, qui prohibuit fieri contractus cenſuum ſine dicto pacto, vt dictum eſt, & de iure, iuri publico renuntiari non poteſt. l. iuriſgentium §. ſi paciſcar ff. de pactis: quinimo ſi ſola libertas redimendi ablata ſit venditori, cōtractus cenſus vitiatur. Bald. conſ. 487. lib. 1. & conſ. 114. lib. 3. Alex. conſil. 54. lib. 6. & vlterius contraria loquuntur in venditione fundi cum pacto redimendi ad tempus, vt declarant moderni compilatores de vſuris, num. 352. ad finem, & Didacus in tractat. variarum reſol. lib. 3. c. 8. n. 7. dicit in Granatenſi concilio ſæpe hanc pactionem reiectam fuiſſe, & quia tradit formam ſubſtantialem contractui cenſus, cui formæ renuntiari non poteſt, vt dictum eſt ſupra.

17 Vel ſecundo dici poteſt, quòd licet lex, ſeu conſtitutio Martini, non reſiſtat contractui alio modo facto, reſiſtit tamen actioni ſeu petitioni; quia dat facultatem venditori redimendi ſine alicuius contradictione, & aſſenſu emptoris cui eſt ſublata cōtradictio;& ſic denegata eſt ei audiētia,vel contradictio,aut oppoſitio dicti pacti,iuxta doctrinam Bart. in l. cum lex nu.9.ff.de fideiuſſ. vbi etiam Paulus de Caſtro col. 1. vnde ſi venditor vult redimere, non poteſt dicere emptor nolo retrouendere ſtante pacto, ſed iudicis officio retrouenditio fieri debet, ad hoc vt venditor poſſit ſe liberare à ſolutione vſurarum: quæ cum ſit fauorabilis, cuicunque concedenda eſt, & faciunt dicta per Tiraquell. de retractu parte 2. §. 1. gloſſa num.29.vbi quòd ſi eſt venditus annuus cenſus pro centum cum pacto redimendi,& elapſi ſunt. 30.anni quòd venditor iure actionis audiri non poſſit, ſed bene iure exceptionis, dicendo quòd non vult amplius ſoluere cenſus, ſed velle pecunias reſtituere,vt redimat dictum cenſum, & liberet ſe ab illius ſolutione, quia ex hoc venditori quæritur ius excipiendi,vt vlterius cogi non poſſit ad ſoluendum cenſum, cum natura exceptionis perpetua ſit,l. pure §.vlt.ff. de dol. except. & ibi etiam quàm plura allegat pro comprobatione præmiſſorum,quem vide.

18 Facit etiam pro præmiſſis, quia Caliſtus requiſitus, vt confirmaret ſimilem conſuetudinem,ipſe non recuſauit illam confirmare,ſed adiecit pactum de redimendo, vt in dicta Extrauaganti Caliſti verſ. hoc adiecto quòd ipſi venditores pro rata qua huiuſmodi per eos receptam dictis emētibus reſtituerent in toto,vel in parte pecuniam à ſolutione redditaum, ſeu cenſuum huiuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium liberi forent penitus,& immunes; quæ additio Caliſti demonſtrat, quòd dicta conſuetudo non erat perfecta,& ſic dicta conſtitutio Caliſti circa pactum redimēdi declarat conſtitutionem Martini. l.ideo vbi Bart.ff. de legibus dicit, quod vbi aliquid ſuppletur per legem nouam, illud videtur ineſſe in antiqua, cum quo communiter tranſeunt Doctores,Iaſ.in l.tranſigere num. 15. C. de tranſact. & gloſſa in l. quòd vero contra ff.de legibus.

19 Et pro maiori declaratione dictarum conſtitutionum, facit ſolemnis conſtitutio fel.rec. Pij Papæ V. edita ſuper huiuſmodi contractibus cenſuum in cuius prohœmio dicitur, cognouimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus ſtatutos, verum, quòd deterius eſt, cōtrariis pactionibus,propter ardentem ſtimulum auaritiæ, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præ ſe ferunt. ex quo prohœmio colligitur cauſa finalis dictæ conſtitutionis Pij Papę V. quę fuit dare formam magis expreſſam contractibus celebratis extra limites poſitos in conſtitutionibus Martini,& Caliſti ſuorum prædeceſſorum: quos limites, & terminos ipſe poſtea repetit in ſua conſtitutione,vt inferius apparebit.quòd autem ex prohœmio colligatur cauſa finalis legis,vel conſtitutionis probat Bart in l.fin.ff.de hęred.inſtituend.& dixi in gloſſa 1. in tractatu de contractibus minorum & mulierum in c. vt minorum conſtitut. Piceni per totam.

20 Sed hic libet recenſere quæ continebantur in cōſtitutionibus Martini, &

& Caliſti, & quæ contineantur in conſtitutioni Pij Papæ V. ad hoc, vt videamus quæ fuerunt neceſſaria in cõtractibus antea, & quæ hodie ſint pariter neceſſaria ex conſtitutione Pij Papæ V. Primo in conſtitutionibus Martini, & Caliſti, diſponebatur, quod venditores aſſignarent certas poſſeſſiones, & bona ſtabilia, ſuper quibus cenſus imponi potuiſſet. Pius V. in ſua conſtitutione ſtatuit, non poſſe conſtitui niſi in re immobili, vel quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit, & hæc eſt prima conuenientia Bullæ Pij V. cum conſtitutionibus Martini & Caliſti, & in ſumma conciliorũ Bartholomæi Caranza car. 387. in prima conditione, vbi dicit, quòd rerum deſignatarũ debet fieri venditio & emptio, & ea ſola debẽt obligata manere ad ſolutionem cenſus, & non alia bona vendentis; & ſi fiat obligatio aliorum bonorum, & perſonæ, erit pignoratio, & contractus illicitus.

21 Secundo ex conſtitutionibus Martini, & Caliſti cauebatur, quòd pretium competens exburſari debebat tempore celebrati contractus cẽſus, & in totum. Pius Papa V. in ſua conſtitutione vult, quòd vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus, & notario in actu celebrationis inſtrumẽti non autem, prius recepto integro, iuſtoque pretio, & in hoc magis declarat dictas Extrauagãtes Martini, & Caliſti, & ſic pretium debet eſſe in pecunia numerata, & receptum ab ipſo venditore, & non ſufficit confeſſio de recepto, vt dictum eſt infra num. 56. & 57.

22 Addit Pius V. in ſua conſtitutione quòd nõ fiant ſolutiones anticipatæ, nec poſſint etiam pacto deduci, & hęc additio fuit facta cum maxima conſideratione, quia vẽditor ſoluendo anticipate cenſum, non recipiebat integrum pretium: ex eo quia emptor retinebat cenſus futuros pro ſex menſibus, & ſic exigebat cenſum ante recollectionem fructuum, & nondum maturatum, nec debitum, & illam pecuniam retentam pro cenſu anticipato, computabat in pretio cenſus, & ſic vẽditor non recipiebat integrũ pretium, & nihilominus ſoluebatur cenſus, ac ſi venditor integrum recepiſſet pretiũ ab ipſo emptore; & ideo fuit ſalutaris, & optima additio, pro qua facit l. qui Romæ. in princ. ff. de verb. oblig. l. ſi tibi decem. in princ. ff. de pact. & l. cum vltra. C. de non numerata pecu. & l. eos. §. ſed & ſi. C. de vſuris. ibi, interdicta licentia creditoribus ex pecuniis fœnori dandis aliquid detrahere, vel retinere quouis prætextu, & ſi quid detrahitur, minuitur ſors, & vſuræ pro illa parte exigi non poſſunt.

23 Tertio in dictis Extrauagantibus dicitur, quòd in eodem contractu expreſſe venditori detur facultas, quòd ipſum annuum cenſum in toto, vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab emptore recepit, quandocunque velit, libere abſque alicuius requiſitione, aut contradictione poſſit extinguere, vel redimere, & ſe ab illius cenſus ſolutione ex tũc penitus liberare. in conſtitutione Pij Papæ V. dicitur, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante tẽpore immemorabili 100. ann. & non obſtantibus pactis directe, aut indirectè talẽ facultatẽ auferẽtibus, quibuſcunque verbis aut clauſulis concepta ſint. per iſtam clauſulã Pius V. declarat dictas Extrauag. Caliſti & Martini circa pactum redimendi, videlicet, quòd

quòd talis facultas redimēdi non circumſcribatur tempore, nec minus poſſit pacto tolli, aut illi renunciari.

24 Præterea voluit Pius V. quòd pretium ſemel conſtitutum amplius augeri non poſſit ob temporum, aut cõtrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad ultimo contrahentes minui, vel augeri. hæc additio videtur valde neceſſaria, quia ſunt quidam qui dicunt cenſus factos fuiſſe perpetuos, & propterea hodie eſſe maioris pretij, volentes cenſum re trouendere ad rationem quatuor vel quinque pro centinario, & ſic vbi ipſi expoſuerunt centum pro decem ſcutis cenſus, volunt recipere ducentum & vltra, quod eſt iniquū, & iniuſtum. & propterea ſanctiſſimus Pontifex voluit huic iniquitati & iniuſtitię per hanc ſanctiſſimam additionem prouidere, ꝙ pretium cenſus non poſſit augeri, nec minui ex quacunq. cauſa.

25 Quarta conditio erat, vt cauetur in dictis Extrauagantibus, quòd ſi cõtingat aliquando bona ipſa obligata pro ſolutione cenſus, & ſuper quibus emptio cenſus facta eſt, aliquo tempore deſtrui ſi erat domus, prædium vel alia res caſu fortuito, vel alio modo penitus perire contingat, ementes pecunias, ſeu pretium dictorum bonorum quod exburſarunt, amplius repetere non poſſunt: quoniam res empta periculo ementis perire debet, aliàs non fuiſſet vera emptio, ſed contractus mutui, ſi pretiū repeti poſset. Pius V. ſtatuit, ꝙ cēſus oēs in futurū creandos, nõ ſolū re in totū vel ꝓ parte perēpta, vel reddita infructuoſa, in totū, vel ꝓ parte ad ratā emptoris infructuoſa effici voluit, & ſic res, & fructus rei, ſuper qua eſt impoſitus cenſus, pro cenſu ſoluendo ſunt obligati, non aliorum bonorū fructus, nec perſona venditoris remanet obligata re perempta, vel reddita infructuoſa, & ſic res ſola remanet obligata, contra auctoritates multorum, quos reprehendit Nauarr. in repet. c. 1. 14. q. 3. num. 90. & res præfata remanet ita obligata pro cenſu, ꝙ quilibet tertius poſſeſſor etiam nulla facta excuſſione, teneatur ad ſolutionem cenſus deſuper impoſiti, cum ſemper trāſeat ad quoſcunque cum iſto onere. Guido Papæ deciſ. Delfin. 42. & deci. 576. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rub. 11. §. 6. in princ. num. 6. Didacus in tract. uar. reſol. lib. 3. cap. 7. num. 6. & Ioā. Lupus in tractatu de vſur. commentario 2. num. 67. & ſeq. † quærit, quando cenſus eſt conſtitutus ſuper duabus, uel tribus poſſeſſionibus q̃ peruenerunt ad diuerſas manus, & poſſeſſores, an quilibet poſſeſſor inſolidum pro cenſu cõueniri poſſit, vel pro rata. ibi vide, cum quæſtio ſit valde cõtrouerſa: bene credo, quod hodie nõ poſſit imponi cenſus ſuper pluribus fundis ſeparatis, ſed ſuper vno tantū propter conſtitutionem Pij V. quę dicit, ꝙ cenſus imponatur ſuper re immobili, & quæ certis finibus deſignata ſit: nam dicit ſuper re, non ſuper rebus in plurali numeto, & certis finibus deſignata, & non certis finibus deſignatæ, & propterea res debet eſſe certa, non incerta, quia tunc contractus cenſus non eſſet licitus, vt dicit Innoc. in c. in ciuitate. de vſur. & ibi Ioan. de Lignano & alij, Aret. conſil. 151. col. 3. Caſſan. in catalogo glorię mundi parte 12. conſid. 99. in 25. limitatione, verſ. aduerte tamē ad vnum, vbi dicit, ꝙ hypotheca generalis non procedit in emptione annui redditus propter Extrauagātes Martini & Caliſti, in quibus dicitur bonis in ipſo cõtractu tunc expreſſis pro ipſius annui

26

cenſus

cenſus ex ſolutione in perpetuũ obligatis.& Caliſtus dicit ſuper domibus, terris. agris, prædiis, &c. & cum iſte caſus tangat animã, & non ſit eadem ratio in generalitate ſicut in ſpecialitate, quia in generalitate obligationis, & hypothecæ partes habent ſolum reſpectum ad lucrum pecuniarũ cum generalis hypotheca fiat tãtum pro ſecuritate debiti. Summa Angelica in verbo vſura. verſ. 78. dicit, ꝙ ad hoc, vt talis cõtractus non ſapiat vſuram, debet fieri ſuper bonis, & nõ debet obligari perſona, & idẽ dicit Caſſan. vbi ſupra, & Io. Bapt. Lup. in tractatu de vſur. comment. 2. §. 2. nu. 63. vbi reprehendit modernos compilatores vſurarum. nu. 22. qui tenent ſuper incertis rebus poſſe conſtitui, & creari annuus cenſus, & venditor obligari perſonaliter vnà cum omnibus bonis, quod eſt contra diſpoſitionem dictarum conſtitutionum, & præſertim Pij Papæ V. qui voluit, quòd ſuper re tãtum deſignata certis finibus, nõ ſuper pluribus rebus. & hoc modo ſunt intelligendæ Extrauagãtes Martini, & Caliſti ad fugiendas vſuras, & illarum ſuſpitionem. quare contrahentes debent multum animaduertere quando emunt cẽſum, ſi res, ſuper qua emitur cenſus, certis finibus deſignata, eſt fructuoſa, & talis quòd ſit ſufficiens omni tempore pro ſolutione cenſus ſuper dicta re impoſiti, etiã pro cautione pretij exburſati pro emptione dicti cenſus, vt conſiderat Silueſter in verbo vſura 11. §. 12. dum dicit illicitum eſſe cõtractum, ſi fundus non ſit tanti redditus, qui ſufficiant pro ſolutione cenſus: & faciunt alij allegati per Didacum lib. 3. variar. reſolut. c. 7. num. 5. in principio. carta 814. & ſeq. licet ipſe contrarium tenere conetur contra communem opinionem, & male: nam pro communi facit conſtitutio Pij V. quæ ſuperat omnes alias auctoritates doctorum, ideo illa ſeruanda eſt in toto orbe Chriſtianorum, remota quauis opinione contraria Doctorum; cum in iſta materia vſurarũm & peccati attendenda ſit deciſio, ordinatio, & cõſtitutio Romani, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontificis. ex cuius auctoritate permittuntur tales contractus cẽſus, non ex auctoritate doctorum, qui nõ habent auctoritatem legis condendæ in materia peccati, & vſurarum, vt dicit etiam Caſſan. conſi. 63. num. 9. & multis ſequentibus.

27 Quinta conditio eſt, vt dicitur in dictis Extrauagantibus, quòd ad redimendum annuum cẽſum venditor inuitus nullo modo obligari poſſit, ſed liberum ſit illi, vel ſoluere cenſum, vel redimere in toto, vel in parte eadem numerata pecunia. Pius vero Papa V. omnino prohibuit pacta continentia pretium cenſus ab inuito aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe. & factum fuit à Sanctiſs. Pontifice ex iuſta cauſa, quia ſi poſſet pretiũ repeti ex parte emptoris à venditore cẽſus, eſſet mutuũ; ſed ex quo ſors ꝑpetuo alienatur, loco dictæ ſortis ꝑpetuo alienatę ſoluitur ius annui redditus; ideo hic non poteſt cadere vera vſura, quia vſura eſt illud quod accedit ſorti, hic non debetur ſors, quę ab inuito venditore peti non poteſt, merito hoc caſu in contractu cenſus non cadit vſura; & ideo iſta quinta conditio eſt vnum de ſubſtantialibus contractus cenſus. emptor enim cogitur facere nummos venditoris. l. ex empto. §. primo. ff. de actio. empt. & l. prima. in principio. ff. de rerum permut. ibi, niſi emptor fecerit nummos accipientis tenetur ex vendito; ſi ergo

ſi ergo emptor tenetur facere pretiū accipientis, non poteſt repetere, & quando paciſcitur, quòd poſſit pretium emptor repetere, tunc non eſt facta emptio, ſed mutuum, ex quo contra naturam contractus pretiū poteſt repetere, vt in mutuo, moderni compilatores de vſur. nu. 19. & nu. 351.

28 Sexta cōditio erat in dictis Extrauagantibus, q̄ poſſeſſio ſuper qua imponebatur cenſus, fructaret tantum quantum erat quantitas cēſus ad minus; quia ſi minus fructaret res ſuper qua imponitur cenſus quàm eſſet annuus redditus, emptio annui redditus ſuper dicta re nihil valeret, vt dicitur in ſumma conciliorum Bartholomæi Caranz. Pius vero V. in ſua conſtitutione ſtatuit annuum redditū creari, conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, fructuoſa de ſui natura: quia ſi non eſt fructuoſa de ſui natura, non eſt ſatisfactum emptori, vt cēſum percipere poſſit de re infructuoſa, & propterea pro cenſu eſſet obligata perſona venditoris, vel alia bona, & fructus aliorū bonorum, quod fieri non poteſt, vt dictum eſt ſupra num. 25. & ibi dicta deſeruiunt pro declaratione dictæ conſtitutionis Pij Papæ V.† quæ cōcepta eſt per verba

29 negatiua, vnde ſi quis contrahit non ſeruata forma conſtitutionis Pij V. contractus eſt nullus tanquam factus contra legis prohibitionem. l. non dubium. C. de legib. & quod ibi gl. Bart. Bald. & alij.

30 Ex quibus apparet, quòd conditiones appoſitæ per Martinum, & Caliſtum ſunt approbatæ à Pio Papa V. licet cū maiori declaratione, & propterea procedit diſpoſitio textus in l. non eſt nouum. cum duabus ll. ſeq. ff. de legibus. vbi quod diſpoſitum in lege antiqua, cenſetur diſpoſitum in lege noua; & è contra, diſpoſitum in lege noua, cenſetur diſpoſitum in lege antiqua, vt declarant Bar. Bald Ang. Paulus de Caſtro, & cæteri omnes in

31 dicta l. non eſt nouum.† Et ideo pro conſeruatione cenſuum conſtitutorū in vim Extrauagantium Martini, & Caliſti, ante conſtitutionem Pij Papæ Quinti, ſunt reducendi ad formam dictæ conſtitutionis Pij Papæ V. & non ſolum contractus huiuſmodi conſeruantur, ſed contrahentes ſi viuunt liberantur ab omni ſuſpicione, & forſan peccato, & ſi non viuunt illorum hæredes.

32 Ea propter Pius V. licet ſuam conſtitutionem ad contractus iam celebratos non extendat, tamen omnes contractus antea celebratos ſub alia forma ſubmittit cenſuræ bonorum religioſorum, vt animarum ſaluti conſulant. & hæc particula dictæ conſtitutionis nihil aliud ſignificare intendit, niſi quòd examinentur contractus antea facti per religioſos, id eſt, Theologos, & Canoniſtas, & ſi repererint eſſe factos iuxta formā dictarum Extrauagantium, videlicet ſi habeant conditiones ſupra poſitas, quę ſunt de ſubſtantia contractus cenſus, & neceſſaria, vt tenet Nauarrus in dicto cap. 1. 14. quæſt. 3. num. 87. & Didacus in dictis cap. 7. & 8. lib. 3. variarum reſolutionū, & alij quamplures, tunc poſſunt dicti religioſi, & Canoniſtæ dictos contractus confirmare, ſin autē eos reducere ad ſupradictam formam, & iuxta ſupradicta requiſita neceſſaria, & ſubſtantialia, & tollere pacta, ex quibus ſit ſublata facultas redimendi perpetuo, & omnia alia illicita, quæ connumerantur in dicta conſtitutione Pij Quinti, vt latius dicetur infra per diſcurſum: & quoniam dicta hortatio Pontificis impor

portat mandatum, eſt ei neceſſario parendum, gloſſa in clement. prima. de teſtibus. Belenzin. de caritatiuo ſubſidio, quæſtio. 57. num.4. & 5.in quintodecimo volumine tractatuum car. 298.vide etiam ſupra parte prima num.91.

33 Qui religioſi, & canoniſtæ poterunt ex dictis contractibus remouere conuentiones obligantes venditorem ad caſus fortuitos, quas conuentiones improbauit Pius Quintus in dicta conſtitutione, & pactum auferens poteſtatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam,ex quo in dicta conſtitutione voluit, quòd poſſit libere alienari ſine ſolutione laudimij ſolui ſoliti in alienatione rerum eccleſiaſticarum, vt in l.fin.C.de iure emph. vide ſup.par.1.num.92.

34 Statuit etiam Pius Quintus, quòd venditio rei, ſuper qua eſt impoſitus cenſus,debet intimari emptori cẽſus, & ſi ipſe vult emere dictam rẽ præfertur omnibus, eum eiſdẽ tñ pactis,cõditionibus, & cõuentionibus vere cũ aliis factis; & vlterius debet per menſem expectari, & non poteſt emptor inuitus cogi, vt capiat rem, ſuper qua eſt impoſitus cenſus,etiam in ſolutum. Paulus de Caſtro cõſ.47.col. fin. lib.2.Tiraquell. de retract. parte 1.§.1.gloſſ.6.num.21.

35 Statuit etiam Pius Quintus, quòd pacta appoſita in contractu cẽſus diſponentia, quòd venditor moroſus in ſolutione cenſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis,vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria etiam medio iuramento creditoris, vel emptoris liquidanda,aut rem cenſui ſubiectam amittere, aut aliud ius quomodolibet quæſitum perdere, aut in aliquam pœnam incidere, ſint illicita, & propterea dicti religioſi, vel canoniſtæ dicta pacta tanquam illicita à Pio Quinto declarata de contractibus antea factis caſſare, & delere, & illos purgare, quia in hoc conſulitur ſaluti animarum, vt dicitur in fine dictæ conſtitutionis.

36 Statuit etiam prohibendo, quòd nouos contractus cenſuum ex cenſibus decurſis, & non ſolutis fieri ſuper eadem re, vel alia in fauorem emptoris, vel alterius perſonæ ſuppoſitę nullo modo poſſint: & optima ratione quia vſuræ non debent facere vſuram. l. fin. C. de vſur.l.ſi non ſortem §.1.ff.de condit.indeb.

37 Statuit etiam quando cenſus extinguendus erit traditione pretij, quòd per bimeſtre ante, id denunciari debeat ei, cui pretium dandum erit; & poſt denuntiam intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe; & ubi pretium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur, voluit nihilominus quandocunque redditum extingui, præuia tamen ſemper denuncia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra: idque obſeruari mandauit etiam quòd pluries,ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſequutus fuiſſet.in iſta particula Pius ſanctæ memoriæ conſulere voluit emptori, & venditori cenſus: emptori dum voluit, quòd ei ante bimeſtre denũcietur ſolutio pretij facienda per uenditorem emptori, & hoc fecit, vt emptor poſſet reperire aliam rem ſuper qua collocare poſſet dictas pecunias, vel ob aliam cauſam ipſi emptori magis proficuam.

38 Secundo prouidit emptori quòd infra annum à die denuntiæ poſſet cogere venditorem ad pretium cenſus reſtituendum ipſi emptori, & ſic

S noto,

noto, quòd in ſolo iſto caſu licet emptori infra annum poſt denuntiam ei factam à venditore, cogere poſſe dictum venditorem etiam inuitum ad reſtituendum pretium dicti cenſus. & hoc fuit factum optima ratione, ne eſſet in poteſtate venditoris emptorē paratum recipere pretium deludere, non ſoluendo pretium; ſed hoc non ſemper facere poteſt emptor ſed ſolum infra annum, poſtea ei non licet, quia conceſſa ad tempus poſt tempus prohibita cenſentur, cum iuri ſuo renunciare cenſeatur. l. ſi ea, C. qui accuſare poſſ. Ceſal. conſ. 266. num. 3.

39 Venditori pluribus modis Sanctiſſimus Pontifex prouidit; primo, quòd facta denuntia, poſſit redditum redimere. Secundo, quòd ſi poſt denuntiam infra bimeſtre non redemit cenſum, poteſt quandocunque redimere ſemper praeuia denunria, etiam quod pluries, & pluries denuntiauerit, & non redemerit. & hoc fecit Sanctitas ſua, vt venditor quantumuis moroſus, quando haberet commoditatem, poſſet cenſum redimere, & ſe ab vſuris liberare, quod eſt fauorabile ipſi venditori.

40 Et quoniam iſta cōſtitutio Pij Papę V. loquitur ſemper prohibitiue, dicens, quòd cenſus nullo modo creari poſſit, niſi in re immobili, & niſi vere in pecunia numerata, prohibens fieri per anticipatas ſolutiones, pacta illicita apponi in contractu prohibet & annullat, & contractus ſub alia forma poſthac celebrandos iudicat eſſe fœneratitios: & propterea videtur habere in ea decretum irritans, quia licet inhibeat ſimpliciter dicta conſtitutio, tamen illi cui fit inhibitio recipit poteſtatem ab ipſa conſtitutione; quoniam cenſus alio modo fieri non poſſunt, niſi ſeruata forma tradita ab ea, & tunc non ſeruata dicta conſtitutione nō valet actus. l. nō dubium. C. de legib. & eſt ratio, quia lex prohibitiua ſemper loquitur, & intelligitur habere clauſulam derogatoriam, & annullatiuam actus, vnde non eſt neceſſe, q lex vltra annullet. Imol. in l. cum lex. col. pen. verſ. vndecimo caſu. ff. de fideiuſſ. & ibi Iaſ. nu. 17. Decius conſ. 17. num. 3. & Alex. conſi. 24. nu. 3. lib. 1. & dixi in c. vt minorum. glo. 6. num. 110. Legis officiū eſt aut pmittere bona, aur mala prohibere, vel punire mala facientes. c. 2. & 4. diſt. 3. & c. 3. §. officium. dicta diſtin. 3. mala enim prohibentur prout omnia quae in hac conſtitutione prohibētur ſunt mala, quia ſine re immobili, ſine pecunia numerata, ſine pacto redimēdi licite non conſtituitur cenſus, & declarātur vſurarij, tamquam facti non ſeruata forma, vt dictum eſt ſupra par. 1. in prin. & leges factae ſunt, vt earū metu humana coerceatur audacia, tutaq. ſit inter improbos innocentia, & formidato ſupplicio, refrenetur nocendi facultas. cap. 1. diſtin. 4. haec conſtitutio propter haec erat neceſſaria, vt dictum eſt ſup. parte prima & ſecunda, in quibus ſunt multi errores declarati, qui ante hāc conſtitutionem committebantur in contractu cenſus; ideo erat hoc modo procedendum, prohibendo fieri cenſus ſub alia forma cum pœna, & non alio modo: quia propter pœnas homines fiunt virtuoſi, & recedunt à malo, & haec fuit mens Pij V. ut declarat Turrecrem. in d. c. 1. num. 4. & l. 2. §. ſed & Phyloſophus. ff. de legib. & debuit ſic formari, vt eſſet clara, nec aliquam obſcuritatem contineret, & haec ſunt de ſubſtantia legis. cap. 2. dicta diſt. 4. vbi Turrecrem. num. 2. & ſeq.

ſeq. & Præpoſit.numero 1. & ſeq.

41 Præterea Pius V. tollere voluit in ſua conſtitutione quaſuis contrarias conſtitutiones ſuæ conſtitutioni; & ideo in eius conſtitutione dixit, Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, nécnon priuilegiis,& literis, etiam per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiã nos, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex quauis cauſa,etiam per modũ legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiue in fauorẽ vniuerſitatum,communitatum collegiorum,congregationum,ciuitatum, & locorum, conceſſis, approbatis, & innouatis;quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtræ conſtitutioni in toto, vel in parte contrarietur ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

42 Hæc clauſula non obſtantiarum, licet generalis ſit,tamen reſtringitur à Summo Pontifice ad conſtitutiones ſtatuta, conſuetudines. & ſimilia contraria ſuæ conſtitutioni de cenſibus, directè, vel indirectè, in toto, uel in parte, quibus ſpecialiter, & expreſſe derogare voluit.Rota deciſ. 1.de prę ben.in no.c.1.de conſtitut.lib.6. vbi Pontifex dicit,quòd condendo poſteriorem conſtitutionem, priorem reuocare cenſeatur: ſtatuta vero, quæ facti ſunt,niſi expreſſe in dicta conſtitutione reuocentur, non ſunt reuocata;& ideo in hac cõſtitutione expreſſe derogauit ſtatutis, conſuetudinib. cõtrariis huic ſuæ conſtitutioni, cum clauſula,quorum tenores,quæ operatur,vt totus tenor ſtatutorum, & conſuetudinum, conſtitutionũ,& aliorũ contrariorum poſſit inſeri,regiſtrari, & ſcribi in dicta conſtitutione Pij V. ad hoc,vt videatur,ꝙ ex certa ſciẽtia tollere voluit quæcunq. cõtraria obſtantia huic ſuæ conſtitutioni, vt per Ant. de Butrio.conſ.2. Caſſad. ſuper règ.deciſ.10.& deci.38.Sarnẽ.in proœmio reg. q.6. Felin.in c.ſuper litteris col.6. verſ.quarta regula,de reſcrip. Pariſ. conſil. 1.num.84.lib.4.Rebuf. ſuper concordatis in forma mandati in gloſſa pro expreſſis. car. 310.& in gloſſ.non obſtantibus.car.338. & ſequen.vbi dicit quòd iſta clauſula, nõ obſtantibus, non eſt neceſſaria in lege. gloſſa in c.veniens. de præſcript.

43 Quare ex dicta cõſtitutione ſublata eſt bulla Nicolai V.& pragmatica Regis Alfonſi,quia dicta conſtitutio eſt contraria in multis conſtitutioni Pij V. vt ex lectura illius manifeſte apparet,quam Io.Bapt. Lupus in tractatu de vſur. dicit eſſe valde periculoſam commẽtario ſecundo. §. 1. nu. 84.& num. 88.vbi dicit in quibus ſit contraria conſtitutioni Pij V. & in quibus ſit periculoſa ſaluti animarũ, quę vide. & Papa poteſt priuilegium canonis ex cauſa,& ſine, & ius poſitiuum tollere,c.propoſuit,de conc.præ ben. Rebuff.ſuper concord.in rub. de protectione concord.in glo.1.verſ.ex quo infertur. carta 428.

44 Conſtitutiones vero Martini, & Caliſti, in quibus ſunt cõformes cum conſtitutione Pij Papę Quinti nõ reuocantur; ſed vbi cõtrariæ ſunt dictę cõſtitutioni expreſſe reuocãtur, quia reuocat conſtitutiones directè vel indirectè dictæ conſtitutioni cõtrarias, quibus conſtitutionib.inferior à Principe derogare non poteſt.clemen. ne

Romani.de elect. Rebuff. ſuper concordat. in tit. de forma mandati Apoſtolici. car 339.

45 Conſuetudines contrariæ, & quæuis opiniones Doctorum inducentes forſan cōſuetudinem etiam in dicta conſtitutione Pij Quinti expreſſe reuocantur; adeo quod hodie ſolum tenor dictæ conſtitutionis eſt attendendus in vniuerſo orbe Chriſtianorum, quia concernit ſalutem animarum in materia vſurarum, ſuper quibus Papa tamquam vniuerſalis Eccleſiæ catholicæ Epiſcopus ſolus diſponere poteſt, & debet, & ſic omnes ſanctiones Apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt, tamquam ipſius diuina uoce Petri firmatæ, quia Papa ſanctitatem recipit à cathedra, vt in c. ſic omnes. 19. diſtinct. & ibi gloſſa. & in concilio Tridentino ſeſſione 14. c. 7. pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, de qua etiam vide Rebuff. in proœmio concordatorum in gloſſa reuerentiæ, & in gloſſa ſanctiſſimo. car. 20. & ſeq. & in titulo de forma mandati, in verbo conſuetudinibus contrariis. car. 341. vbi multa de derogationibus conſuetudinibus contrariis.

46 Volumus autem, quòd præſentes in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter conſtitutiones extrauagantes perpetuo valituras cō ſcribantur. lex enim publicari debet, & à die publicationis in vrbe, vel in prouinciis poſt duos menſes incipit valere, vt in autheut. vt nouæ conſtitutiones. §. vt autem. & ideo mandauit dictam conſtitutionem publicari, & ad hoc, vt omnibus innoteſceret mandauit eā inſeri inter extrauagantes perpetuas: & de publicatione legis, & quando liget, & cuius auctoritate facienda, & in quo loco, vide Rebuff. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. notab. vlt. per tot. car. 33. & ſup cōcord. de firma & irreuocabili cōc. ſtabil. in gl. volumus. car. 395.

47 Sequitur in dicta conſtitutione, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, indicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. & hæc clauſula ſignificat priuationem beneficiorum Bald. in c. 1. §. porro. col. 2. ver. item noto quæ ſit prima cauſa benef. amit. in vſibus feud. & in hac clauſula Papa minatur contrauenientibus & attentantibus venire contra hanc conſtitutionem; & quæ ſit illa pœna ponitur in cap. 2. de maior. & obed. eſt etiam excommunicatus qui non ſeruat conſtitutiones Papæ. c. violatores. & c. ſunt quidam. & c. generali. & multis ſeq. 25. q. 1. & intelligitur hęc clauſula de contrauenientibus de facto & non de iure. Card. in clem. 2. §. contradictores. de relig. dom. Fel. in c. 1. de offic. deleg.

48 Sequitur, Dat. Romæ apud S. Petrū anno incarnationis Dñicæ 1568. Pont. noſtri anno quarto. De qua data vide in c. fin. de reg. iur. lib. 6. & ibi gloſſę late declarāt omnia verba eiuſdem datæ; ideo ad datam ſexti recurrito, & ad Rebuff. ſuper concord. in titulo de forma mandati Apoſtolici, in glo. datum. cart. 344. vbi multa ponit de data litterarum Apoſtolicarū.

49 Nota vnam quæſtionē: nam ſi aliquis petit ſolui ſibi cenſum, vel reddi tū in iudicio, debet inſtrumentū cenſus producere, etiā ꝙ ſit in poſſeſſione exigen-

exigendi, quia redditum vigore dicti contractus exigere poteſt,&nõ aliàs, contra l. cogi poſſeſſorem, C. de petit. hæredit. nam cenſus pecunia empti ex conſtitutionibus Pontificalibus, cum certa forma, & ſolemnitate conſtitui ſuper rebus immobilibus poſſunt, & ſi non ſunt conſtituti iuxta dictas conſtitutiones, vt eſt ſuperius demonſtratum, contractus deſuper facti ſunt vſurarij, & illiciti; ideo dictis poſſeſſoribus obſtat, & reſiſtit ius continuum, & eis fauet tãtum dictum priuilegium Pontificum: & ideò pro continuanda eorum poſſeſſione exigendi cenſus non debent emptores, vel creditores audiri, etiam in iudicio poſſeſſorio, niſi docto de titulo ſuę poſſeſſionis, vel quaſi, argumento c. ad decimas, de reſtitut. ſpoli. in vi. & Afflictus deciſ. 361. num. 15. & ſeq. Iacob. Venentus in tract. de annua præſtat. parte 1. quæſt. 5. nu. 4. fallẽtia 3: Afflictus ſuper feudis in rub. de controuerſia inueſtituræ. num. 98. fallentia 18. ad dictam l. cogi, vbi dicit quòd quandò allegatur poſſeſſio iure ſpeciali, puta priuilegij, non releuat, niſi docto de titulo. idem in penſionibus tenet Io. And. Gambatus de offic. & poteſt. legati lib. 6. nu. 520. quia penſio non conſtituitur niſi ſuperioris auctoritate, vt nu. 522. & ſeq. & ita dicendum in exactione cenſuum qui non conſtituuntur niſi auctoritate Extrauagantium Martini, Caliſti, & Sanctiſſimæ memoriæ Pij Papæ V. vide ſupra parte 2. num. 290. maximè ſi ille qui cogitur cenſum ſoluere excipit quòd exhibeatur, per actorem inſtrumentum cenſus, ex qua exhibitione apparebit inſtrumentum non habere ſubſtantialia de quibus dictum eſt ſupra hac parte, nu. 15. & ad coadiuuandam hanc exceptionem cogi debet exhibere publicum inſtrumentum cenſus Felin. in c. 1. de probat. num. 24. verſ. decimo, fallit in fine, & num. 25. ſeq. fallentia 11. & de æquitate canonica, actor edere tenetur reo Rota deciſ. 5. de probat. in nouis. Gomeſ. deciſ. 26. in ſecunda parte.

50 Iuſtum pretium in contractu cenſus quod ſit, & aliqui dicunt quòd decem ducati pro vno ducato quolibet anno; alij ſex pro centinario, alij quinque pro centinario. Tiraquell. de retract. parte. 1. §. 1. gloſſ. 6. num. 18. & 19. compilatores in tractatu vſurarum. q. 5. num. 118. Didacus Couarruuias in tractatu variarum reſolutionum lib. 3. cap. 9. num. 5. & 10. Ioan. Baptiſta Lupus in tractatu de vſuris commentario 2. à nu. 72. vſque ad num. 82. & ſic nullus ex his firmat certam opinionem. mihi videtur quòd iuſtum pretium erit illud, quod communiter in foro apud vendentes, & ementes eſt ſtatutum ab omnibus in qualibet regione, vel Ciuitate; quia ex more Prouinciarum pretium cenſus conſtituitur; ita tamen, vt legem non offendat. l. 1. in prin. ff. de vſur. nam in Piceno iuſtum pretium cenſus communiter ſunt 10. pro vno, & hoc permittitur propter penuriam pecuniarum. in Vrbe, ſi quis capit pecunias ad cenſum, & nõ ſit multum diues, dantur ei communiter pecunię ad cenſum ad rationem nouem, octo cum dimidio, & octo pro centinario; ſi ille qui accipit pecunias eſt ditiſſimus, reperit pecunias ad cenſum communiter ad rationem ſeptem, & ſex cum dimidio, & ſex pro centinario, & ita inter iſtas perſonas communiter emuntur, & venduntur in Vrbe. Quandò vero cenſus in Vrbe ſunt impoſiti ad rationem decem,

vel

vel vndecim pro centinario, Papa in ſua ſignatura reducere ſolet hos cenſus ad rationem octo, vel ſeptem cũ dimidio, vel ſeptem pro centinario, prout perſona petens reductionem cenſus eſt miſerabilis, vel talis, cui Summus Pontifex ex aliqua rationabili, & iuſta cauſa moueri poſſit ad faciendum reductionem cenſus ad ſeptem, vel octo pro centinario. ſed non petita reductione à Summo Pontifice cenſus legitimè impoſiti ad nouem, vel decem pro centinario ſoluendi ſunt iuxta conuentiones, & obligationes ipſius debitoris, quæ ſunt ſeruandæ donec reuocētur. Probantur præmiſſa ex cõſtitutione Martini in Extrauagantibus de emptione, & vendit. ibi, & pro qualibet marca annui cenſus decem, vndecim, treſdecim, & quatuordecim marcæ, aut plus, vel minus ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi conrrahentes tunc inter ſe conuenerant, quæ repetuntur in Extrauaganti Caliſti, dicto titulo ibi redditus, ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis huiuſmodi ab eis qui cenſus emerint certum competens pretium ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi vendentes, & ementes in contractibus, ſuper his inter ſe firmauerint; & ſic conſuetudo præfata vendendi, & emendi pro certo pretio, & pro certo cenſu ſumpta eſt ex dictis Extrauagantibus, quæ non fuerunt innouatæ à Pio V. & interueniente iuſto pretio cum ſolemnitatibus de quibus in conſtitutionē Pij Papæ V. valet cenſus conſtitutio, vt per Tiraquellum de retract. parte 1. §. 1. gloſ. 6. num. 15. 17. 18. & 19. & in bulla Nicolai V. dicitur dummodo decimam partem non excedat, & ad hoc eſt conſilium Sozzi. 261. lib. 2.

51 Sed ſi debitor cenſus ſit moroſus in ſolutione cenſuum decurſorum, & non ſolutorum; creditor cenſus agere poteſt contra debitorem poſſeſſorio, intentando Saluianum interdictum, probando incumbentia in Saluiano, vt dixi in tractat. de acquirenda poſſeſ. cap. 13. & ad effectum, vt habita ſententia in Saluiano creditor ponatur in poſſeſſione rei ſuper qua cēſus impoſitus eſt; & illā retinēdi, & fructus ex ea pcipiēdi, donec & quouſque creditor fuerit integrè ſatisfactus de cēſibus decurſis, & non ſolutis. & hoc, quia ex dictis Extrauagantibus Martini, & Caliſti bona ſuper quibus cenſus impoſitus eſt, perpetuò obligata ſunt creditori pro cenſu, & pecunia exburſata in contractu cenſus, vt in conſtitutione Martini ibi bonis in ipſo contractu tunc expreſſis pro ipſius cenſus annui ex ſolutione in perpetuum obligatis. quæ verba repetuntur in Extrauaganti Caliſti ibi, illa ex domibus, terris, quæ in huiuſmodi contractibus expreſſi fuerint prædictorum ſolutione redditium, & cenſuum efficaciter obligantes. & in conſtitutione Pij Papæ Quinti, dicitur vbi res vendenda ſit, volumus dominum cenſus omnibus aliis præferri. & in contractu cenſus res ſuper qua imponitur cenſus ſpecialiter obligatur, & propter iſtas hypothecas prouenientes ex iure, & obligatione vendentium pro cenſibus datur Saluianum interdictum, tam contra vendentem, quàm eius hæredes, & tertios poſſeſſores, quia res ſemper tranſit cum onere, & hypotheca ſua. Guido Papæ quæſt. 42. & 576. Couarruuias lib. 3. variarum reſol. c. 7. num. 6. & ſi cenſus impoſitus ſit ſuper pluribus corporibus quæ peruenerunt ad manus plurium, & tunc

tunc quilibet tenetur in ſolidum pro ſolutione cenſus. l. moſchis in princ. & ibi Bart. ff. de iure fiſci, & Io. Lupus in tractatu de vſuris commentario ſecundo, num. 68. ſed ſi venditor, vel fideiuſſor eſt obligatus in forma Cameræ ſoluere cenſus, poterit via exequutiua conueniri, prout placuerit emptori, & hoc iure vtimur in Vrbe, licet etiam Saluianum interdictũ intentari poſſit, vt dictum eſt cõtra heredes, & tertios poſſeſſores. vide ſupra parte ſecunda.

52 Preterea cenſus vendi poteſt ſuper fructibus vineæ, vel agri, vt pro quadraginta ſcutis ſoluatur quolibet anno vna ſalma grani in ara quæ eſt valoris, & communis extimationis computato vno anno cum alio trium, vel quatuor ſcutorũ, licet aliquando minus, aliquando plus valeat. propterea computato vno anno cum alio, poteſt valutari ſcutis quatuor pro qualibet ſalma grani, & ſic emi poteſt cenſus ſuper vinea trium cadorum, vel barilium vini ad vaſcam, vel in vindemia ſoluendi, & menſurandi pro pretio decem aureorum; quia cadus vini, ſeu muſti ad vaſcam, vel in vindemia in Piceno eſt valoris, & communis extimationis Iul. trium pro quolibet cado, computato vno anno cum alio, licet plus, & minus valeat: Romæ aliud dicerem, quia cadus vini ad uaſcam communi extimatione nunc, & à viginti annis citra eſt valoris, & communis extimationis iuliorum octo, vel nouem, computato vno anno cum alio, & propterea verum pretium dicti cadi Romani erit ſcutorum decẽ; quatuor cadorum erit verum pretiũ ſcutorum quadraginta; quia debet pretium regulari ſecundum valorem cuiuslibet cadi, vel barilis vini, ſeu muſti ad vaſcam, & hoc modo ſunt liciti contractus huiuſmodi cenſuum ſuper fructibus. Conradus de contractibus quæſt. 79. concluſ. 2. & moderni compilatores de vſuris quæſt. 21. nu. 215. Guido Papæ quæſt. 516. num. 2. dicit quòd debet interuenire iuſtum pretium ſecundum conſuetudinem regionum. Franciſ. Marci quæſt. 21. num. 7. parte 2. qui infinitos allegat pro validitate cenſuum huiuſmodi ſuper fructibus, ſed caute agendi ſunt ne ſint exceſſiui, & ſuſpecti de vſura propter modicitatem pretij ipſius annui redditus: & propterea ſemper reſpectus habendus eſt ad communem valorem grani, & vini de tempore emptionis dicti cenſus ſaltem per decem annos ante. bene eſſet exprimere in contractu emptionis dicti annui redditus ad fugiendum timorem vſurarum, & probationem poſtea faciendam, & reductionem dicti annui redditus, quorum reductio cauſaretur ab exceſsiuo valore grani, vel vini poſtea ſubſecuto ex temporum mutatione, vt referunt deciſum moderni compilatores de vſuris in ſenatu Pariſienſi, num. 216. & ſeq.

53 Dixi ſuperius, quòd ſi fructus, ſcilicet granum, & vinum menſurandum, & conſignandum eſt ad vaſcam tempore vindemiarum, vel in ara tempore recollectionis grani, quia ſi eorum conſignatio, & menſuratio peteretur alio tempore, eſſent defalcandæ expenſæ factæ in recollectione, & portatione grani ad horreũ, & vini ad vegetes, cum fructus debeantur deductis expenſis, & creditor teneatur mittere ad domum debitoris pro fructibus redditus. Bart. Bald. Paulus, & omnes in l. item illa ff. de conſtitu. pecun. Imola in l. cum filius familias §. fina. de verborum obligationibus, & quia in deferendis fructibus

ex

ex natura rei requiritur ſumptus, & labor,& ideo creditor expenſis & periculo ſuis mittere debet pro dictis fructibus.l. 1. §. licet autem ff.de peric. & commodo rei venditæ, Paulus de Caſtro in d.l.item illa in fine principij, aliàs propter iſtud onus eſt facienda reductio cenſus, quia etiam propter hoc erit exceſſiuus.

54 Et huiuſmodi cenſus ſunt formandi,iuxta conſtitutionem felicis recordationis Pij Papæ V. de cenſibus; videlicet cum pacto redimendi perpetuò ad fauorem venditoris, ad hoc,vt venditor poſſit ſe liberare à ſolutione cenſuum,ſiue vſurarum. quæ facultas redimendi non poteſt tolli per pactũ, nec per tempus,nec minus huic facultati renuntiare poteſt venditor,vt dictum eſt ſupra,quia eſt de forma ſubſtantiali contractus cenſus propter decretum irritans appoſitum in bulla Pij Quinti, vt ſupra; quia lex vbi requirit certam formam, ſeu ſolemnitatem in aliquo actu, talis lex videtur tradere formam ſubſtãtialem, cui renuntiari non poteſt. Bart. in l. vniuerſa C. de præcibus Imperatori offerendis, Bald.in c. 1. qui ſuccedere teneatur. Guigliel. Benedicti in c. Raynutius verſi. in eodem teſtamento il primo. num. 24. extra de teſtam. & dixi in c. vt minorum gloſſa octaua num.208.

55 Immo ſi fieret pactum quòd venditor ſolum poſſet redimere cenſus infra quatuor annos, & poſtea cenſus ſit perpetuus, tale pactum non valet, & facit cõtractum cenſus vſurarium, vt tenet Guido Papæ deciſ. 516. Ant. Florent. in ſumma titulo de vſuris c. 2. §. 13. num. 25. Syluester in ſumma verſic. vſura 2.q. 15. Couarruuias in tractat. variarum reſolutionum cap. 8.num.7.qui atteſtatur de obſeruantia in Granatenſi prætorio,& moderni compilatores de vſuris quæſt. 50. num. 352. plura arreſta Senatus Pariſienſis allegant, quòd tale pactum annullat contractum tamquam vſurarium poſt Bald.conſil.487.lib.1.& conſi.114 lib.3, Imol. conſi. 25. Guido Papæ in tractatu de contractibus nu.26 & ſingul.477. Conrad.de contractibus.q.74.concluſ.5. Alex.conſ. 54.lib 6. partim quorum refert Ioan. Baptiſta Lupus in tract. de vſuris cõmentario ſecundo num.69. licet ipſe teneat contrarium, quòd per dictum pactum non reddatur contractus iniuſtus, neque vſurarius, nec debere dictam pactionem reiici ab huiuſmodi contractu, ſed obſeruari, dummodo interuenerit iuſtum pretium. allegat Conradum de contractibus quęſt. 83. concluſione octaua, & Sotum de iuſtit. & iur. lib. 6. quæſt. 5. articulo tertio, in tertia concluſionẽ; ſed dictis auctoritatibus non obſtantibus, ſtante conſtitutione Pij V. de qua ſupra non videntur bene loqui; quia in ea dicitur non obſtante tempore immemorabili centum annorum,& non obſtantibus pactis, directè aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis,aut clauſulis cõcepta ſint; & ſequitur in dicta conſtitutione, contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus: per quam clauſulam Pius Quintus declarat contractus fœneratitios celebratos contra formam dictæ conſtitutionis, & ideo hodie eſt expeditum. maxime quia Pius ſanctæ memoriæ amplectitur opinionẽ illorum, qui dicunt pactum præfatum non valere, & facere contractus cenſuum vſurarios, quàm opinionem amplector,& ſequor,& tenere contrarium propter dictam conſtitutionem

Pij

Pij Quinti,eſt valde periculoſum. vide ſupra parte 2. nu.152.

56 Sequitur in dicta conſtitutione alia particula, & illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſsè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat à Fiſco,volumus poſſe vendicari; & ſic ſi aliquid contra prohibitiones dictæ conſtitutionis tacitè,vel expreſsè detur,remittatur, aut dimittatur à Fiſco, poteſt vendicari: exemplum poteſt poni in pecunia confeſſata non numerata in ipſo contractu cenſus coram notario, & teſtibus,non obſtante quòd fateatur recepiſſe ante contractum,& renunciet exceptioni non numeratæ pecuniæ, quo caſu fatendo tacitè remittit, & renuntiando exceptioni non numeratæ pecunię expreſsè remittit: poteſt poni etiam exemplum in ſolutione cenſus anticipate facta,& in faciente aliqua pacta prohibita, vt ſunt pacta moroſum teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, cambia, expenſas ſalaria, & quæ ſoluat moroſus cenſuarius, & ſi fierent noui cenſus,ſuper cenſibus decurſis,& non ſolutis, & ſi debitor ſoluat onera quæ debet ſoluere creditor, & ſi re perempta in parte, vel in totum, creditor exigat à debitore integrum cenſum, & ſi fecit pactum quòd debitor non poſſit cenſum redimere, niſi per certũ tẽpus, & illo elapſo ſit perpetuus: in iſtis omnibus caſibus Fiſcus poteſt vendicare datum,remiſſum,vel dimiſſum,ex quo contractus eſt vſurarius factus ſub alia forma quàm ſub dicta conſtitutione continetur; quia illa omnia in dicto contractu cenſus ſunt de illius ſubſtantia,& illa omiſſa contractus eſt vſurarius, vt dicitur in dicta conſtitutione.

57 Et cum maxima ratione factum eſt à dicto Sanctiſſimo Pontifice, quia pecunia debet eſſe numerata coram notario, & teſtibus in ipſo contractu, ad hoc, vt ſit certum pretium reſtituendum,& vt ſciatur, an venditio facta ſit iuſto pretio; quia is qui dicit tantam pecuniam numeraſſe, probare debet tantam numeraſſe. l.ei qui ff.de probat. ſi pecunia eſt numerata probatur per inſtrumentum, & vlterius per teſtes aſcriptos in inſtrumento; ſi pecunia non eſt numerata, probatur ſolum confeſſione partis, quæ confeſſio de recepto ſolet eſſe ſuſpecta;& quia ſumus in caſu prohibito per Papam, quo caſu durante cauſa prohibitionis, & ſuſpitionis non ſtatur confeſſioni de recepto partis,ſed aliunde probanda eſt numeratio pecuniarũ. l. cum quis decedens §. codicillis & §.Titia, & ibi Bart. ff.de legat. tertio, Paulus, Bart. Bald. & omnes in l. per diuerſas C. mandati. Bald.in l.rogaſti §. ſi tibi col. 2, & ibi Purpur.num. 39.& ſeq.ff.ſi cert. pet. & nihilominus noluit Sanctiſſimus Pontifex, vt ſi fierent contractus cenſuum nõ numerata pecunia,quòd creditor perdat pecuniam remiſſam, & datam tacitè,vel expreſsè,& applicatur Fiſco. & ſic dicendum de omnibus aliis in conſtitutione prohibitis, & ob id quòd creditor contrahens forma non ſeruata non poſſet ſortem repetere,ſi Fiſcus inſtat pro illius vendicatione, etiam debitore contradicente, & ideo non faciunt quę dicit Tiraqu. de retractu parte 2.ad finem q.28.nu.148.& ſeq. & Ioan. Baptiſta Lupus de vſuris commentario 2. nu. 90. ſed quæ dicunt compilatores de vſuris nu.157.vide etiam ſupra n.21.

58 Præterea Pius ſanctæ memoriæ in dicta conſtitutione ordinauit, quòd dicta forma non ſolum ſeruetur in

contractibus faciendis poſt conſtitu-
tionẽ, ſed in aliis factis antea, poſtea
tamen venditis; nam in inſtrumento
venditionis cenſus, ideſt quando cen-
ſus conſtitutus transfertur de perſo-
na ad perſonam pro eodem met pre-
tio, ſeruanda eſt forma dictæ conſti-
tutionis; & ſi non ſeruetur, tranſlatio,
& venditio eſt vitioſa, & ſubiacet di-
ctæ conſtitutioni in omnibus eius par
tibus.

59 Non omitto quòd in hac conſtitu-
tione Pij Papæ V. declarantur omnes
contractus cenſuum vſurarij celebra-
ti non ſeruata forma præfatæ conſti-
tutionis, vt dictum eſt, adeo quòd
contractus huiuſmodi per iudicis ſen
tentiam ſeruatis ſeruandis, latam
confirmari non poſſunt: quia ſenten-
tia eſſet nulla ipſo iure tamquam la-
ta contra caſus legis prohibentis fie-
ri contractus cenſus ſub alia forma.
l. non dubium C. de legibus vbi tex-
tus dicit quòd ſufficit legem prohibe-
re. Aymo. conſ. 170. in fine: quare ho-
die non faciunt quæ dicunt Docto-
res relati per Tiraquell. in tractatu
retract. parte 2. §. 1. gloſ. 2. num. 30.
& Io. Baptiſtam Lupum in tract. de
vſur. commentario 2. num. 91. & mul
tis ſequentibus vſque ad finem §. quia
habemus legem certam, quæ lex ſer-
uanda eſt, non opiniones Doctorum.

60 Annui redditus, vel cenſus, an in-
ter immobilia computentur, & Ab-
bas in c. nulli. col. 3. verſ. quid autem
de rebus Eccleſ. non alien. tenet quòd
ex propria ipſorum cenſuum natura,
nec immobiles eſſe nec mobiles, ſed
tertiam quandam ſpeciem conſtitue-
re. quem ſequitur Alex. in additione
ad Bart. in l. mouentium ff. de verb.
ſignif. quos refert Tiraquell. de retra-
ctu lib. 1. §. 1. gloſſa 6. num. 3. ſed in-
ter immobilia annui redditus connu-
merantur à iure, & propterea ijdem
retineri non poſſunt à fratribus San-
cti Franciſci, dicit textus in Clemen.
exiui de Paradiſo col. 7. §. cunque an-
nui redditus. de verb. ſignif. & Bart.
in l. iubemus nulli in fine. C. de ſacro
ſanct. Eccleſ. vbi Bald. & alij. Tira-
quell. de retract. parte 1. §. 1. gloſſ. 6.
num. 4. & num. 5. tenet quòd Fratres
Prædicatores ſunt incapaces reddi-
tuum annuorum; aliqua dicunt mo-
derni compilatores num. 273. in tra-
ctatu de vſuris, Anton. Gabriell. in
tit. de verb. ſignif. concluſ. 8. ponit re-
gulam cum limitationibus. declara vt
ſupra parte 1. num. 49. & 50. & parte
2. num. 18.

61 Ea propter qui habent annuos cen
ſus, vel redditus excuſantur à ſatiſda-
tione quæ ſolet peti ab illis qui de fu-
ga ſuſpecti ſunt; nam poſſeſſor rerum
immobilium ad ſatiſdandum compel
li non poteſt. l. ſciendum ff. qui ſatiſd.
cogant. vbi Bart. Bald. Alber. & cæte-
ri omnes. Tiraquell. latè in d. gloſ. 6.
de retract. num. 6.

62 Et ideo minor non poteſt hos cen-
ſus alienare ſine decreto iudicis, &
auctoritate tutoris, vel curatoris.
Bald. conſ. 548. lib. 5. Barba. conſi. 12.
col. 2. lib. 3 Bertr. cõſ. 235. col. 1. lib.
3. Tiraquell. in d. gloſ. 6 num. 6. verſ.
minorem, compilatores moderni de
vſur. q. 37. nu. 273. verſ. igitur vſque
ad finem numeri vbi ampliat, & nu.
274. declarat poſſe conſtitui ſine de-
creto hos annuos redditus, ſi redun-
det in vtilitatem minoris conſtitutio
cenſus per text. in l. quid §. conſequi-
tur de contraria act. tut. & vide quæ
dixi in tract. de tutore c. 27. num. 27.
& multis ſeq. & nu. 33.

63 Nec Ciuitas poteſt cenſum ſuper
bonis Ciuitatis conſtituere, aut ven-
dere ſine ſolemnitatibus quæ in ven-
ditio-

ditione rerum immobilium Ciuitatis requiruntur iuxta l.fin.C.de venden. rebus Ciuitatis lib. 11.& ibi Bart. & Io.de Platea.Tiraquell.in dicta glo. 6.num.6.verſ.ſicuti requiſita in alienatione bonorum Ciuitatis poſui in c.vt minorum conſtit. Aegidian.glo. 6.num. 31.& ſeq. vide Follerium in praxi cenſuali num. 36. fol. 164. & ſeq.vide etiam ſupra parte 2. nu. 79. Sed hodie communitates pro aliis fideiubere non poſſunt, & ſi fideiuſſerunt debent infra annum liberari, vt in conſtitutione Xiſti V. ſub datum Kalend.Octobris 1586.anno ſecũdo, ideo caueant qui dant pecunias ad cenſum ne capiant in fideiuſſores communitates.

64 Idem dicendum eſt in Eccleſia per textum in dicta l.iubemus nulli C.de ſacroſan.Eccleſ.vbi Doctores,& Dominic.in c.2. col. 3. verſi. de redditibus,de rebus Eccleſ.non alien.lib. 6. & Tiraquell.in d.6.gloſſa nu.6. verſ. nec annuos quoque, ratio eſt, quia qui non poteſt vendere res immobiles ſine ſolemnitate, hos annuos redditus vendere non poteſt. Bald. in c. ad audientiam il 2. col.2.verſ.in glo. 1.de reſcript.& Tiraquell. vbi ſupra.

65 Dixi ſupra num.51.quòd intentari poteſt Saluianum interdictum pro conſecutione cenſuum decurſorum, & non ſolutorum, qui Arreragia in Francia nuncupantur, vt dicit Tiraquell.de retractu parte 1.§.1.gloſ.6. num. 10. tamen ibi num. 12.dubitat an poſſit ſuper annuo redditu intentari poſſeſſorium, allegat plures Doctores, ad quos ſe remittit, ſed vltra eum vide tractatu vti poſſ. in cap. 8. num.8.& 9.Puteus deciſ. 418. lib.2. ſed mihi placet quæ dixi ſupradicto num. 51. in hac quæſtione, & à ſententia lata in cauſa cenſus quando agitur poſſeſſorio non datur appellatio.Afflictus deciſ.395.num.8. Decius conſ. 136. Ripa in l. fin. num. 4. C.quorum bono.

66 Sed an debitores cenſuũ poſſint cogere illorũ emptores, vel creditores, vt pro eis capiant in ſolutum aliquẽ fundum,& Tiraquell.in d.6.gloſſ.nu. 20.& 21.plures adducit tenentes poſſe cogi emptorem, & plures contrarium tenentes; mihi vero videtur ꝙ non poſſit cogi per ea quæ dicuntur in conſtitutione Pij Papæ Quinti, de qua ſupra num.32.quia dicitur in ea ſi ipſe emptor vult emere præfertur omnibus, ergo à contrario ſenſu ſi non vult emere cogi non poteſt in ſolutum capere, quæ datio in ſolutum eſt ſimilis emptioni, & venditioni.

67 Poteſt etiam hic annecti quæſtio valde neceſſaria, puta ſi emptor cenſus,vel redditus ſtetit per triginta annos quòd non exegit à venditore annum redditum,an ſpatio triginta annorum hæc annui cenſus præſtatio præſcripta ſit;& non præſcribitur hęc annua præſtatio, quia in his promiſſionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus quæ dationes per ſingulos annos,vel menſes continent, non à principio talis obligationis, ſed ab initio cuiuſque anni, vel menſis computatur præſcriptio. dicit textus in l. cum notiſſimi.C.de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum, videlicet ab initio temporis quo ceſſatum eſt, vt declarat ibi gloſſa, quam ibi ſequuntur Bart. Bald. & alij. & ideo præſcriptiones annuæ præſtationis tot ſunt quot anni præſcripti ſunt ſpatio triginta, vel quadraginta annorum: nam qualibet annua præſtatio indiget ſua præſcriptione triginta,vel quadraginta annorum. Balbus de præſcript. parte quarta, quartæ

partis principalis.q.4.Aymo. de antiquit.tempor.parte 4. num. 180. & ſeq Gigas de penſion. q 83.& 84.moderni compilatores de vſuris, quæſt. 16.num. 201.& ſeq. Guido Papæ q. 406.& Boetius deciſ.336.per totum, & in fine dicit quòd tollitur centenaria præſcriptione hæc annua præſtatio,quam concluſionem reprehendit Aymo in d 4.parte de antiq.tempor. num.180.verſ.ſed aduerte.

68 Et quia ſupra num.25.& 26. diximus quòd res ſuper qua cenſus imponitur perpetuò obligata remaneat ex legis diſpoſitione, & ſi contingat debitorem cenſus, vel venditorem deficere in bonis, an iſto caſu reſpectu emptoris ſit neceſſaria excuſſio,& videtur dicendum quòd iſta res particularis ſuper qua cenſus eſt impoſitus ſpecialiter obligata exiſtat ex legis, ſeu Extrauagantium huiuſmodi diſpoſitione, & non videtur iſto caſu neceſſaria excuſſio, vt dicit Bald. in rub. C. de his quæ in fraud. cred. & Neguſan. de pignor. parte octaua membro primo num.21. Anton. Gabriell. de fideiuſſor. concluſ. prima num.75.limit.20.

69 In conſtitutione Pij Papæ V. dicitur,quòd re in totum, vel pro parte perempta, vel reddita infructuoſa in totum, vel pro parte, ad ratam emptoris infructuoſa effici voluit, vt dictum eſt ſupra num.25. quia quando res perit, emptori cenſus perire debet. vt puta ſi ager terræ motu corruat, vt non ſit amplius ager, damno domini eſſe, & conductor non tenetur ad fructus, quia oportet agrum præſtari conductori,vt frui poſſit. dicit textus in l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis,& §.ſi labes ff.locati in fine,&in hoc caſu peremptionis rei,eſt locus conſtitutioni Pij V. quia ager ſuper quo cenſus eſt impoſitus, frui non poteſt per venditorem, & ſi venditor non habet fructus ex agro,cenſum ſoluere non tenetur.

70 Res etiam redditur infructuoſa ſi lue tempeſtatis,vel alio cœli vitio accidiſſent damna in vno anno,ſi in aliis annis damna illius anni non fuerunt in fructibus recompenſata, debet de dicto anno ratio damni præfati haberi in conductione fructuum.l.licet C. locati,&ſimili modo ſi à locuſtis damnum datum ſit,fructus ſequentis temporis damna illius anni reſarciet. l. excepto C. eodem titulo locati, & l. ex conducto §.fin.ff.locati.nã licet ex caſu fortuito modicum damnum habuerit colonus, æquo animo ferre debet, quia non auferrtur immodicum lucrum ſequentium annorum. l. ſi merces §. vis maior ff. locati, quia quando fit remiſſio damni colono ob ſterilitatem,ſi ſequentibus annis contingat vbertas, nihil nocet domino remiſsio vnius anni; quia in aliis annis vberibus dictam penſionem remiſſam exigere poteſt, etiam quòd fuerit vltimus annus ſterilis, in quo non fit remiſsio ſi anni præcedentes vberes fuerunt.l.ex conducto §. Papinianus,aliàs eſt lex quæ incipit ſi vno anno ff. locati.

71 In colono vero partiario, damnum,& lucrum cum domino partitur, l.ſi merces §.vis maior,verſ.alioquin, vbi Bart.not.3.ff.locati, & gloſ.in l.ſi apes §. item ff. de furt. & in hoc caſu mihi videtur quòd ſit venditor cenſus ſuper aliquo fundo, nam ſi vendit decem annui cenſus, ſuper fructibus dicti fundi, ſuper quo fuit ſterilitas vnius anni, ex quo vberiores fructus illius fundi percepit emptor in illo, & aliis annis non poteſt remiſſionem petere, prout non petit colonus partia-

tiarius ꝓpter ius ſocietatis quod habet colonus partiarius in fundo;& ita propter ius quod habet vēditor in dicto fundo , ſuper quo cenſus impoſitus eſt, in contractu cenſus non habet locum remiſſio propter ſterilitatem vnius anni:quia non venditur fundus iuſto pretio,ſed vēditur cenſus ſuper fructibus dicti fundi , & ſic remanet poſſeſſio fundi penes venditorem cenſus, & licet de fructibus ſoluat cenſus , tamen remanent maiores penes eum; & idèo debet eſſe res,ſuper qua imponitur cenſus , fructuoſa de ſui natura, vt dicitur in cōſtitutione Pij V. ſi vero dictus fundus efficiatur ex aliquo accidenti per plures & plures annos infructuoſus,tunc efficitur pro rata infructuoſus emptori cenſus, & & quanta ſit iſta rata , dico quod eſt arbitraria cuicunque iudici,ad quem ſi caſus occurrat n.e remitto.vide Menoch.de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 76.& 77.

F I N I S.



TRACTATVS
DE CONTRACTIBVS ET SOCIETATIBVS OFFICIORVM

VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I. C. ROMANI.

INSTRVMENTVM SOCIETATIS Officiorum ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ.

IN NOMINE DOMINI, &c. Per præſens publicum inſtrumentum, &c. in mei, &c. perſonaliter conſtituti domini Petrus N. Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum notarius, ex vna, & Iacobus N. ex altera, ſponte, &c. inierunt inter ſe ſocietatem ſuper dicto officio notariatus, quam tenere & durare voluerunt ad ſex menſes pro-

xime venturos, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta, & intimatione quindecim dierum pręcedente quæ fieri poſſit domi dimiſſa copia, in qua ſocietate dictus Iacobus poſuit ſcut. 200. auri in auro quæ dominus Petrus ab eodem domino Iacobo præſente in mea notarij, &c. Præſentia, in prompta, & numerata pecunia recepit, & ad ſe traxit, de quibus, &c. Exceptionis, &c. Et illa reſtituere promiſit eidem Iacobo præſenti, &c. ſeu cui ipſe Iacobus ceſſerit in ſimili ſpecie ſtatim finita præſenti ſocietate, abſque exceptione, & illa durante facere participem dictum Iacobum in fructibus ordinariis & extraordinariis dicti officij pro rata parte, quam partem propter incertitudinem fructuum dicti officij, & faſtidia computorum quæ de ſuper oriri & eſſe poſſent, dictus Iacobus conduxit ab eodem Petro ad rationem ſcut. duodecim ſimilium pro quolibet centinario in anno, quæ ſolui debeant de ſemeſtri in ſemeſtre, & in principio cuiuſlibet ſemeſtris & ſint libera exempta ab omni onere ordinario & extraordinario, decima ſuſidio impoſitione quauis authoritate impoſiti & imponendi etiam in euentū belli peſtis obitus Pontificis concilij etiam ipſo domino Petro officium amittente, ſeu dimittente, & in quoſcunque alios caſus, & euentus qui eſſe poſſent, cum pacto quod dicta ſcut. duodecim ſimilia ſemper currant & debeantur ad eandem rationem etiam in omnes dicto euentus, ac poſt finitam, ſeu diſdictam ſocietatem vſque ad integram, & realem dictorum 200. ſcut. reſtitutionem loco damnorum & intereſſe, quę ad tantundem dicti cōntrahentes extimarunt & taxarunt. Super morte autem conuenerunt, quod moriente domino Iacobo ante dominum Petrum durante ſocietate huiuſmodi, morte tamen naturali non violenta

non vi, ferro, nec veneno, ſeu alitercunque inflicto ab homine violenter, quod dictus Petrus lucretur dicta ſcut. 200. & teneatur tantum ad ſolutionem fructuum decurſorum non ſolutorum. In omnes autem alios caſus & euentus. Idem dictus Petrus teneatur ad dicta ſcut. 200. ſolutionem & reſtitutionem, & dictus Iacobus ſponte, &c. Confeſſus fuit habuiſſe dictam ratam partem conductam, ſeu fructus primi ſemeſtris ab eodem domino Petro de quibus, &c. Vlterius conuenerunt, quod dictus dominus Iacobus poſſit nominare. aliam perſonam, & in eam periculum mortis, ac dicta ſcut. 200. cum omni iure quod habet virtute præſentis obligationis & inſtrumenti, tam coniunctim, quàm diuiſim, dictaſque pecunias in totum, ſeu in partem arbitrio ſuo transferre, & ſe in totum, vel in parte excludere, quæ perſona poſſit & valeat vti præſenti inſtrumento, & contra quoſcunque illius virtute agere, & experiri in iudicio & extra, in omnibus & per omnia, prout ipſe Iacobus poſſet, ſi illam non nominaſſet, adiecto pacto, quod dictus Iacobus teneatur eandem nominationem, & tranſlationem intimare, & viuere per decem dies poſt factam intimationem, quæ etiam valeat domi dimiſſa copia, & idem dictus Petrus promiſit dare in fideiuſſorem huic ſocietati, qui perſonaliter & inſolidum accedent dominos N. & N. Quos licet abſentes me notario, &c. indemnes releuare promiſit: & promiſit quòd moriente, ſeu conditionem deteriorante vno, ſeu quolibet ipſorum, dare alium, ſeu alios æque idoneos, qui eodem modo accedant alias voluerunt dicti contrahentes quod ipſe dictus Petrus teneatnr ad reſtitutionem & ſolutionem omnium, & quorumcunque ad quæ teneretur ſi ſocietas eſſet finita præſentibus, &c. teſtibus.

INDEX TRACTATVS DE SOCIETATIBVS OFFICIORVM.

ABſentibus fideiuſſoribus, ſunt renouandæ cautiones. num. 114.
Abſenti pro quo notarius ſtipulatus eſt, an quæratur ius ante ratificationem. num. 112.
Abſenti quando diſdici ſocietas poteſt. num. 13.
Abortu mulieris non lucrantur pecuniæ. num. 35.
Alienare prohibitus intelligitur in totum non reſpectu ſocietatis. nu. 205. & 208
Aqua mortuus ex pacto non perditur pecunia. num. 119. & num. 167.

B

BONA fides debet eſſe in ſocietate. num. 8. in fine.

C

CEDVLA quæ fit pro numeratione pecuniæ qualis eſſe debet. num. 142.
Ceſſio actionum vni fideiuſſori qui ſoluit etiam ex interuallo fieri poteſt. nu. 116.
Ceſſionarius fideiuſſor poteſt agere contra Correos detracta portione ſua. numero. 55.
Ceſſio facta per illum qui poſuit pecunias ad fauorem tertij quando ſit ſimulata. num. 100. & 101.
Cedere actiones tenetur fideiuſſori ſoluenti creditor cõtra alios confideiuſſores & principales. num. 51.
Ceſſio hypotecę non fit extraneo ſoluẽti ad hoc, vt ſibi cedat nomen. num. 52.
Ceſſio non fit quando principalis conuentus eſt qui ſoluit, vel dedit alium fideiuſſorem. num. 53.
Cedere omnes actiones creditor fideiuſſori ſoluenti tenetur. num. 54.
Ceſſio ſimulata præſumitur niſi conſtet de veritate pretij. num. 101.
Clauſulæ addita inſtrumento antiquo ſocietatis numeratur à num. 109. & multis ſeq.
Conſenſus in ſocietate reſpectu periculi vitæ an tacitus ſufficiat, vide infra ratificatio.
Conſuetudo exigendi fructus ad ratificationem duodecim pro centinario finita ſocieta-

cietate nihil operatur in vſuris. numero. 134.

Conſuetudo ſoluendi fructus in ſocietate etiam illa finita ad rationē duodecim pro centinario, an ſit contra ius. num. 177.

Conuentio in ſocietate ad rationem duodecim pro centinario finita ſocietate loco damnorum an ſit licita. num. 174. & ſequen.

Conuentio facta diſdicta ſocietate inter dantem pecuniam, & recognoſcen. bonam fidem de ſoluen. duodecim pro centinario pro ſex menſibus ſub periculo vitæ creditoris an valeat. numero 196. & 197.

Creditum ex cauſa fundari an poſsit ex ſola confeſsione de recepto transferri in ſocietatem. num. 192. & 198.

Creditum verum poteſt in ſocietatē transfundi per ſtipulationem & caſſationem primi contractus & non aliās. nu. 193. & 195. & num. 66. & 68.

Creditor alicuius an poſsit ſuper ſuo credito facere ſocietatē & quomodo. nu. 25. & vide infra.

Creditor qui non poſuit creditum in periculo ſocietatis, ſed finxit eſt in dolo. num. 24.

Creditoris dolus ex nimia diligentia & ex aliis probatur. num. 27.

Creditori ſcribenti in ſuo libro habuiſſe pecunias ab officiali qui negat illas dediſſe an credatur. num. 29. & 30.

D

DEBITVM ex vno contractu quando ex alio contractu ſubſequenti ſublatum cenſeatur. nu. 67. & 193. & ſequen.

Debitū ex cauſa venditionis quando transferatur in alium contractum. num. 68. & 193.

Defenſio quæ vni ex ſociis competit an pro ſit alteri ſocio quando dicitur de nullitate contractus. num. 129.

Dies 15. ſolum diſdicta ſocietate currunt non in aliis caſibus. num. 164.

Diſdicta ſocietate infra tempus in quo fideiuſſor eſt obligatus fideiuſſor tenetur. num. 12.

Diſdicta ſocietas declaratur finita & quid in diſdicta debet contineri. num. 9.

Diſdicta ſocietatis an abſenti ab vrbe fieri poſſit. num. 13.

Diſdicta ſocietatis per curſorem debet apud acta reproduci. nu. 14. & nu. 154. & 190. & 163.

Diſdicta ſocietatis exequta durat poſt ſex menſes per 15. dies. num. 15.

Diſdictæ quindecim dierum qñ currere incipiant an à die intimationis, vel reproductionis. numero 163. & 190. & 154.

Diſdicta intra ſemeſtre nihil operatur niſi elapſo ſemeſtri. num. 157.

Diſdici poteſt ſocietas per procuratorem ſpecialem ad ita facien. numero. 17. & 190.

Diſdici ſocietas poteſt officiali & fideiuſſoribus, tam perſonaliter, quam domi. num. 107.

Diſdici poteſt ſocietas ſocio etiam extraiudicialiter. num. 154. & 190.

Diſdictæ ſocietatis forma quæ ſit. nu. 160.

Diſſolutio ſocietatis ex quibus actibus inducatur. num. 180.

Diſpenſatio Papæ ſuper damnis & intereſſe ad rationem duodecim pro centinario quando ſubſtineatur. num. 202.

Diuiſio non fit inter fideiuſſores & principalem, etiam ſubalternum. num. 85.

Dolus qualiter probetur, vide ſupra creditor & num. 24. & ex falſa aſſeueratione dolus probatur. num. 171.

Donare quando videatur fructus illos ſcienter ſoluens finita ſocietate. num. 173. & num. 191.

E

EMPTOR officij non eſt obligatus in ſocietatibus prædeceſſorum factis ſuper dicto officio. num. 99.

Exceptio non numeratæ pecuniæ in ſocietate nihil operatur & quare. numero. 142.

Excuſſionem quando vnus ex fideiuſſoribus petere poſſit. num. 56.

Exilium neceſſarium duplex eſt & quod. num. 96.

Extraiudiclales actus omni tempore fieri poſſunt. num. 154.

F

FERRO mortuus non perdit pecuniae. num. 112.

Fideiuſſor qui recognouit bonam fidem facit quod officialis ſit fideiuſſor. nu. 200

Fideiubere quis poteſt ad tempus certum & non vltra. num. 11.

Fideiuſſores an ſint liberati liberato officiali qui illos dedit. num. 131. & ſeq.

Fideiuſſor ad tempus quando poſt tempus teneatur. num. 12.

Fideiuſſores duos dare promittens & non det niſi vnum an lucretur pecunias, nu. 143. 144. & 145.

Fideiuſſores principaliter obligati an ſint principales. num. 44.

Fideiuſſor qui recognouit bonam fidem an talis recognitio noceat ei qui dedit pecunias. num. 45.

Fideiuſſores ſi omnes acceperunt pecunias an ſint inter ſe fideiuſſores. num. 46.

Fideiuſſores omnes obligantur in fauorem illius qui dedit pecunias. num. 47.

Fideiuſſor quando poſſit vel non: beneficiũ diſcuſſionis opponere. num. 48.

Fideiuſſor principaliter obligatus ſoluens creditori cedere creditor ei tenetur actiones contra alios. num. 50.

Fideiuſſor qui acceſſit pro officiali quem proteſtatur nolle indemnem releuare an ſoluendo poſſit pro indemnitate agere num. 60.

Fideiuſſores ſimplices qui ſint. num. 61.

Fideiuſſores plures quando habeant beneficium diuiſionis. num. 62.

Fideiuſſor minoris an ſit obligatus etiam quod minoris obligatio non valeat. numero. 63.

Fideiuſſor pro releuatione indemnitatis habet mandati iudicium. num. 69.

Fideiuſſor pro indemnitate agit pro ſorte, & vſuris. num. 70.

Fideiuſſor pro releuatione indemnitatis non poteſt conſequi niſi quantum ſoluit. num. 71.

Fideiuſſor poteſt agere contra mandantem antequam ipſe ſoluat. num. 72.

Fideiuſſor ſi fideiuſſit in pluri quam ſit rogatus in illo pluri non releuatur indemnis. num. 73.

Fideiuſſor & principalis obligati in certo tempore ſoluere an poſſit fideiuſſor ante ſoluere. num. 74.

Fideiuſſor an probet ſolutionem ex ſola confeſſione creditoris. num. 75.

Fideiuſſor citatus ad ſoluen. coram vno iudice poteſt coram eodem citare mandantem. num. 76.

Fideiuſſor qui acceſſit obligationi nullæ nõ obligatur. num. 77.

Fideiuſſorem certum dare promittens ſi eſt in mora tenetur alium dare & ſoluere intereſſe. num. 79.

Fideiubere non licet quia nullus debet in homine confidere. num. 80.

Fideiuſſorem alium dare loco mortui principalis tenetur. num. 82.

Fideiubere minor non poteſt. num. 211.

Fideiuſſor principalis & ſubalternus qui & an inter eos fiat diuiſio. num. 85.

Fideiuſſores in quibus caſibus renouandi ſint ad inſtantiam ſocij. num. 118.

Fini-

Finitur ſocietas ex pluribus cauſis infra ſocietas. num. 9.
Fraus & dolus debet abeſſe à ſocietate. num. 24.
Fraus & dolus qualiter in ſocietate interueniſſe probetur. num. 25.
Fructus indebite ſoluens ſcienter quando videatur donare. num. 191.
Fructus ſocietatis durante ſocietate ad rationem duodecim ſcut. debentur, & ea diſſoluta ad quantam ſummam debeantur. num. 10. & num. 178. & 179.
Fructus non debentur ex ſocietate ſi contractus eſt nullus. num. 26.
Fructus finita ſocietate ad quam rationem ſoluendi. num. 37.
Fructus promiſſi debentur ex conducto. num. 206.
Fructus quos recepit ſocius dans pecunias in inſtrumento ſocietatis in ſorte computantur. num. 38.
Fructus finita ſocietate debentur quando in totum & quando in parte. num. 174. & 175. & 178. & 179.
Fructus officij ſocio pro ſocietate proportionabiliter obligati. num. 108.
Fructus ſint liberi & exempti conueniri poteſt. num. 20.
Fructus conuenti ad rationem duodecim pro centinario finita ſocietate non ſunt ſoluendi. num. 133. & num. 136.
Fructus loco damnorum & intereſſe ad rationem duodecim pro centinario finita ſocietate non debentur. nu. 139. & 180
Fructus ſoluens finita ſocietate quãdo poſſint repeti. num. 173.
Fructus an ſint reſtituendi per hæredes dantis pecunias ſi moriatur infra ſex menſes. num. 158.

I

IGNE *mortuus ſocius non perdit ſortem.* num. 111.
Implementi exceptio quando poſſit alligari vel non. num. 144. & 145.
Infirmitas grauis qualiter probetur & per quos. num. 184.
Inſtrumenti ſocietatis pars prima. numero. 2.
Item pars ſecunda num. 18. *pars tertia,* num. 31. *pars quarta* num. 81. *pars nona.* num. 110.
Intimatio diſdicta ſocietatis declarat ſocij voluntatem & interpellat. num. 161. & 162.
Interpellatur iuramentum poſt ſcientiam. num. 145. & 162.
Iuramentum in contractu doloſo & ſimulato an aliquid operetur. num. 28.
Iuramentum interpellat. num. 145. & num. 162. & 181. *in fine.*
Indemnis ſeruatur officialis ex fideiuſſoribus praſtitis. num. 207.
Ignorantia quis excuſatur à damno. numero. 209.

L

LAVDANS *aliquem in officio publico fideiubere videtur.* num. 78.
Lucri & damni conuentio in ſocietate fieri poteſt. num. 20.

M

MINOR *faciens ſocietatem ipſe dicit de nullitate non alius.* nu. 110.
Minor non poteſt pro alio fideiubere. num. 211.
Mora quando non poteſt purgari. nu. 181. *in fine.*
in Mora non eſt ignorans. num. 181
Moroſus officialis finita ſocietate tenetur ad intereſſe taxan. per indicem. nu. 137
Morte violenta ab homine non perditur pecunia. numero 110. *vide etiam numero.* 121.

Mortuus

Mortuus in bello an dicatur mortuus naturaliter. num. 121. *in fine*,
Mors naturalis inferri alicui non poteſt niſi in quatuor caſibus. num. 92.
Mortuus eſt ſpiritualiter excommunicatus. num. 93.
Mors ciuilis voluntaria & meritoria quæ ſit. num. 94.
Mors ciuilis neceſſaria quæ. num. 95.
Mortuus reſuſcitatus an perdat pecunias. num. 97.
Morte officialis finitur ſocietas. num. 98.
Morte ſocij expirat ſocietas. num. 32.
Mors naturalis quæ ſit. num. 33.
Mors violenta quæ ſit. num. 34.
Moriens mulier in partu, vel in abortu quando lucretur pecunia. num. 35. *& num.* 120.
Morte ſocij dantis pecuniam lucratur pecunia. num. 36.
Mors quam quis ſibi intulit non dcitur violenta, ſed voluntaria. num. 122.
Mortuus natando in flumine dicitur mortuus morte naturali. num. 167.
Mortuus in duello an dicatur mortuus morte naturali. num. 87.
Mors violenta cauſata à ſocio quid operetur num. 88.
Mors à ſeipſo illata an ſit violenta. nu. 80. *&* 122.
Morte proueniente à iudice an quis lucretur pecunias. num. 91.
Mors proueniens ex prægnantia, vel partu mulieris excipitur. num. 115.
Mors quando ſit probanda per teſtes de viſu, vel publica voce, & fama. nu. 222. *quid, ſi probetur per litteras de partibus. num.* 223. *& quid. in morte de recenti. num.* 224.
Mors ſi probetur per vnum teſtem de viſu an ſufficiat. num. 225. *& ibi de morte militis bellum ingredientis.* 226.
Mulieris periculo poſita pecunia in ſocietate quando non lucrentur. num. 117.

N

NOMINATIO *facta de notario rogato de ſocietate an valeat. nu.* 153
Nominari alia perſona in ſocietate ex pacto poteſt ponendo in ea periculum mortis & quando. num. 39. *& num.* 141. 109. *&* 117.
Nominatio quando ſit facta ſine fraude. num. 182. *&* 184. *&* 186,
Nominata perſona vti poteſt inſtrumento ſocietatis. num. 42.
ſuper Notariatus officio facta ſocietas an vendito officio diſſoluatur in totum. num. 165. *&* 199.
Nudum nomen aſſerens habere facit ſocietatem ſimulatam. nnm. 100.

O

OFFICIALIS *quæ vendidit officium illo die in quo contraxit ſocietatem non lucratur pecunias & quare. num.* 150. *& ſeq.*
Officialis qui promiſit dare ſocio qui dedit pecunias duos fideiuſſores & non dedit niſi vnum non lucratur pecunias morte ſocij. num. 143.
Officium morte dimiſſione, & renunciatione perditur. num. 10.
Officialis qui non poteſt officium vẽdere & fructus percipere an poſſit facere ſocietates. num. 204. *& ſeq.*
Officialis qui recepit pecunias promittit dare certos fideiuſſores. num. 43.
Officialis, quando alius recognoſcit bonam fidem & declarat pecunias ad ipſum ſpectare an ſit fideiuſſor vel principalis. num. 58. 59. 84. *&* 85.
Officialis ſi declarat non velle fideiuſſores releuare indemnes an contra eum fideiuſſores pro indemnitate agere poſſint. num. 60. *&* 130.
Officialis tenetur exprimere quot ſocietates ſint ſuper eius officio. num. 103.
Officia-

Officialis eſt fideiuſſor reſpectu illius qui recognouit bonam fidem. num. 200.
Officialis tacens vel dicens falſum in ſocietatibus priuatur officio. num. 104.
Officiis duobus an poſſit fieri ſocietas ita vt vendito vno ſubſtineatur in alio. nu. 185. & ſequen.

P

PACTVM quod ſi diſſoluatur ſocietas nihilominus fructus ad rationem duodecim ſoluatur an ſit licitum. n. 10.
Pactum de ſoluendo fructus ad rationem duodecim pro centinario finita ſocietate non eſt licitum. num. 134. & 135. quod eſt illicitum omni iure contra 178. & 191. & 179.
Pacto reſolutiuo ſi non ſoluat fructus tali die finitur ſocietas. num. 140.
Pactum appoſitum in ſocietate ſuper perſona forenſi qui teneatur docere de ſuperuiuentia eſt vtile. num. 170.
Pactum ſuper fructibus ad duodecim pro centinario finita ſocietate validum eſſe. num. 178. & 191.
Pactum factum inter dantem pecuniam & recognoſcentem bonam fidem poſt diſdictam ſocietatem quod ſoluantur fructus & interim pecuniæ ſtent ſub periculo vitæ dantis an licitum. num. 196. & 197
Pactum reſolutiuum ſtatim contractum nõ impletum reſoluit. num. 140.
Papa an poſſit diſpenſare ſuper fructibus officiorum finita ſocietate. num. 201.
in Partu ſi moriatur mulier non lucrantur pecuniæ. num. 130.
Pecunia in ſocietate officij debet eſſe prompta & numerata. num. 8. & 68.
Pecuniæ loco ſi ponatur pretium veſtis an valeat ſocietas. num. 64. & ſeq.
Periculum vitæ ſi perſona non nominatur remanet in his qui dederunt pecunias. num. 183.
Periculum vitæ ſuper perſonis nominatis per M. in ratificatione ſocietatis. num. 31. & 109.
Periculum vitæ in perſona alterius infra quindecim dies poni debet. num. 117.
Peſte mortuus non perdit pecunias ex pacto. num. 113. num 198. verſ. & licet.
Periculum vitæ ſuper perſona nominanda fieri debet antequam ſoluantur fructus ſecundi ſemeſtris & quomodo. numero. 186.
Periculum vitæ ſi aſſerat officialis in ſocietate, quod eſt poſitum in perſona ſua abſente eo qui dedit pecunias, quid agendum ad hoc vt valeat dicta aſſertio numero. 212.
Periurium an poſſit remitti tacite, vel expreſſe. num. 145. circa medium.
Prægnans mulier ſi moriatur non lucratur officialis pecunias. num. 115.
Pretio veſtis contracta ſocietas quando ſubſtineatur, vel non. num. 64. & ſeq.
Principalis ſocius an ſit officialis, vel ille qui declarauit commodum ſocietatis ad ipſum ſpectare. num. 58.
Procurator poteſt diſdicere ſocietatem. num. 17. & per eum fieri poteſt. numero, 159.
Promiſit officialis dictum ſocium qui dedit pecunias facere participem ſuper omnibus fructibus pro rata. num. 18. & 108

Q

QVATVOR ſi ſunt nominati inſtrumento tamquam ſocij & duo ſoluerunt pecunias & receperunt fructus an illi qui non ſoluerunt cenſeantur ſocij, vel illi qui ſoluerunt tantum. num. 198.

R

RATIFICATIO ſocietatis expreſſe fieri debet. num. 156. & 185. quia conſenſus

ſenſus verbis declarari debet. nu. 211.
*Ratificatio tacita an ſufficiat in ſocietate. num.*183.
Ratificatio ſocietatis per eum qui poſuit pecuniam qualiter ſit fienda. numer. 141. & 156.
Ratificatio ſocietatis qualiter probetur. num. 183. *ſtilus circa ratificationem. num.*185.
Ratificata an cenſeatur ſocietas ex ſolutione pecuniarum & receptione fructuum. num. 198.
Ratificare periculum vitæ an poſſit capſerius dantis pecunias. num. 214.
Ratificatio expreſſa requiritur circa periculum vitæ. num. 215.
Recognoſcens bonam fidem liberato officiali à creditore ipſe non liberatur & quare. num. 132.
*Renouata quando dicatur ſocietas, nu.*171. & 172.
Renuncians omni iuri & legum auxilio non renunciat beneficio cedendarum. num. 49.
Renunciatio generalis beneficiorũ non extenditur ad id quod quis habiturus eſt num. 57.
Reſtituere ſortem tenetur ſi non dat alium fideiuſſorem loco mortui. num. 83.

S

SCIENS *vnus ex ſociis contractum ſocietatis illicitum an poſſit illi ſe opponere vel ſit in culpa. num.* 127. 128.
Scire debet qualitatem ſocij qui cum eo contrahit. num. 148.
Societas facta ſuper duobus officijs an vendito vno ſubſtineatur in alio. num. 187. & 188.
Societas vt dicatur finita & diſſoluta probari debet & clare. num. 155.
Societas renouata in tempore diſdicta in quo obiit qui dedit pecunias, eſt reſcindenda & danda pecunia officiali. numero. 147.
Societas finitur reſignato officio. num. 151.
Societas facta de nouo per fideiuſſorem pro ſoluendo primo debito ſi moriatur dictas pecunias lucratur principalis debitor non fideiuſſor, num. 146.
Societas ſine officio fieri non poteſt & pro tota ſumma debent officij fructus ſufficere. num. 126.
Societas non perficitur niſi vere ponatur pecunia in ſocietate & quomodo. numero. 124.
Societas non perficitur ſi non ratificetur per dantem pecuniam infra quindecim dies. num. 125.
Societatis contractus conſenſu perficitur. num, 149.
Societates fictitiæ & ſimulatæ nullam habent exequtionem. num. 106.
Societates fiunt à notariis & quomodo valide fieri poſſint. num. 123.
Societas 500. *ſcut. facta ſuper officio militis pij qui non reddit niſi* 50. *quolibet anno & officialis promiſit ſoluere* 60. *an ſit valida dicta ſocietas. num.* 102.
Societatis contractus habent effectum ſuũ ſi legittime, & valide conſtituti ſint. num. 105.
in Societatibus officiorum ad hoc vt ſint licitæ, conſuetudo ſeruanda eſt. num. 1.
Societas eſt ius quodammodo fraternitatis. num. 3.
Societas contrahitur conſenſu. num. 4.
Societas coiri poteſt in perpetuum, vel ad tempus. num. 5.
Societas durat quouſque ſociorum conſenſus durat. num. 6.
Societas coiri poteſt ſi alter pecuniam conferat, alter non. num. 7.
Societas ex quibus cauſis finiatur. numero. 9.
in Societate lucri & damni particularis cõuentio fieri poteſt. num 19.

Socie-

Societas quando poteſt dici facta fraudandi cauſa. num. 24.

ex Societate doloſa non debentur fructus. num. 26.

Societas quod facta ſit ſuper officio probatur ex inſtrumento. num. 177.

Societas ſuper notariatu A. C. an vendito officio reſeruatis ſcripturis notario remaneat ſocietas ſuper ſcripturis in totum vel in parte. num. 165.

Societas 200. *ſcut. ſolutis* 100. *remanet ſocietas in* 100. *num.* 166.

Societas facta ſuper vita perſonæ forenſis in reſtitutione pecuniarum cui onus incumbat probandi vitam, vel mortem. num. 169.

Societas quando ſit, vel non ſit renouata vere vel doloſe. num. 171. *&* 172.

Societas ſuper officio quando facta dicatur. num. 177.

Societas ex ſolutione ſortis quando finita dicatur & quando non. num. 180.

Societas contracta cum Lazaro qui ceſſit iura ſua Iacobo, ex cuius morte finiatur. num. 181.

Societas facta ſuper duobus officiis vno vendito an diſſoluatur. num. 187. 188. *&* 189.

Societas ſine officio an fieri poſſit & recipere fructus & ponere ſub periculo vitæ pecunias. num. 196. *&* 197.

Societas ſuper ſcripturis officij ſubſtinetur. numero. 199.

Societas an ſit perfecte ratificata ex ſolutione pecuniarum & fructuum receptione. num. 198. *per totum.*

Societas facta cum N. abſente, qui expreſſe ſocietatem non ratificauit licet exigens fructus an valeat. num. 212.

Societas non eſt vbi periculum vitæ non eſt ratificatum per dantem pecuniam. numer. 212.

Societas contrahi poteſt ſuper officio emendo per eum qui accepit pecunias. num. 213. *& quando non valeat.* 214.

Socius qui dedit pecunias ſi liberauit principalem officialem an liberauerit fideiuſſores per eum dati. numero 131. *& ſequen.*

Socius qui dedit pecunias ſi obiit iam ſunt decem anni & officialis ſemper ſoluit fructus computantur in ſorte. numero. 138.

Socius finita ſocietate poteſt petere quod poſuit in ſocietate cum fructibus. numero. 21.

Socius quod promiſit ponere rem in ſocietate & eſt in mora cogi poteſt. numero. 22.

Socij morte vel venditione officij finitur ſocietas. num. 40. *&* 140.

Socius poteſt transferre in alium pecunias quas poſuit in ſocietate. num. 41.

Socius principalis quis ſit an officialis vel ille qui recognouit bonam fidem. num. 58 *&* 84.

Socius condemnatus ſententia iudicis ad mortem qua ſecuta eſt an lucrentur pecunias. 81.

Socius quid ſi declarat in ſocietate non habere niſi nudum nomen & commodum ſpectare ad alium cui ceſſit actiones an ceſſio ſit valida. uum. 100.

Socius nou eſt ceſſionarius fructuum ſocietatis. num. 181.

Solutione ſortis quando dicatur finita ſocietas & quando non. num. 180.

Solutione facta ſocio non diſdicta ſocietate non extinguit ſocietatem & quid requiratur vt ipſa finiatur. num. 180.

Stilus Aud. Cam. in ratificatione ſocietatum. num. 185.

Stilus in nominatione perſonæ ſuper periculo vitæ perſonæ, nominandæ. numero. 186.

Stipulatio notarij pro abſentibus quid operetur. num. 198. *verſ. quibus.*

T

TElo mortuus quomodo intelligatur & quid veniat teli appellatione. num. 122.

V

VItæ periculum poni poteſt ſuper perſona exiſtente Venetiis, diſdicta ſocietate an vita illius ſit probanda & per quem. num. 212.

Veritas à quocunque dicta ſequenda, quia CHRISTVS eſt veritas. num. 203.

Vtile per inutile quando vitietur in ſocietate. num. 126.

Vſura prohibita omni iure. num. 135.

Vulneratus letaliter ſi proiiciat ſe ex feneſtra an morte violenta, vel voluntaria mortuus ſit. num. 168.

Vulneratus letaliter qui ſuperuixit vltra 40. dies poſtea obiit an mortuus ſit ex vulnere. num. 215. & ſi moriatur infra duos dies intelligitur mortuus ex vulnere. ibi in fine.

Vulnus ſi non eſt letale vulnerans non tenetur de occiſo. num. 216.

Vulneratus mortifere ſi poſtea naufragio moriatur an vulnerans teneatur de occiſo. num. 217.

Vulnerans letaliter, alius poſt illatū vulnus occidit vterque tenetur de occiſo. num. 218.

Vulnus quando præſumatur letale. nu. 219

Vulnus illatum debili, quando vulnerans teneatur de occiſo attẽta qualitate vulneris. num. 220.

Vulnus illatum alicui qui ſupræuixit per multos dies an ſit letale eſt in arbitrio iudicis. num. 221.

PRO-

PROOEMIVM.

1 QVONIAM in ſocietatibus officiorum ſi non ſeruentur conſtitutiones Apoſtolicæ,& ſtylum Romanæ Curiæ', antiquitus laudabiliter obſeruatum, poſſet vſura facillime comitti in graue damnum & periculum contrahentium, tam reſpectu animæ, quàm fiſci, quia vbi dicitur fieri ſocietas ſuper officiis, non fiat ſocietas, ſed mutuum verum vel palliatum, & ſic vſura: Propterea decreui aliqua ſup dictis ſocietatibus dicere adhoc, vt eas facientes vitare poſsint prohibita, & ſeruare permiſſa: nam permiſſa ſunt ea, quæ in forma inſtrumenti, contractuum huiuſmodi narrantur: prohibita vero ſunt omnia quæ in inſtrumento non conſonant, & adhoc vt poſsint prohibita & permiſſa cognoſci, capiam antiqui inſtrumenti ſocietatis formam per partes inſeram cum ſtylo, & conſuetudine moderna: & quæ neceſſaria ſunt declarabo adhoc, vt præmiſſa facilius pro veritate cognoſci poſsint; non inſeram conſtitutiones deſuper editas per Leonem X. Paulum IIII. & Pium etiam IIII. quia in eis non datur forma contrahendi ſocietates ſuper officiis, ſed in dicto inſtrumento datur forma qualiter ſint contrahendæ & quatenus licitæ efficiantur ſocietates, ex quo inſtrumento conſuetudo temporis immemorabilis reſultat, quæ in hoc eſt altera lex; & propterea ſeruanda, & interpretatione iuuanda.

PRIMA PARTICVLA Inſtrumenti ſocietatis officiorum antiqui, &c.

2 IN Nomine Domini noſtri IESV CHRISTI anno, &c. Perſonaliter conſtituti domini P. ſcutifer Apoſtolicus ex vna, & M. partibus ex altera inierunt inter ſe ſocietatem ſuper dicto officio ſcutiferatus, quam tenere & durare voluerũt ad ſex menſes proxime venturos, & deinde ad beneplacitum ambarum partium cum diſdicta & intimatione præcedente, qua fieri poſsit domi dimiſſa copia. in qua ſocietate .M. poſuit ſcuta 200. monetę quæ. P. ab eodem. M præſente, in præſentia mei Notarij in prompta & numerata pecunia recepit, & ad ſe traxit, de quibus, &c. exceptioni, &c. & illa reſtituere promiſit eidem M. præſenti ſeu Cui idem .M. ceſſerit in ſimili ſpecie, ſtatim finita preſenti ſocietate abſque exceptione, &c.

3 Societas Ius quodamodo fraternitatis in ſe habet. dicit textus in .l. verum eſt. in principio. ff. pro ſocio & ob id ſocij debent eſſe quaſi fratres, & fit vel ſuper omnibus bonis, vel aliquo particulare negotio, vel negotiationis alicuius .l. 5. ff. pro ſocio, & inſtit. de ſociet. in princ. &c.

4 Conſenſu ſocietas cõtrahitur, nam non poteſt eſſe ſocius meus, quem ego ſocium eſſe nolui .l. qui admittitur. ff. pro ſocio .§.1. inſtit. de obligat. ex conſenſu. & .§.1. de ſocietate, & poteſt ſocietas fieri re, verbis, & per Nuntium .l.4. ff. pro ſocio ideo requiritur conſenſus vtriuſque partis propterea dicitur in principio inſtrumenti ſupra num. 2. perſonaliter conſtituti .d. P.

ſcutifer Apoſtolicus ex vna, & M. partibus ex altera, inierunt inter ſe ſocietatem, ſuper dicto officio ſcutiferatus, & ſic mutuo cenſenſu inierunt ſocietatem ſuper dicto officio, ideſt ſuper re, ſuper qua, & illius fructibus ſocietas fundatur per ipſos ſocios verbis expreſsis ipſorum contrahentium, dum in inſtrumento dicitur inter ſe inierunt, & ſic iſtud principium inſtrumenti in dictis legibus fundatum eſt. vide infra num. 212. & 185. & 186.

5 Præterea ſocietas coiri poteſt in perpetuum, vel ad tempus, vel ex tempore, aut ſub conditione .l.1. in princ. ff. pro ſocio, in perpetuum, ideſt ad vitam hominis, vt dicitur in d.l.1. & ibi gloſſa quam ſequuntur Doctores. Ad tempus ideſt ſex menſes, proximè futuros, vt dicitur in inſtrumento, quã tenere & durare voluerũt ad ſex menſes proximè venturos, & deinde ad beneplacitum ambarum partium, ideſt prout ipſis placuerit partibus durare ſocietatem, quia officialis poteſt, quando vult finitis ſex mẽſibus, pecuniam reſtituere ſocio, qui illam dedit ad ſocietatem, & ſocius qui dedit pecunias, poteſt diſdicta ſocietate, vt infra dicetur, pecuniam repetere & recuperare: nam ita eſt conuentum, & hæc eſt conſuetudo.

6 Durat autẽ ſocietas eouſque, ideſt, donec in eodẽ conſenſu perſeuerauerint, & cum aliquis renunciat ſocietati, ſoluitur ſocietas, dicit textus in §. manet autem, inſtit. de ſocietate, & tã diu ſocietas durat, quamdiu conſenſus partium integr perſeuerat .l.5. C. pro ſocio. Ideo dicitur in dicto inſtrumento, cum diſdicta quindecim dierum: nam diſdicta ſocietas dicitur, quã do per Curſorem intimatur parti perſonaliter, vel domi dimiſſa copia qualiter M. qui dedit pecunias non intendit amplius continuare in dicta ſocietate & intendit ſuas pecunias recuperare. Ideo, &c. & hoc ſignificant illa verba poſita in dicto inſtrumento & quæ dicuntur in ſupradictis legibus. Bart. conſi. 96. Aret. inſtit. de interdictis. §. retinendę. Imola in cap. fin. de precario. Decius in .l. in omnibus. ff. de reg. iur. formam diſdictæ, vi de infra num. 160. & ſeq.

7 Societas coiri poteſt ſi alter pecuniã conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos comune ſit. §. nam & ita. inſtit. de ſocietate. & l.1. C. pro ſocio, & ideo in dicto inſtrumento dicitur. In qua ſocietate M. poſuit ſcu. 200 monetæ, quæ P. ab eodem M. præſente in præſentia mei Notarij, in prompta & numerata pecunia recepit, & ad ſe traxit, & ſic vnus tantum ponit pecuniam vt lucretur fructus officij vt declarabitur infra.

8 Sed iſta pecunia debet eſſe prompta, & numerata vt dicitur in inſtrumento, & ex conſuetudine Vrbis cauetur, cum non ſufficiat confeſsio de recepto, quia ei qui dicit tantam pecuniã numeraſſe probare debet tantũ numeraſſe .l. ei qui. ff. de. ꝓbat. & qualiter probetur pecunia eſſe numerata. probatur ꝑ inſtrumẽtũ, & vlterius per teſtes ſcriptos in inſtrumẽto & in ſocietatib. officiorũ probatur vltra inſtrumẽtum per cedulã ſubſcriptã ab officiali de receptione pecuniarũ q̃ ſemper fieri ſolet & vbi non reperitur dicta cedula, ſubſcripta ab officiali q recepit pecunias; ego valde dubito de ſimilibus ſocietatibus quod ſint fictæ, doloſæ, & non veræ, quæ fictiones, dolus, & fraudandi cauſa, non debent eſſe in ſocietate, nam ſi dolo malo, & fraudandi cauſa ſocietas coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt: quia bona fides cõtraria eſt fraudi, & dolo .l.3. §. fin. ff. pro ſocio,

& in

& in ſocietate debet eſſe bona fides, quia rerũ inhoneſtarũ nulla eſt ſocietas l. nec permittendum 58. ff. pro ſocio, & velle lucrari ad rationem duodecim ſcut. pro centum, & non ponere pecuniam numeratam in ſocietate & periculo vitæ alicuius, eſt vſura maxima, vt infra declarabitur: Ideo ad vitandũ vſuras vel malam fidem, fraudem, fictionem, & dolum, debet pecunia eſſe numerata, officiali, & de numeratione apparere, & per inſtrumentum, & cedulam ſubſcriptam manu officialis, & quotiens non producitur cedula ſubſcripta ab officiali ſi requiratur ab ipſo officiali, vel ab eo cuius intereſt; ſemper fraus, dolus, & mala fides præſumi poteſt in ſocietate, cum pecunia numerata non appareat aut probetur.

9 Societas finitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione. Ideo ſiue homines interierint, videlicet ille qui dedit pecuniam, vel officialis, vel maxima, aut media capitis diminutione, patiatur propter rem finitur ſocietas: ſi nulla bona exiſtũt quouis ea ſic: nam per mortem, & conſiſcatione bonorum officialis ſocietas finitur, quia ſi officialis non exiſtit, vel non habet officium, non poteſt durare ſocietas officij ſuper officio, quod non poſſidetur ab officiali: Voluntate, etiam diſſoluitur per diſdictam, in qua diſdicta declaratur mens illius qui dedit pecuniam, non habere voluntatem continuandi ſocietatem, & ſimili modo ſi officialis citat eum, qui dedit pecuniã ad illam recipiendam, aliàs viden. fieri depoſitum, actione diſtrahitur ſocietas, iudicio vel ſtipulatione, & hæc omnia declarantur in l. verum 63. §. fin. ff. pro ſocio, & §. ſoluitur. inſtit. de ſocietat. & l. 5. C. pro ſocio, & non ſolũ ſoluitur morte ſocietas, ſed egeſtate, vt ſi quis ex ſociis bonis ceſſerit vt dicit gloſſa fin. in l. 4. & §. 1. ff. pro ſocio. & §. ſi quis. inſt. de ſocietate. Item renũciatione officij finitur ſocietas, quia de officio reſignato Papa prouidet alteri, cum non obſtantibus ſocietatibus Papa de officiis per reſignationem vel alio modo prouidere poteſt ad ſui libitum, multi ſolent dare memorialia Datario, ne recipiat reſignationem de off. ſcutiferatus quod retinet P. attento quòd eſt debitor M. in maxima pecuniarum quantitate, & dubitat fraudari, & deludi ab eo in eius credito, & Papa ſolet huiuſmodi querelas admittere, & non recipere reſignationes officiorum in fraudem creditorum. Item publicatione bonorum finitur ſocietas §. publicatione, inſtit. de ſociet. quia ſi publicatur officium, in locum officialis, alius ponitur, cum ipſe officialis pro mortuo habeatur.

10 Ob id in ſocietatibus officiorum ſolet aliquando apponi pactum, quod ſi ipſe P. officialis officium amittat ſeu dimittat, vel renunciet, ſoluat ſcut. 12. pro 100. qui fructus ſemper currant, & ſolui debeant per ipſum officialem, ex quo ſe obligauit illos ſoluere etiam dimiſſo officio: loco tamen damnorũ expenſarum & intereſſe non ratione fructuum officij, quia iam officiũ dimiſit, vel amiſit, & ipſe poſt dimiſſionem, vel amiſsionem eſt in mora non reſtituendi pecunias, propter quã moram prouenientem ex culpa & facto officialis debet dicta ſcuta 12. ſoluere iuxta doctrinam Pauli de Caſtro in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco & ibi Iaſ. Abb. in c. conqueſtus de vſur. col. 2. Afflict. deciſ. 20. Dec, in c. cũ venerabilis. num. 59. de except. & conſi. 322. col. fin. & dixi in tractatu vti poſſid. c. 18. num 68. ſed quia poſt dimiſsionem officij. fructus ſoluere ad rationem 12. ſcut. pro centinario, eſt

intereſſe nimis exceſsiuum, poſt ſcientiam illius qui dedit pecunias de amiſſione & dimiſsione officii debet per iudicem iſtud intereſſe moderari ad rationem quinq; ſex, vel ſeptẽ, pro centinario, non obſtãte dicto pacto & iuramẽto quæ promiſsio habet locum tam in officiali principali quam in eius fideiuſſore, qui recognouit bonam fidẽ, nã ea quæ præiudicant principali, præiudicant fideiuſſori principaliter obligato, vide tamen infra num. 179.

11 Sed quid ſi fideiuſſor promiſit pro officiali, pro vno anno tantũ & nõ vltra: vtrũ elapſo anno teneatur dictus fideiuſſ. ſi diſdicatur ſocietas poſt annũ cũ dimidio, poteſt reſpõdere quòd nõ remanet obligatus reſpectu ſortis, ſed pro fructibus decurſis, & nõ ſolutis tãtum pro illo anno l. ſi cũ hermes C. locati, quia de periculo poſterioris tẽporis non obligatur fideiuſſor, & quia tẽpus fuit appoſitũ ad limitandũ obligationẽ fideiuſſoris, & lapſo tempore, fideiuſſor liberatur l. ſi fideiuſſor 27. C. de fideiuſs. ibi in tantũ ea extẽdi in quãtum atteſtatio fuerit expreſſa. Bertran. conſi. 88. col. 1. & 2. lib. 1. Alciat. cõſi. 24. lib. 7. tom. 2. nũ. 3. qui loquitur in eo qui decoxit poſt terminũ appoſitũ fideiuſsioni & conſi. 5. num. 4. & 15. lib. 8. tomo 3. & quod ille qui fideiuſsit ad annum voluerit ſuam obligationem limitare; ita quod elapſo anno non teneatur, eſt textus in l. ſi fideiuſſor §. fin. & ibi gloſa 1. ff. mandati, & licet principales continuauerint & prorogauerint ſocietatem, iſta continuatio prægiudicat ipſis principalibus, non fideiuſſoribus vt dicit textus in l. ſi cum hermes, in fine C. de locato. Tiraquell. de retract. conuentionali §. 1. gloſa 7. num. 32. & quia fideiuſſor potuit limitare ſuam obligationem, & poſt tempus limitatum amplius nõ tenetur. Bertran. conſil. 188. col. 2. in princ. lib. 1. facit l. Valerianus ff. de pretoriis ſtipulat.

12 Sed ſi ſocietas fuit diſdicta officiali intra tẽpus promiſsionis fideiuſsionis, tenetur fideiuſſor ſoluere pecunias in ſocietate poſitas, quia cenſetur fideiuſſor conueniri poſſe, quando ſocietas intra ſex menſes diſſoluitur. Bart. in l. cum ita ff. de dolo. Ang. & Bald. in l. ſi vltra. C. de fideiuſſor. & hoc quia fideiuſſores voluerunt teneri vt principales & inſolidum ad omnia quæ principales tenebantur, ſed principales diſdicta ſocietate tenentur ad ſortem, ergo & fideiuſſores. Puteus deciſ. 58. lib. 3. & ita etiam ſeruari vidi, in aliis cauſis poſt factum diſdictam ſocietatis in tempore, quia per diſdictam finitur ſocietas, & principales & fideiuſſores promiſerunt reſtituere ſortẽ finita ſocietate, vt dicitur in inſtrumento, ergo fideiuſſor ad annum tantum finita ſocietate infra annum per diſdictam, tenetur poſt annum ſoluere ſummam poſitã in ſocietate ſocio: qui poſuit pecunias.

13 Abſenti ab vrbe non poteſt fieri diſdicta, & ſi fiat abſenti ei non nocet. l. ſed & ſi. §. ſi abſenti 17. ff. pro ſoc. ſed ſi habet domũ in vrbe fieri poteſt, domi dimiſſa copia citationis, & per contradictas etiam fieri poteſt, ex conuentione de qua in inſtrumento & valet, vide tamen infra num. 107.

14 Diſdicta vero ſocietate per curſorem, debet dicta diſdicta reproduci per eum, qui dedit pecunias, apud acta Notarij rogati de ſocietate ante obitũ dantis pecuniam, ad hoc vt non poſsit officialis lucrari pecunias, nam ſi non eſt ante obitum dantis pecuniam reproducta apud acta, officialis lucratur pecunias propter fraudẽ quæ oriri poſſet, ex non reproductione diſdictę, nã

ille qui

ille qui dedit pecunias, potuiſſet fructus recipere poſt diſdictam ſocietatē ab officiali, quod facere non poterat re producta diſdicta, quia diſdicta ſocietate finitur ſocietas, & pecuniæ ſunt in ſecuro & morte non amittuntur: vnde ad tollendas iſtas fraudes, Rota tenuit coram Achille, quod per diſdictā non reproductam apud acta Notarij rogati ante obitum illius qui dedit pecunias in ſocietate, quòd pecuniæ perduntur Caputaquen. deciſi. 105. lib. 2. in nō impreſſis & ratio eſt quia diſdicta facta à Curſore coram A. C. videtur facta animo reproducendi eam Corā A. C. & penes notariū dimittendo, quod cum non fecerit, videtur intimans declaraſſe animum ſuum, nolle ea amplius vti, vt dicitur de citatione. Anchar. in Clem. 2. ad finem, vt lit. pendente, Felin. in cap. illud col. pen. verſ. ſecunda concluſio. de præſumpt. vide infra num. 154 & 190.

15 Societas diſdicta durat poſt ſex mēſes per xv. dies, adeo quod ſi moriatur infra dictos 15. dies, ille qui dedit pecunias, officialis eas lucratur, quia ex forma conuētionis quindecim dies diſdictæ debent præcedere tempus reuocationis ſocietatis, Puteus deciſi. 68. lib. 3. & de tranſaction. deciſi. 8. non obſtante. conſi. Bart. 96. & Decius in l. in omnibus de reg. iur. & dictum eſt ſupra num. 6. & ratio poteſt eſſe quia qui ante tempus renunciat ſocietati ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat, quia diſpēdij portionem præſtabit per illos quindecim dies decurrendos poſt ſex menſes l. actione 66. §. item qui ſocietati ff. pro ſocio.

16 Societas pro emendo officio ex illa pecunia quæ datur, fieri poteſt dummodo officium alterius dolo vel culpa emptum non ſit, & tamen per eum qui officium emere volebat dati ſunt fideiuſſores vti principales, pro cautione illius qui dedit pecunias, contra quos pro pecuniis recuperandis agi poteſt pro ſocio, dicit textus in l. ſi fratres §. ſi ſocietatem, & l. cum ſocietas ff. pro ſocio, & vtroq; loco gloſſæ ſuper quo caſu, Puteus deciſi. 67. lib. 3. facit 95. Bald. 210. lib. 3. & conſi. Oldradi 207.

17 Diſdici poteſt ſocietas per procuratorem ſpecialem ad ita faciendū conſtitutum l. actione 66. §. renunciare ſocietati ff. pro ſoc. & curatori ſocij poteſt diſdici ſocietas l. 7. C. pro ſocio, & diſdicta pariter procuratori officialis fieri poteſt l. actione §. itē ſcriptum eſt ff. pro ſocio.

SECVNDA PARTICVLA *Inſtrumenti ſocietatis.*

18 Sequitur in inſtrumento ſocietatis, & illa durāte facere participem dictum M. in fructibus ordinariis & extraordinariis dicti officij pro rata parte, quam partem propter incertitudinē fructuum dicti officij, & faſtidia computorū, quæ deſuper oriri & eſſe poſſent. dictus P. conduxit à dicto M. ad rationem ſcut. duodecim ſimiliū pro quolibet centinario in anno, quæ ſolui debeant de ſemeſtri in ſemeſtri, & in principio cuiuſlibet ſemeſtris, & ſint libera exempta ab omni onere ordinario, & extraordinario decima ſubſidio impoſitione, quauis authoritate impoſito & imponendo, etiam in euentum belli, peſtis, obitus Pontificis conſilij, etiam ipſo P. officium amittente, ſeu dimittente & in quoſcunq; alios caſus, & euentus qui eſſe poſſent, cum pacto quod dicta ſcuta duodecim, ſemper currant & debeāturad eandem rationem, etiam in omnes dictos euentus ac poſt finitam, ſeu diſdictam ſocietatem

cietatem, vſque ad integram & realem dictorum 200. ſcut. reſtitutionem loco damnorum & intereſſe, quę ad tantumdem dicti contrahentes extimarũt, & taxarunt, vide etiam infra num. 108

19 In ſocietate lucri & damni nominatim & particulariter, conuentio fieri poteſt, & ſi expreſſe aliquæ partes lucri factę ſint, hæ ſeruari debent, & valet conuentio ſuper lucro facta §. & quidem inſtit. de ſociet. l. ſi non fuerint 29. in princ. ff. pro ſocio, & Ideo dictus officialis promiſit facere participem lucri dicti officij eum qui dedit pecunias in ſocietate, quam partem cõduxit, ad rationẽ 12. ſcut. pro quolibet centinario, quolibet anno eidẽ ſoluẽda de ſemeſtri in ſemeſtre, & in principio cuilibet ſemeſtris, & hęc conuentio valet in ſocietate officiorũ, quia officia habẽt introitus incertos, & quãdo plus & quando minus in fructu reddere ſolent: nam communiter officia, cancellarię Apoſtolicę, ad rationem duodecim ſcut. pro quolibet centinario, officiali reſpondere ſolent, licet aliquãdo plus, aliquando minus reſpondeãt & ad tollendas iſtas incertitudines, cõducit officialis iſtam ratam fructuum ad rationem 12. ſcut. pro quolibet centinario, quæ conuentio & locatio fructuum in hoc caſu valet, cum omnis conuẽtio in lucro, & in damno ſpectatur, & ſi partes expreſſe conuenerunt hæ conuentiones ſeruandæ ſunt §. & quidem 1. inſtit. de ſociet.

20 Poteſt etiam in ſocietate conueniri, vt portio eius lucri, quod fit per ſociũ, ſit omni damno deducta, ita vt quis ferat partem lucri, & de damno non teneatur l. Mutius 30. ff. pro ſocio §. de illa ſane. inſtit. de ſociet. & iure conuentionis, hæc pacta valent non iure ſocietatis l. 1. §. ſi conueniat ff. de poſiti, & in dictis locis gloſſę & doctores propterea in dicto inſtrumento ſocietatis dicitur, quę ſcut. 12. pro centinario, ſint libera & exempta ab omni onere ordinario & extraordinario, & omni periculo & caſu fortuito, & ſicut Papa poteſt penſionem liberam et exemptam reſeruare alicui ab omni onere, vt dicit Gigas de pẽſionibus, quęſt. 59 num. 6. ita etiam partes in iſtis ſocietatibus officiorum facere poſſunt, licet in cenſu non poſsit apponi hoc pactum, ex quo Pius Quintus illud prohibuit in ſua conſtitutione, vt dixi in tractatu de cenſibus parte 1. num. 62. quare in ſocietatib. ſeruandũ maxime quia eſt pactum iuratum cum obligatione Camerali, eſt fundatum in iure vt ſupra oſtenſum eſt, licet multi doctores teneant in aliis ſocietatibus non valere pactum quod ſocius ſit particeps lucri, & damnum non cogatur agnoſcere l. ſi non fuerint in principio, vbi gl. ff. pro ſocio Io. Petrus Surdus conſil. 150. num. 39. & 40. in primo, ſed hic toleratur propter periculum pecuniæ poſitę in ſocietate per mortẽ ſocij dantis pecuniam.

21 Socius finita ſocietate, aut quod poſuit in ſocietate habuit aut non, ſi habuit tũc pro ſocio agere poteſt, adhoc vt cõſequatur quod ſua intererat, ideſt fructus vel intereſſe, ſi non habuit poteſt exigere quod ſibi promiſsũ eſt ratione fructuum eodem priuilegio, quo prius poterat l. ſi fratres 53. §. idem reſpondit ff. pro ſocio, & ibi gloſſa, ideo dicitur in dicto inſtrumento ſocietatis cum pacto quod dicta ſcut. 12. ſemper currant, & in omnes dictos euentus, ſcilicet belli, peſtis, obitus Pontificis, &c. & poſt finitam ſocietatẽ vſque ad realem dictorum 200. ſcut. reſtitutionem loco damnorum & intereſſe, & hoc quia in ſocietatibus fructus communicandi ſunt l. videamus

38. §. ex

38. §. ex cauſa etiam ff. de vſur. & l. pro ſocio 38. §. fin. ff. pro ſocio, & vide infra num. 178.

22 In ſocietate ſi eſt conuētum, vt per M. detur pecunia pro emendis rebus ponendis in ſocietate, & M. dedit pecunias tenetur pro ſocio & cū eo agendum eſt l. cum ſocietas 70. ff. pro ſocio. & l. ſi fratres 51. §. idem reſpondit verſ. idem nulla ibi nec pręſtet alteri quod conuenit pro ſocio actionem eſſe eodem titulo, & ſic ſocius qui ponere promiſit in ſocietate pecunias, vel aliquid aliud, & non poſuit, cogi poteſt, vt ponat in ſocietate actione pro ſocio ſed in iſtis ſocietatibus ſocius debet in pecunia numerata ponere in ipſo contractu ſocietatis factæ ſuper officio, certam ſummam, ſub periculo mortis ſuæ, vt poſſit dictos fructus lucrari, alias nihil poteſt: & ſi lucraretur, eſſet vſura, quia ſine pecunia & ſine periculo mortis, ſocietas nō eſt licita ſed vſuraria.

23 Sed quid ſi creditor alicuius in ſumma 500. ſcut. requirat debitorem vt de dicto debito faciat ſocietatem officiorum qui conſenſit & creditor reperiit P. officialem, qui faſſus eſt, non à creditore, ſed à Io. recepiſſe 500. ſcut. in ſocietate, & fecit inſtrumentum in forma cum cautionibus, prout fieri ſolet, & inter alios debitor acceſſit, & recognouit bonam fidem, & dixit, quòd hæc ſocietas ad ſui contemplationem facta eſt, & ad ipſum ſpectat commodum & incommodum dictæ ſocietatis, poſtea Io. qui prætenditur dediſſe pecunias, apud acta comparuit, & ceſſit actiones creditori, contra debitorē, & quoſcunque alios, & declarauit in hac ſocietate non habere niſi nudum nomen, ſed commodum & incommodum ſpectat creditori & P. officialis interrogatus an aliquas pecunias habuerit à Io. & dixit in iuditio quod nullas habuit pecunias. creditor dictam ſocietatem vt ceſſionarius Ioannis diſdixit, & elapſo tēpore diſdictæ petit à debitore 500. ſcut. cū fructibus decurſis. Replicat debitor quod creditor non poſuit ſuum creditum in ſocietate vt conuenerat, & quod P. officialis, pecunias à Ioanne non habuit, & Io. declarauit in iudicio nō habuiſſe, & quod propterea ſocietas eſt ſimulata, fictitia, & nulla, & non debet habere aliquam executionem præſertim reſpectu fructuum, qui non debētur ex eo, quod pecunia debita nō eſt poſita ſub periculo mortis creditoris & ſi prætenſi fructus exigerentur, non fructus ſocietatis, ſed vſura, exigeretur, quæritur quid iuris.

24 Et videtur dicendum quod hæc ſocietas dolo malo & fraudādi cauſa coita ſit, & ipſo iure nullius momenti eſt, quia fides bona contraria eſt fraudi & dolo l. 3. §. fin. ff. pro ſocio, nam dolus creditoris qui noluit ponere creditum ſuum in periculo mortis ſuæ naturalis cum alio modo quàm ſub iſta fictione & fraude, non poterat ſuū creditum ſaluum & ſecurum facere, ex quo modo dolus, & fraus arguitur & probatur, l. & eleganter ff. de dolo malo. Salicet. in d. l. 3. §. fin. dicit quòd ſocietas dolo & fraude contracta non eſt ſocietas, quia contractus ſocietatis eſt bonę fidei, vbi eſt dolus & fraus, nō eſt bonæ fides, & ibi Alber. Idem tenet cum gloſſa, contra Petrum, & in c. quis quis Epiſcopus §. fin. 12. q. 2. dicitur quod ſi calliditate vſus fuerit, & à clerico emerit princeps agrū Eccleſiæ, irrita ſit venditio, & reſtituatur Eccleſiæ, & ſic ea quæ dolo & fraude facta ſunt in cōtractu ſocietatis ſunt nulla ipſo Iure, vt probatum eſt.

25 Quod autem in ſupradicta ſocietate interue-

interuenerit fraus & dolus probatur ex intentione creditoris & debitoris probata per vnum teſtem qui fuit mediator,& fuit conuentum inter creditorē, & debitorem, quod in ſocietate poneretut debitum & creditum, reſpectiue creditoris & debitoris, & tamen non fuit poſitum in ſocietate quia remanſit accenſum in libro creditoris,& in apocha debitoris producta per creditorē in iuditio. Secundo probatur ex confeſſ. P. officialis qui dixit in Iudicio, nullas recepiſſe pecunias à Ioanne à quo ipſe cõfeſſus eſt habuiſſe in inſtrumēto. Tertio probatur confeſsione Io. qui dixit nullas dediſſe pecunias P. officiali, ſed ipſe ſolum nudū nomen habuiſſe, & quicquid fecit ad commodū creditoris feciſſe aſſeruit, ergo ex iſto facto probatur quòd Societas ſine aliqua pecunia facta fuit, & cum iſta imaginata ſocietate creditor voluit fructus 500. ſcut. lucrari ſine periculo ſui crediti ad rationem 12. ſcut. pro centinario, nam dolus eo ipſo probatur, quando aliquis facit actum prohibitum, hic prohibetur fieri ſocietas officiorū ſine pecunia numerata, quæ ponitur ſub periculo mortis illius qui dedit illam, hic non eſt numerata pecunia, quæ poſita ſit ſub periculo mortis Io. qui illam dediſſe finxit, & eſt facta ſalua pecunia debita creditori cum iſta imaginata ſocietate: ergo ex ſupradictis in actu prohibito, à conſuetudine & à iure dolus creditoris perſpicuis indiciis probatur l. dolus C. de dolo malo. Aym. conſi. 8. num. 1. Parſ. conſi. 46. lib. 1. Rolad. conſi. 11. num. 9 lib. 3. dixi in c. vt minorum de contract. min. & mulierum gloſſa 8. num. 282. & ſeq. probato dolo, & fraude contractus ſocietatis eſt nullus ipſo iure, vt in dicta l. 3. §. fin. ff. pro ſocio.

26 Si cõtractus eſt nullus nõ debentur fructus ex ſocietate doloſa imaginaria, & ſine periculo amiſsionis pecuniarū in euētū mortis illius qui finxit illā dediſſe & malus animus creditoris probatur, qui voluit ſine periculo ſuū creditū cõſequi, & fructus lucrari, Ceph. cõſi. 62. num. 18. Boer. deciſ. 101. num. 2. & declarant Bart. Bald. Salic. Paul. de Caſtro in dicta l. dolum C. de dolo, & declarat Imol. in c. Quintauallis col. fin. de iur. iur. & per ſupradictas probationes verus dolus probatur. Ruin. conſi. 4. num. 10. lib. 1. & eo ipſo quod quis non facit illud quod de iure facere tenetur, & ſic ſe teneri, probatur dolus præſumptus. Paul. de Caſt. in d. l. dolus num. 3. C. de dolo. Aym. conſi. 15. num. 2. dixi late in dicta gloſſa 8. c. vt minorū num. 283. & 284. hic creditor ſciebat quod in ſocietate pecunia debet numerari, & poni in periculo mortis ſuæ ad hoc vt fructus poſſet in ſocietate lucrari dicti ſui crediti nõ fecit, ergo eſt in dolo. Si eſt in dolo, contractus ſocietatis eſt ipſo iure nullus, vt dicta l. 3. §. fin. ff. pro ſocio, & fructus ex ea non debentur.

27 Et ad magis declarãdum dolum & ſcientiam creditoris, ipſe creditor reperiit officialem, quē facto inſtrumento ſocietatis, coram eodem Notario, & teſtibus promiſit dictum officialē indemnem releuare ab ipſa ſocietate, vti principalis principaliter, & in ſolidum; nam ex nimia diligentia dolus arguitur l. ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſtitut. Natta. conſi. 436. nū. 4. ex nimia feſtinantia pariter dolus arguitur Bal. conſi. 219. lib. 2. Aym. conſi. 18. num. 21. & qui facit eodem inſtanti plura quæ ſunt fienda cum interpoſitione tēporis. pariter dolus, arguitur. Aym. conſi. 35. num. 5. Paul. de Caſtr. conſi. 172. in fine lib. 2. & vide multa exempla quæ congeſsi in tracta-

tractatu de contractibus minorum gl. 8. num. 28. hic creditor reperit officialem, quem fecit obligare, & quem poſtea releuauit indemnem, & conſtituit ſe principalē debitorem illius qui dedit pecunias, & reperit etiam Io. qui dediſſe pecuniam finxit, quam nō dedit & ſollecitauit vt fieret hæc ſocietas, vt lucraretur ſine periculo fructus ad rationem 12. pro centinario & ſic ex iſtis omnibus manifeſtus dolus probatur etiam ex ipſius creditoris cōfeſſione, qui fatetur non fuiſſe Io. Petro officiali numeratam pecuniam.

28 Et licet creditor opponat de iuramēto & obligatione Camerali & quod propterea executio dicti inſtrumenti ſocietatis non poſſit retardari tam contra debitorem quàm eius fideiuſſores, tamen reſpondit debitor quòd conſtat ex confeſsione officialis, & ipſius creditoris, quòd pecunia non fuit numerata, per quam confeſsionem probatur dolus & ſimulatio, & Iudex poteſt non obſtante iuramento pronunciare ſuper dolo, ſimulatione contractus, & ſimilibus. Antonius Galleſius in tract. obligationis Cameralis parte 4. q. 4. carta 93. num. 2. & 3. ita declarat Alex. in l. nemo poteſt col. 3. verſ. quorum dicta ff. de legat. 1. præterea iuramentum nō confirmat contractum ex falſa cauſa factum. Pariſ. conſi. 96. nū. 24. lib. 1. quia ſi cauſa eſt falſa, non adeſt conſenſus, & iuramentū non ſupplet conſenſum l. fin. C. de non num. pecun. Bald. conſi. 349. in fine lib. 3. & vbi eſt defectus conſenſus iuramentum nihil operatur. Tiraq. in prefatione l. ſi vnquam C. de reuocandis donat. num. 148. maxime quia iuramentum non habet tres comites, veritatē, iudicium, & iuſtitiam & vbi iſta deſunt, non eſt iuramentum, ſed periurium, & illicitum iuramētum eſt illud, cui deſunt iſta tria vel aliquod eorum c. 25. §. iuramentū 22. q. 4. hic deeſt veritas, quia pecunia non eſt numerata nec poſita in periculo, & deeſt iuſtitia, & propterea non ſeruandum, quia interpoſitum ex falſa cauſa, nō obligat vltra conſenſum. Tiraq. in dicta præf. de reuocand. donat. num. 163. & non auget obligationem, ſed ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur & addit religionis vinculum. Tiraquell. ibi num. 165. & recepit omnes conditiones ac vires actus principalis ſuper quo interponitur Bart. Bald. Salic. & alij in dicta l. fin. C. de non nū. pecū. & dixi late in tractatu de contractibus minorum & mulierū gloſſa 8. nu. 50. hic actus principalis eſt nullus ipſo iure, quia pecunia non fuit numerata, ergo & iuramētum, præſertim quia debitor ignorauit non fuiſſe numeratam pecuniam, immo putauit illā vere numeratam & ſolutam creditori, quod non eſt verum, vt apparuit poſtea, ex quo creditor volebat ſuam pecuniam fore tutam, & lucrari cum iſta ſimulatione fructus ad rationem 12. pro centinario pro dicto ſuo credito, & ſine aliquo illius periculo.

29 Creditor dicit quòd in ſuo libro ſcripſit habuiſſe pecunias à Petro officiali die 30. Septembris, debitor replicat, quòd ipſe falſus fuit habuiſſe illas pecunias à Petro officiali die 27. Septembris, & officialis dicit nullas habuiſſe pecunias, vnde hic adſunt tres contrarietates: prima officialis quid dicit nullas habuiſſe pecunias, ſi ergo officialis nullas habuit pecunias, quomodo poteſt illas ſoluere primò debitori die 27 ſecundò creditori die 30. nam regula iuris eſt quòd nemo dat quod non habet c. Daibertus 24. 1. q. 7. ibi qui nihil habuit, nihil dare potuit & c. 5. in fine de iure patron. ibi pro non dato

habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare, vbi gloſ. fin. dicit, quia nõ erat in poſſeſsione, vel quia ſi, & l. traditio. 20. ff. de acquiren. rerũ dominio, ibi traditio, nihil aliud trãſferri debet, vel poteſt ad eum qui accepit quam quod eſt apud eũ qui tradit ſi habuit officialis pecunias, potuit alteri dare, ſi non habuit, non potuit alicui darę, videlicet, nec debitori, nec creditori prout neutri dedit.

30 Et ſi debitor licet nihil habuiſſe licet cõfeſſus ſit ſub ſpe futurę numerationis habuiſſe, tñ de eo quod habuit, facienda erat quietatio ad partem iuxta conſuetudinem vrbis, quæ non fuit facta à debitore, officiali, vel Io. qui prætenditur dediſſe pecunias officiali, nec minus fuit facta à creditore officiali, vel Io. ſimilis quietatio, ex eo quod alter nihil dedit, & alius nihil habuit, & ſi habebat officialis ſcut. 500. illa ſoluit prius debitori, ſi ſoluit prius debitori non potuit ſecundo loco ſoluere creditori, quia nemo præſumitur velle ſuum iactare bis dando duobus & præſertim illud quod non habuit. l. cũ de indebito 25. §. qui enim. ff. de proba. ibi nunquam ita reſupinus eſt vt facile ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat, & maxime ſi ipſe qui indebitas dediſſe dicit, homo diligens eſt, quia incredibile eſt quod erret, hic officialis eſt pauper, & accomodat officium pro mercede & pecunia: & propterea nõ præſumitur quod bis ſoluerit illud quod fatetur non habuiſſe, & dicta partita libri creditoris eſt valde ſuſpecta ex quibus videtur reſolui poſſe ſupradictam quæſtionẽ, de qua ſupra num. 23. vide etiã infra nu. 65. & 192.

31 Sequitur in dicto inſtrumento ſocietatis ſecũdum antiquam conſuetudinem facto; ſuper morte autem conuenerunt, quòd moriente M. ante P. durãte ſocietate huiuſmodi: morte tamen naturali non violenta, non vi, ferro, nec veneno, ſeu alitercunq; inflicta quòd P. lucretur dicta ſcut. 200. & teneatur tantum ad ſolutionem fructuũ decurſorum non ſolutorum, in omnes autem alios caſus & euentus. Idem P. teneatur ad dictorum ſcut. 200. ſolutionẽ, & reſtitutionem, & M. confeſſus fuit habuiſſe dictam ratam partem fructuum conductam, ſeu fructus primi ſemeſtris, ab eodem P. de quibus vide infra num. 109.

32 Morte ſocij expirat ſocietas, & qui ſocietatem contrahit, ſocium eligit, & etiã ſi plures ſocij ſint, ſoluitur ſocietas, etiam quòd plures ſuperuiuant, niſi aliter conuentum ſit. §. ſoluitur, inſtitut. de ſocietate, & l. 4. in fine, & l. adeo 60. in princ. & l. actione 66. §. morte. ff. pro ſocio. Ideo dicitur in dicta particula inſtrumenti quòd moriẽte M. id eſt ille qui dedit pecunias ante P. id eſt officialem, quia ex morte officialis vel dantis pecunias, diſſoluitur ſocietas. Ideo dixi moriente M. qui dedit pecunias ante P. officialem, lucretur: nam ſi P. fuiſſet primò mortuus fuiſſet diſſoluta ſocietas, & ea diſſoluta, non potuiſſet P. nec eius heredes pecunias poſitas in ſocietate ab M. lucrari, quia lucrum pecuniæ fit ab officiali durante ſocietate: non autem ea diſſoluta per mortẽ P. officialis, & ideo dicitur aperte in inſtrumento, quòd moriente P. ante M. durante ſocietate, huiuſmodi finitur ſocietas, quia officialis eſt ſocius eius qui dedit pecunias. Hier. Gabriell. conſi. 63 num. 5. lib. 2.

33 Morte tamen naturali, mors naturalis eſt cum quis moritur. l. ex ea parte. §. in inſulam. ff. de verb. oblig. ibi cũ morieris dari ? non niſi moriente eo committitur, vbi declarat moriente eo

ſcilicet

ſcilicet naturaliter, quia mortis appellatione de naturali intelligitur non de ciuili.l. cum Pater.79. §. hęreditatem ff. de legatis 2. vbi dicitur quòd mors naturalis facit cōditionem exiſtere fideicommiſsi, non mors ciuilis, & in vtroque loco Bart. & Doctores, nam mors naturalis eſt ea, quæ prouenit à natura, & appellatione mortis intelligitur, non ciuilis, præterquam in caſibus à iure expreſsis. gloſſa fin. in cap. placuit. il 2.16.q.1. Iaſ. in l. ex ea parte §. Inſulam nūm. 1. & 2. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. Gallus §. & quid ſi tātū. ff. de lib. & poſt. in 3. not. Sozin. Iun. ibi nu. 13. mors naturalis prouenit. ex infirmitate ex ſenectute, & aliis caſibus improuiſis, de quibus caſibus vide Gugliel. Benedict. in c. Raynutius in verſ. mortuoque teſtatore il 1. nu. 10. & num. 19. dicit, quòd moriens cōbuſtione, præcipitatione, ſtrangulatione, ſubmerſione, vel fame, largo modo dicitur mors naturalis, & num. 21. dicit quòd qui moritur ſua morte etiam in carcere naturaliter moritur.

34 Non violenta, mors violenta infertur ab hominibus homini & quando quis occiditur, iſta mors dicitur mala, & contra naturam. Bal. in c. 1. quibus modi feud. amit. Benedict. in dicto verſ. mortuo itaque il 1. num. 20. & iſte non moritur naturaliter, qui occiditur, & appellatione mortis interfectio continetur. Benedict. ibi num. 24 & 25. veneno etiam, & artibus, odioſis, & magicis quis occiditur, §. eadē lege. inſtit. de public. iud. & l. 1. in princ. ff. ad leg. Corn. de ſicar. & quia ligno lapide & ferro quis occiditur. §. telum. ff. de verb. ſig. vbi Rebuff. & Alciat. declarāt quid nomine teli contineatur, & l. pen. §. telorum ff. ad leg. Iul. de vi publ. & homicidę vltore ferro necātur à magiſtratu. §. lex cornelia inſtit. de public. iudic. & ſic pecunię poſitę in ſocietate officiorū per mortem violentam venenum & ſimilia, ex pacto & conuentione ipſorum ſociorum quod ſeruandum eſt, nō lucrantur, & ſi lucrarētur pecunię pręfatę etiā morte violenta multi dantes pecunias occiderentur, & propterea appoſitū eſt iſtud pactū, nō tamen violenta. Guglielm. Benedict. ponit rationem in dicto verbo mortuo num. 31. vide etiam infra num. 110.

35 Seu aliter qualitercunque inflicta, vtputa quòd mulier dederit pecunias in ſocietate & factum pactū, quòd ſi mulier periret ex cauſa partus non lucrarentur pecunię, quæ cum eſſet grauida durante ſocietate, & propter ventrem paſſa ſit multa incommoda, & ei ſuperuenit febris, & abortus, & obiit, dubitatur an mulier ſi ex febri, vel ex abortu obiierit, officialis lucretur pecunias, & videtur dicendū quòd abortus & obitus prouenerit ex vētre, tanquā ex prima cauſa nō ex febri proueniēte, ſed ex incōmodis & paſsionib. ventris, quæ cauſant febrem, propter continuum dolorem mulieris, & inde, debilitas vel maius malum, ex quo abortus, ſicut dicimus in letaliter vulnerato, cui poſt multos dies ſuperuenit ſpaſmum, & poſt ſpaſmum mors, ita in abortu dicendum, quòd fuit cauſatum ex aliqua cauſa, cui ſuperuenit febris, & poſt febrem, mors. Boerius deciſ. 323. nu. 16. verſ. quinta coniectura, præſertim ſi medici referant quòd mors eſt cauſata ab ipſo abortu & febre: nam primò febris, poſtea abortus, tertiò mors; adeo quod nō pōt cognoſci, an ex febri deceſſerit, & effectus mortis abhortui attribuendus eſt, verum relationi medicorum ſtandū eſt. l. ſemel. 6. C. de re milit. lib. 12. cum aliis allegatis à Boerio deciſ. 323. nu.

11. & vlterius eſt conſiderandũ quòd ſi mors ex duplici cauſa occurrat, illa præualet, ex cuius parte eſt ille qui vult damnum euitare, & præfertur illi qui certat de lucro, ſic dicendum in caſu iſto, quia officialis tractat de lucro, hæredes mulieris de damno vitãdo illis faciendum: quia in obſcuris benignior interpretatio eſt facienda .l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. l. merito. ff. p ſocio Hippolyt. de Marſiliis ſingulari 151. pro pmiſsis, facit Oradinus deciſ. 345. lib. 2. vide infra nu. 119. & 120.

36 Lucretur dicta ſcut. 200. dicitur in dicto contractu ſocietatis ſup. nu. 31. & ſic ſi obierit M. qui dedit pecunias durante ſocietate ante diſdictam & finitam ſocietatem P. officialis lucratur ſortem & propter hoc pactum ſolum ſunt licitæ dictæ ſocietates officiorum, nam iſtud periculum vitæ extimabile eſt pecunia, id eſt cum reſpõſione 12. ſcut. pro centinario quolibet anno, quia ſi moritur in dicto tẽpore M. lucratur officialis ſortem & hoc approbat Sotus de iuſtitia & iure lib. 6. q. 6. art. 2. ad finem, & approbantur huiuſmodi ſocietates officiorum à Leone X. à Paulo IIII. & à Pio IIII. & ab omnibus Pontificibus videntibus & patiẽtibus fieri iſtas ſocietates palam & publice in vrbe ab omnibus & vlterius à cõſuetudine immemorabili.

37 Sed poſt finitam ſocietatem diſdicta vel morte, vel alio modo exigere fructus ad rationem duodecim pro centinario, ex quo ſors non eſt in periculo propter moram debitoris tantum, fraudem ſapere videtur quia nihil in mutuo recipi poteſt ſupra capitale niſi damnum emergens non lucrũ ceſſans, & niſi hæc pecunia licite negotiationi fuiſſet expoſita, & iſto caſu contractus eſt licitus, alias non, dicit Sotus in dicto lib. 6. de Iuſtitia & Iure. q. 6. art. 2. in fine & eſt ratio, quia capitale tunc eſt ſecurum, quo caſu nihil quis poteſt lucrari, præſertim ex pacto, Silueſter in ſumma. parte 2. in verbo ſocietas. 1. num. 2. q. 2. Ideo hodie dictum pactum poſt diſdictam ad tantam ſummam 12. ſcut. reprobatur, ſed taxatur tantum per A. C. ad rationem quinque, ſex, vel ſeptẽ ſcut. propter moram reſtitutionis dictæ ſortis, pro quolibet centinario, vide diſtinctionem & declarationẽ infra nu. 178. & 179.

38 Quos fructus fatetur recepiſſe is qui dedit pecunias, & de his facit quietationem ipſi officiali, & ſic in iſtis ſocietatibus ſolutio fructuũ fit anticipate & demitur de ſorte principali 200. ſcut. 12. anticipate, & in iſtis ſocietatibus permittitur, eo quia tota ſors eſt poſita in periculo, ſi decedat ille qui dedit pecunias infra ſex mẽſes, & hęc eſt cõſuetudo immemorabilis, in cenſu eſt prohibita vt dixi in tractatu de cenſibus parte 3. num. 22. & in vſura pariter eſt prohibita .l. eos §. ſed & ſi C. de vſuris, & nõ poteſt negari quòd ſolutione anticipata nõ minuatur pars pecuniæ datæ ad ſocietatem & de illa parte anticipate ſoluta ſoluuntur fructus, tam in primis, quã in reliquis ſex menſibus: venturis tamen permittitur quia tota pecunia eſt in periculo propter mortem ipſius ſocij.

SEQVITVR ALIA particula dicti Inſtr.

39 Vlterius conuenerunt quòd dictus M. poſsit nominare aliam perſonam, & in ea periculum mortis de dicta ſcut. 200. cũ omni iure quòd habet

habet virtute præſentis obligationis, & inſtrumenti ponere, tã coniunctim quàm diuiſim dictas pecunias in totũ vel in parte excludere quæ perſona poſſit & valeat vti præſenti inſtrumẽto, & contra quoſcunque illius virtute agere & experiri in Iudicio & extra in omnibus & per omnia, prout ipſe M. poſſet ac ſi illam non nominaſſet, adiecto pacto, quod dictus M. teneatur eandem nominationem intimare, & viuere per decem dies poſt factam intimationem, quæ etiam valeat domi dimiſſa copia.

40 Socij morte vel mutatione perſonę ſocietas diſſoluitur, niſi in coeunda ſocietate aliter conuentum ſit, §. ſoluitur inſtit. de ſociet. & l. actione 66. §. morte. ff. pro ſocio, ibi niſi in coeunda ſocietate aliud conuenerit, propterea poſſunt ſocij conuenire dum ſit ſocietas, quòd poſſit nominare vel mutare aliam perſonam & in ea periculũ mortis ponere, & morte illius perſonę mutatę officialis lucratur dicta ſcuta 200. poſita in ſocietate ex conuentione & pacto inter eos inito, nec per hoc diſſoluitur ſocietas propter pactum ita conuentum inter ſocios, ſed iſta mutatio perſonę debet parti intimari & ſuper viuere poſt ſocius qui mutauit perſonam per decẽ dies, quia ita conuentum eſt, & ſi perſona nominata obierit durante ſocietate lucratur dictas pecunias officialis.

41 Poteſt etiam ſocius transferre dicta ſcut. 200. in aliam perſonam cum omni Iure virtute præſentis obligationis in totum, vel pro parte arbitrio ſuo & ſe in totum, vel pro parte excludere à ſocietate, facta tamen intimatione præfata officiali cum ſuperuiuẽtia decem dierum & hoc pactum eſt licitum, quia non vergit in damnum alicuius perſonæ, ſed in vtilitatem ſocij diuidentis bona ſua in filios vel familiares ſuos, vel prout ſibi videtur, & ne totum vel maiorem partem bonorum, quæ habet, perdat, ſed in eis cõſeruetur: facta tamẽ intimatione trãſlationis præfatæ officiali.

42 Voluerunt etiam ſocij ex conuentione quòd perſona nominata poſſit & valeat vti contra ſocium, & eius fideiuſſores præſenti inſtrumento, & agere, & experiri in Iudicio & extra, in omnibus & per omnia, prout ipſe M. poſſet, ſi nominationem non feciſſet, intellige poſt intimationem factam officiali & nõ aliàs quia Ceſsionarius ad hoc vt agere poſsit contra debitorẽ cedentis intimare debet ceſsionem iurium in eum factam ipſi debitori & hoc ex pacto, vt dicitur ſupra nu. 39.

43 Et idem P. promiſit dare in fideiuſſores huic ſocietati qui principaliter, & in ſolidum accedent N. & N. & ſic iſti fideiuſſores obligabunt ſe vti principales debitores principaliter, & inſolidũ quæ obligatio facit quòd iſti fideiuſſores poſsint conueniri antequã principalis excutiatur Hippol. de Marſil. in rubrica de fideiuſſ. nu 62. & 63. Alex. conſil. 19. num. 36. lib. 7. vbi additio Tiraq. de retract. par. 1. nu. 8. & 9. §. 31. in gloſſa 1. & iſti nominati ab officiali ſunt fideiuſſores, licet vti principales & principaliter ſe obligauerint, quia eorum intentio eſt, vt, vti fideiuſſores ſe obligent moderni conſil. 63. num. 6. & 7. lib. 2.

44 Et licet ille qui accepit pecuniã ſit vere principalis alij fideiuſſores, tamen omnes ſunt principales debitores, reſpectũ creditoris: inter ipſos vnus alteri fideiubere videtur Aret. conſi. 33 num. 8. Hippolyt. de Marſil. ſing. 2. & in rubrica de fideiuſſor. num. 95. Ioannes de Anania conſi. 90. Ruin. conſi. 144. num. 8. lib. 1.

45 Et quamuis vnus ex fideiuſſoribus recognoſcat bonam fidem & dicat pecunias acceptas in ſocietate ad ipsũ ſpectare & promittat indemnem releuare officialem, hæc non nocent illi qui dedit pecunias l. Iulianus. ff. ad Macedonianũ vbi Paul. de Caſtro in principio verſ. pone. & num. 2. Romanus conſil. 114. in terminis. Tiraquell. de retract. parte. 1. §. 31. gloſ. 1. additio ad Alexand. conſil. 29. num. 36. lib. 7. Ant. Gabriell. de fideiuſſor. concluſ. 2. num. 1.

46 Et quid ſi omnes acceperunt pecunias & omnes inſolidũ obligati ſint, tunc alter pro altero fideiubet pro ea parte quæ peruenit ad alterum. Bart. in l. reos, col. 1. verſ. ſi ergo queritur. ff. de duobus reis. Salic. in l. vir vxori. §. mulier & Titius. col. 3. in principio verſ. tu tamen. ff. ad Senatus conſult. Velleian. Alex. conſil. 116. lib. 6. Anto. Gabriell. lib. 3. de fideiuſſor. concluſ. 2. num. 2. & Iaſ. conſ. 58. col. 1. ad finem lib. 3.

47 Et in fauorem creditoris omnes fideiuſſ. obligantur vti principales & in ſolidum cum iuramento renunciãdo epiſtolæ diui Hadriani, & ſic beneficio diuiſionis, diſcuſsionis, & omni iuri & legum auxilio, per quã renũciationem creditor poteſt quẽcunq; fideiuſſorem conuenire, quando voluerit in ſolidum. Angel. in auth. de duobus reis. col. 1. Ant. Gabriell. li. 3. de fideiuſſor. concluſ. 1. nu. 8. & ſeq. & Roncagallus in l. reos. ff. de duobus reis in princ. num. 57. dum dicit quòd hæc renunciatio prodeſt creditori, non fideiuſſori contra fideiuſſorem.

48 Et propterea fideiuſſor vbi adeſt dicta renunciatio iuris & legum auxilio, non poteſt opponere beneficiũ diſcuſsionis contra principalem creditorem. Ant. Gabriell. in d. cõcluſ. 1 de fideiuſſor. num. 83. ſed quia non ſemper apponitur dicta clauſula renunciationis: ideo poteſt eſſe locus diſcuſsioni, ob id idem Gabriell. format in dicta prima concluſ. regulam, ampliationes & fallentias. quę vide.

49 Nota etiam quòd cedens omni iuri & legum auxilio, non renunciat beneficio cedendarum actionum. Decius cõſi. 99. nu. 3. ſed quãdo in ſpecie renunciat beneficio, de duobus reis, eſt renunciatum dictæ Ceſsioni actionum. Decius conſil. 27. num. 7.

50 Verũ vbi nullum eſt pactum ſed fideiuſſores omnes ſimpliciter vt principales, & in ſolidum acceſſerunt, & vnus ex fideiuſſoribus cogitur ſoluere creditori integrum debitum, tunc creditor ante ſolutionem contra fideiuſſores ad fauorẽ fideiuſſoris actiones hypothecarias cedere tenetur, quas confideiuſſor non habet in bonis confideiuſſoris; ſed creditor tantum, & facta ceſsione in fauorem ſoluentis, poteſt fideiuſſor ſoluens, illis actionibus vti contra confideiuſſorẽ. l. cum alter. & l. mandati. C. de fideiuſſor. & quemadmodum ſubuenitur creditori, vt eligat fideiuſſorem, quem vult ita ſubuenitur fideiuſſori, vt faciat pignorum ceſsionem. l. ſicut. C. de fideiuſſ.

51 Quam ceſsionem pignorum facere non tenetur creditor principalis, ſi habet ex alia cauſa hipotechas in bonis fideiuſſoris donec integrè ex illa alia cauſa ſatisfactus ſit. l. 2. C. de fideiuſſ.

52 Nec fit ceſsio hipothecæ quando extraneus ſoluere paratus eſſet debitũ extranei, ad hoc vt nomen ſibi cedat. l. nulla. C. de ſolut. vbi Salicet. & alij Roncagallus in l. reos num. 50. verſ. quod non procedit. ff. de duobus reis.

53 Nec

53 Nec minus quando eſt conuentus principalis, qui via executiua ſoluit in tot pignoribus ſubaſtatis creditori, vel dedit alium fideiuſſorem, qui vocauit ſe habere in depoſitum executionem, quam poſtea conſignauit de mandato iudicis creditori, qui ceſsit actiones ſoluenti, tunc enim in executione liberatur fideiuſſor. Guido Papæ.deciſ. 248. Hyppol. de Marſil. in rub. de fideiuſſ.num. 371.

54 Et non ſolum hipothecarias actiones creditor fideiuſſori ſolidum ſoluẽti cedere tenetur, ſed omnes actiones compellitur cedere l. fideinſſoribus. ff. de fideiuſſ. & l.modeſtinus. vbi. Bart. num. 12. ff. de ſolut. contra principalem debitorem inſolidũ: contra vero confideiuſſores pro parte, quia inter fideiuſſores fit diuiſio. Paulus de Caſt. in dicta l. fideiuſſoribus in principio Bart. in dicta l. modeſtinus num. 9. ff. de ſolut.Bald. in dicta l.fideiuſſoribus,dicit quòd creditor tenetur cedere omnia iura fideiuſſoribus Cin. in l. 2. C. de fideiuſſoribus.

55 Ceſsionarius fideiuſſor poteſt agere contra correos detracta portione ſua,in eo quod ſupereſt ſupra portionem ſuam Afflict. deciſ. 319. in fine capit. deciſ.51.num 8.quia fideiuſſores inter ſe habẽt beneficium diuiſionis. l. non recte. C. de fideiuſſ. & in nouella 99.de fideiuſſ. tranſlata ab Holoãdro, Gabriel. de fideiuſſ. concluſ. 2.num. 11.

56 Et quando plures fideiuſſores ſunt inſolidum obligati, & condemnati ſimpliciter, poteſt vnus petere ꝙ fiat excuſsio periculo ſuo contra correos ad quos pecunia deuenit.Bart. & Alber. in auth.hoc ita. q. 7. C. de duob. reis, & in l. 3. ff. de duobus reis Gomeſ. deciſ. 34. lib. 2. aliàs. 143. incipiente,excuſsio,& fideiuſſor qui petit diuiſionem debiti contra confideiuſſores debet cauere quòd alij fideiuſſores ſunt ſoluendo l. ſi dubitetur. ff. de fideiuſſ. vbi Bart. & Paulus de Caſt. & Bald. in l. fideiuſſor num. 2. C. de fideiuſſ. vide Petrũ Duegnas.reg. 334. declarantem Gabriell. de fideiuſſ. concluſ. 2.

57 Nec obſtat huic oppoſitioni renũciatio,quæ fit in obligatione Camerali,quoniam obligatio Cameralis continet renunciationem omnium exceptionum competentium obligato de tempore factæ obligationis. ſed hæc exceptio non competebat obligato de tempore obligationis.ſed poſtea quãdo fuit decreta executio contra omnes correos inſolidum obligatos, & generalis ademptio beneficiorum nõ extenditur ad illud beneficium quod quis poſtea habiturus eſt Roman. conſil.472.num.3.Alex. conſil. 196. in fine.lib.5.Dec. conſil.99. num. 3. Pariſ.cõſil.110.num.10.& 108.lib.1. additio ad conſilium Romani 472. multos allegat.

58 Sed hic videndũ eſt, quòd ſi vnus officialis Romanæ Curiæ capit in ſocietate à Titio 100.numerata pecunia, ſuper ſuo officio, vt dictum eſt ſupra & promittit dare in fideiuſſores duos vt ſupra num.43.vti principales & inſolidum obligatos cum renunciatione Epiſtolę diui Hadri. & tertius declarat apud acta Notarij quod huiuſmodi pecuniæ ſibi ſeruiunt, & quòd officialis qui pecunias accepit ſuper ſuo officio, non habet in hac ſocietate niſi nudum nomen,& promittit dictum officialem & alios fideiuſſores principaliter obligatos indemnes penitus releuare, modo videndũ,an ille officialis ſit fideiuſſor principalis reſpectu confideiuſſorum, vel principalis

ſocius & videtur dicendum quòd ſit fideiuſſor. l. ſi plures. §. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſor. Paulus de Caſt. cõſi. 331. num. 1. lib. 1. dicit quòd principalis dicitur ille ad quē peruenit vtilitas contractus; alter vero etiam principaliter obligatus dicitur fideiuſſor. Rom. conſi. 114. num. 3. & ſeq. Tiraquell. de retract. parte 1. ſ. 31. gloſſa 1. num. 8. additio ad Alex. conſi. 29. num. 36. lib. 7. Ant. Gabriell, lib. 3. de fideiuſſ. concluſ. 2. num. 1. verũ officialis eſt vere ſocius cum eo qui dedit pecunias, licet aliud geſſerit inſcio is, qui dedit pecunias, vide infra num 84.

59 Præmiſſa vera videntur inter ipſos correos, vel fideiuſſores qui videntur adinuicē vnus pro alio fideiubere, quatenus pecunia pueniat ad alterũ ipſorũ ſed quo ad creditorē, non videntur inuicem fideiubere. Aret. conſil. 33. num. 8. & ideo alicui eorum contra creditorem non competit beneficium excuſsionis. Bart. in l. reos in princ. ff. de fideiuſſ. & eſt textus in dicta auth. de duobus reis circa princ. Alex. conſil. 116. lib. 6. Bart. in auth. hoc ita. num. 14. verſ. hæc concluſio patet in principali & fideiuſſore. C. de duobus reis, & quia obligatio officialis eſt reſpectu fructuum officij, cum eo qui dedit pecunias & obligatio illius qui recognouit bonam fidem, eſt quòd finita ſocietate promittit ſortem reſtituere, & ſic diuerſa eſt obligatio. & hæc obligatio acceſſoria ad contractum ſocietatis, non immutat eius naturam. Io. Maria Riminald. conſi. 100 num. 29. & 30. lib. 1. Paul. de Caſt. in l. eundem. §. fin. num. 2. ff. de duobus reis.

60 Sed quid ſi officialis declarat nolle indemnes ex quouis capite fideiuſſore ſeruare, de qua preſtatiõe fideiuſſores certificati nihilominus acceſſerũt ſpõte vti principales & in ſolidũ, poſtea in abſentia principalis vel officialis illi fideiuſſores conuenti à creditore, ei ſoluunt pecunias, & habuerunt ab eo ceſsionem iurium contra dictum officialem, nunc vellent in vim ceſsionis recuperare à principali eorum portionem beneficio diuiſionis vel alio quocunque Iure, quia inter eos debet fieri diuiſio ex beneficio Epiſtolę diui Hadrian. & videtur quòd ſic iuxta cõſilium. Aret. 33. & Angel. in auth. de duobus reis col. 1. verſ. eſt & tertia lex. Sed in nouella 136. ſecundũ interpretationem. Oloandri ſub rub. de argentariorum contractibus quæ non eſt in cõmunibus authenticis in princi. ibi; ſi pacta vero adſcripta ſimul formam & regulam addant contractui, ſimul exinde auferatur exactio, & ſic ex dicta nouella colligitur quòd diuiſio fieri debet inter fideiuſſores, vbi nõ eſt aliqua pactio, ſed vbi eſt pactum ſeruetur pactum, quod dat formã & regulam contractui & in nouella 99. ſub tit. de duobus reis promittendi. verſ. ita enim & illius pacti conuentio conſeruabitur, neque actor aliquod ſubſtinebit damnum, & maxime ignorante creditore, aliquid illi inter ſe pacti ſint, nihilominus vnuſquiſq; tenebitur quemadmodũ initio ſcripto cõprehenſum fuerit nõ habiturus licentiã, vt artibus vel dolis vel trãſactionibus tranſcendat, eaque cõuenerunt, vbi gloſſa in verbo aliquid, ait & propter hoc pactum principalis vel officialis quocunque modo non tenetur fideiuſſores indemnes releuare, nõ obſtante. l. modeſtinus. Angel. in dicta auth. de duobus reis col. 2. verſ. conceditur aliud, etiam ex iure ceſſo non tenetur illos indemnes releuare, nec minus ex beneficio diuiſionis, vel

alio

alio caſu, quia clauſula ex quouis capite, tanquam generalis comprendit omnem caſum, quo fideiuſſor principalis à confideiuſſore conueniri, aut moleſtari poteſt; maxime quia confideiuſſor certificatus de voluntate officialis, ſciens & prudens ſponte acceſsit, & ſe obligauit in fauorem creditoris, etiam quod non releuetur indemnis ex quocunque capite, & ſic videtur donare voluiſſe, & in hoc nō videtur ei auxilium præſtandum, licet pium ſit fideiuſſori auxilium præſtare dicit textus in Auth. vt creditores prius aggrediantur, quæ eſt quarta cōſtitutio ſecundum interpretationem Holoandri in princ.

61 Fideiuſſores vel mandatores ſimplices ſunt illi qui alieno nomine obligantur. l. 1. §. aut proprio. ff. de act. & obligat. & inſtitut. de fideiuſſ. in princ. & pariter illi qui accedunt alienæ obligationi. Paulus de Caſt. conſi. 331. num. 1. lib. 1.

62 Et ſi plures dati ſint ex Epiſtola diui Adriani ſit diuiſio inter eos, l. inter eos. ff. de fideiuſſ. etiam ſi in ſolidum obligati ſint creditori, cui ſolidū ſoluere tenentur. ſed ex Epiſtola diui Adriani compellitur creditor à ſingulis qui ſunt ſoluendo tempore litis conteſtatę partes petere, & hanc exceptionem fideiuſſor opponere tenetur, quando proceditur contra eū, ſi confideiuſſor, vel reus ſit ſoluendo, aliàs non datur ei repetitio contra fideiuſſorem. §. ſi plures, inſtit. de fideiuſſ. & ſufficit quod fiat iſta petitio diuiſionis ante condemnationem, l. vt is. C. de fideiuſſ. & hac exceptione non oppoſita, ante condemnationem, ſi ſoluat creditori, nihil repetit à confideiuſſoribus. l. ſi teſtamento. §. quod ſi duo, in fine. ff. de fideiuſſ. & inſtit. eodem titulo. §. ſi plures, & ſibi eſt imputandum, cum potuerit diuiſionem petere & non petiit. l. cū alter. ff. de fideiuſſ. præmiſſa ſunt intelligenda ſi non eſt renunciatum Epiſtolę diui Adriani, vt dictum eſt ſupra num. 47.

63 Sed ponamus caſum quod principalis obligatio minoris non valeat an fideiuſſ. obligatus exiſtat ex tex. in l. in cauſę la prima in princ. ff. de minor. & §. in ſumma vbi quod non eſt ſubueniendum fideiuſſori qui pro minori ſe obligauit, quia fuit affirmator & ſuaſor, vt cum eo contraheretur, & Ideo minor petere debet reſtitutionē in integrum, aduerſus creditorem & fideiuſſores agentes pro releuatione indemnitatis contra minorem. Bart. ibi: & Sic ſi minor. 25. annorū contraxit ſocietatē ſuper eius officio ſine tutoris, vel curatoris auctoritate pupillus non tenetur. l. in conductione 33. §. fin. ff. pro ſocio & illi, qui dedit pecunias, minor dedit fideiuſſores: ſi minor conueniatur petita abſolutione à iuramento præſtito ſuper ſocietate poteſt dicere ſi contraxit ſine ſolemnitate nullam ſocietatē, & propterea nolle pecuniam receptam reſtituere ei qui illam dedit in ſocietatem, & aduerſus contractum ſocietatis petere reſtitutionem tam cōtra eum qui dedit pecunias, quam contra fideiuſſores, ex dicta l. in commune la prima ff. de minor.

64 Quidam N. vendidit veſtem Titio pro 100. ſcut. & de illis fecit ſe debitorem illius vigore cedulę priuatę, vel aliàs, poſtea idem debitor qui erat officialis fecit de dictis 100. ſcut. vnā ſocietatem officij ſuper dicto eius officio ad rationē 12. pro quolibet centinario pro ſex menſibus futuris, & deinde ad bene placitum in forma in fauorem dicti N. creditoris, dubita-

tur ex quo nõ eſt facta numeratio 100 ſcut. in ipſo contractu prout requirit conſuetudo immemorabilis,ſed facta ſuper debito vero ipſius officialis, an ſit valida & videtur quod ſit valida, & pro iſta parte facit quæ dicit Nauarrus de vſuris. num. 88. verſ. eſt tamẽ quæſtio quotidiana.vbi tenet quod in foro cõſcientię ſup iſto credito poteſt cenſus fieri non obſtante cõſtitutionẽ Pij V.mouetur quia coram Deo ſoluit iuſtum pretiũ anticipate. ſecũdo quia lex fundata in præſumptione non habet locum in foro cõſcientiæ, ſed ego in ſecunda parte tractatus de cẽſibus. num. 52. tenui contrarium in cenſu propter conſtitutionem Pij, quæ dat formam.

65 Moderni in conſi. 81. lib. 1. pérto tum tenent quod hęc ſocietas ſic facta non eſt ſimulata taliter quod annullet contractum ſocietatis,& de qua ſimulatione poſsit excipi,allegat Bart.in l. ſi ex pretio. ff. ſi cert. pet. & Decius, in l. certi conditio. §. fin.num.2. ff. ſi cert. pet. vbi firmat quòd debitum ex vna cauſa in aliam conuerti poteſt, & talis conuerſio in effectu non videtur ſimulatio, quia habet fomentũ ex veritate cauſæ præcedentis, & ideo non haberet in iſto caſu locum ſtatutum de ſimulatione,& licet in ſocietate nõ ſit facta numeratio pecuniæ, prout ex cõſuetudine,requiritur quòd fiat in ipſo cõtractu,vt dictũ eſt ſupra nu.8.nihilominus ipſi moderni putant valere ſocietatem, ex quo omnia licita ſunt quæ prohibita non reperiuntur. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cauſis maior. l. ab ea parte de probation. & reſpondent num. 20. doctrinæ Bart. in l. ſingularia. num.21.ff.ſi cert. vbi facit tres concluſiones, adhoc vt vnũ debitum cõuertatur in aliud, & dicit, aut contractus, vel quaſi eſt vniuerſalis, vt mandatum adminiſtrationis omnium bonorum, vel tutelę, aut ſocietatis, & tunc deuoluitur in aliud debitum. Si verò contractus eſt ſpecialis vt eſt iſta ſocietas, tunc regula eſt quod debitum ex alia cauſa non conuertitur, ſi primum non tollatur, quia nihil ad ſocium peruenit durante prima obligatione. l. ſi renunciandi. §. apud Iulianum. ff. mandati. Hæc regula fallit in duobus caſibus, primo ſi fieret in 2. contractu ſtipulatio, animo nouandi. Secundo in conſtituta pecunia. Aut tertio loco quæritur an primum transferatur in ſecundum, ita quod primum tollatur; tunc per ſtipulationem poteſt fieri.l.1. ff. de nouat. per alium vero contractum,qui perficitur interuẽtu cuiuslibet rei,& poteſt fieri,& idem ſi ſolo conſenſu, dũmodo in ſcđo contractu agatur vt tollatur primus, vt. l. ſi mandato meo. ff. mand. ſi vero cõtractus qui fit requirit certas res conſiſtentes in pondere numero, & menſura & tunc aut illę res extant ſolutioni paratę, & poteſt conuerti in aliud debitum, ſi non extant, tunc non poteſt conuerti. l. qui negocia. ff. mandat.& hic vltimus,eſt caſus noſter quia in contractu ſocietatis ex conſuetudine vrbis requirit prõpta & numerata pecunia, vt dictum eſt ſupra num. 8. & ita cantant omnia inſtrumenta ſocietatum, & non fiunt nec fieri poſſunt aliomodo ſtante dicta conſuetudine,hic nõ interuenit pecunia merito.

66 Cui doctrinæ Bart. & cõmuni dicti moderni. num. 2. conantur in dicto conſi. 81. reſpõdere dicẽtes quod contractus ſocietatis fiunt ſuper quacunque re, & conſenſu perficiuntur, allegant Paulum de Caſtro cõſi. 170. lib. 2. & vlterius dicunt, & quòd dictus contractus non requirit aliquam

rem certam, allegant.l. 2.ff. de action. & oblig. in qua dicitur, quòd contractus ſocietatis conſenſu perficitur, & facit. l. qui admittitur. ff. pro ſocio. ſed reſpondetur quòd ſocietas fit ſuper re vniuerſaliter, vtputa ſuper omnibus bonis, aut ſuper re particulari, vt in.l.5.in princ.ff.pro ſocio ſi ſuper re particulari, vtputa ſuper officio alicuius, tunc ſine pecunia fieri non poteſt, nam qui vult participare de fructibus officij debet pecuniam conferre. §. nam.& ita.inſtit.de ſocietate,& dictum eſt ſupra num.7. hic non cõtulit pecuniam, ergo non fuit contracta ſocietas ſolo cõſenſu, quia in hoc caſu requiritur pecunia, quę debet eſſe prompta & certa, vnde non eſt verum, quòd res non requiratur in ſocietate,& quòd ſufficiat ſolus conſenſus quinimo requiritur conſenſus & res in ſocietate, vt dicta l.5.pro ſocio.

67 Dum dicunt, quòd hoc debitum venditionis fuit ſublatum ex contractu ſocietatis ſubſequto, ex quo fuit liberatus ab eodẽ debito, & quia cõtractus, venditionis,& ſocietatis ſubſequtę, inter ſe non compatiuntur, & tunc vltimus contractus tollit primũ abſque alia expreſsione, vt dicunt dicto conſi. 81. num. 3.allegant. Bald. in l. pacta nouiſsima. num. 10. C. de pactis. vbi Bald. finaliter concludit, quòd ſi ſecundus contractus eſt cum derogatione primi, tunc ipſo iure eſt receſſum à primo, & hic non eſt caſus noſter quia non fuit caſſatus primus contractus, nec minus apparet liberatio à debito primi contractus, aut eſt celebratus cum ſupletione vel diminutione primi contractus, & tunc nõ eſt receſſum à primo, ſed à forma, ſecundum quid non ſimpliciter, vnde iſte contractus appellatur reformatio non interitus primi contractus, & hic videtur caſus noſter, quia in contractu ſocietatis, additur ſumma ſex ſcut. pro centinario pro fructibus primi ſemeſtris, & ſic vitiatur cõtractus, & non tollitur primus, qui debet expreſſe tolli, & caſſari hic non fuit expreſſe ſublatum & caſſatum meritò.

68 Quare videntes dicti moderni non ſubſiſtere quæ dixerunt in 2. col. dicti conſi.81. dicunt quòd debitum ex cauſa venditionis fuit transfuſum in cauſa ſocietatis, quia fuit adiecta ſtipulatio in contractu ſocietatis. allegant. Bart. in dicta l. ſingularia. num.20.ff. ſi cert. quia per ſtipulationem quilibet contractus in alium transfertur, vt dicit ibi Bart. num. 21. ſed Bart. in dicto num. 21. dum loquitur de ſtipulatione. allegat l. 1. ff. de nouat. in qua l. dicitur quòd ſi ex ſubſequenti ita noua conſtituitur obligatio, vt prior perimatur, & hęc eſt vera nouatio, ſed in pręſenti caſu nõ fuit hoc actum vt ex facto narrato in dicto conſi. 81. colligitur, dũ ibi in principio dicitur quod partes conuenerunt, vt ex pretio debito fieret ſocietas quæ fuit facta cum illa additione ſex ſcut. vt dictum eſt ſupra nu. proximo, & non animo perimendi & tollendi primam obligationem, vt declarat gloſſa ſingularis. in l. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. & Bart. in dicta l. ſingularia. num. 21. relatus ſupra num. 65. quibus doctrinis non reſpondetur concludenter, vnde non placent rationes dicti conſulentis, maxime quia ex conſuetudine immemorabili inſtrumenta ſocietatum officiorum fiunt in pecunia numerata, vt videri poteſt in omnibus inſtrumentis ſocietatum, apud omnes Notarios vrbis, quare videtur hæc ſimulata ſocietas, propterea ſi vere & expreſſe per creditorem fuiſſet caſſatus primus cõtractus crederem quod poſſet ſuſti-

neri ſocietas ſaltim in foro conſcientiæ, per ea quæ dicit Nauarrus nu. 88. de vſuris, & dixi ſupra num. 64. ſed ſi non fuit caſſatus primus contractus ſentio contrarium vt dictum eſt ſupra; & vide infra num. 192. & ſeq.

69 Quod fideiuſſores licet abſentes me notario pręſente, indemnes & penitus ſine damno releuare promiſit ad omnem ipſorum fideiuſſorum beneplacitum, ex iſta promiſsione releuationis indemnitatis habet fideiuſſor contra eum pro quo fideiuſsit pro recuperatione eius quod ſoluit mandati iudicium. §. ſi quid inſtit. de fideiuſſ. & ſimiliter ſi hęres fideiuſſoris ſoluerit habet mandati actionem, & ſi ſeruus vel filiusfamilias fideiuſſerũt, Pater & dominus habent mandati actionem pro indemnitate. l. ſi vero. §. Marcellus. ff. mandati.

70 Et fideiuſſores habent hanc actionem pro indemnitatis releuatione, cõtra eum pro quo fideiuſſerũt, vel eius hęredes tam pro ſorte, quàm pro vſuris quantitatis ſolutę poſt morã. l. poſt ſolutionem. C. mandati, & ſi fideiuſſit pro pluribus contra omnes habet actionem. l. cum mandato. 21. & l. qui fide. 53. ff. mandati, & ſi contraxerunt nouam ſocietatem pro ſoluendo primam, tenetur etiam ad fructus ſecundę ſocietatis, & ad omnia tanquam ad damnum emergens. Innocent. & Abbas. in c. 1. de vſur.

71 Et fideiuſſor pro releuatione indemnitatis, non poteſt plus conſequi, niſi quantum ſoluit l. inter cauſas, 26. §. abeſſe. verſ. pręterea. ff. mandati & vlterius vſurę poſt moram cõmiſſæ. l. poſt ſolutionem. C. mand. & pręſertim ſi fideiuſſor ad effectum ſolutionis debiti cœpit in ſocietate, vel ſub vſuris pecunias, principalis debitor pecunias cum vſuris ſoluere tenetur. l. 1. C. mandat. & qualiter tunc ſint accipiendę pecuniæ pro ſolutione debiti alterius docet Roman. conſil. 101. & vlterius expenſas ſoluere debet factas in hoc iudicio. l. ſi vero. 12. §. ſi mihi. ff. mandati, vbi etiam loquitur de pecunijs captis ſub vſuris grauiſsimis per fideiuſſorem ad effectum ſoluendi quod promiſerat, & l. ſi mãdato 45. §. ſi fideiuſſor. & l. ſi is qui §. fin. ff. mandati.

72 Pręterea fideiuſſor agere poteſt cõtra mandantem antequam ipſe ſoluat, vt ſoluat quod pro eo promiſit, ne cogatur vendere bona ſua pro eo, vel vt caueat ne patiatur damnum, vel caueat ipſum defenſurum ab omni moleſtia & damno & ad alia quæ numerantur in l. ſi mandato meo 45. ff. mãdati, & vlterius ſi longo tempore ſtetit fideiuſſor in obligatione, & reus nunquam ſoluit vel bona ſua diſsipauit, vel fideiuſſor non habeat pecunias poteſt tunc fideiuſſor agere contra eũ antequã ſoluat. l. Lutius Titius 48. in ſine. ff. mandati, & regulariter fideiuſſor antequam ſoluat, agere nõ poteſt. l. ſi pro ea, & ibi per omnes doctores. C. mãd. Hippolyt. de Marſil. in Rub. de fideiuſſ. num. 216. ponit caſus in quibus fideiuſſor agere poſsit contra principalem antequam ſoluat, & Caſſan. ſuper conſuet. Burg. Rub. 5. §. 2. gloſſ. 1. num. 25. & 26. carta 207. & fideiuſſor obligatus in forma Camerę poteſt agere antequam ſoluat. Guido Papæ. q. 107. Caſſ. vbi ſupra num. 27. & 28.

73 Sed ſi aliquis rogatus, vt fideiubeat pro centum tantum, ipſe voluit fideiubere pro 200. ſcut. recte poteſt principalis dicere non teneri pro tanta ſumma, quia ſine mandato ſuo ad tantam ſummam fideiuſsit, & fideiuſſor tunc non habet actionem niſi

pro

pro ſumma mandata.l.Rogatus.33.ff. mandati. & §. is qui exequitur inſtit. mand. & idem quando fideiuſſor infra voluntatem mandatoris principalis plus ſoluit creditori.l.Quintus Mutius in principio 48.ff. mandati.

74 Sed quid ſi principalis & fideiuſſor ſunt obligati incerto tempore,& fideiuſſor ſoluit ante tempus, non poteſt agere etiam poſt ſolutionem ante tempus.l.ſi mandauero in principio 22.& l. fideiuſſor.ff.mand.& l.ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. & hæc intelligenda, niſi fideiuſſor ſit condemnatus à Iudice ſoluere ante tempus.l.fideiuſſor 46.ff. de fideiuſſ.

75 Etſi fideiuſſor repetit ſolutum creditori,an ex ſola confeſsione creditoris probet ſolutionem, & Hippolyt. de Marſ. in Rub. de fideiuſſ.quęſt.35. num. 265. ex communi opinione tenet quod ſic.

76 Pręterea ſi fideiuſſor moleſtatur à creditore coram aliquo iudice, poteſt coram eodem iudice repetita promiſſione indemnitatis, vel inſtrumento Camerali,& citato debitore principali ad dicendum contra moleſtationes ſibi præſtitas a creditore occaſione fideiuſsionis factæ pro eo, ad releuendum ipſum indemnem, aliàs videndũ decerni mandatum. l.cum eorum. C. de ſenten. & inter l. omnium Iud. & l. fin. C. de vſur. rei iud. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rub. 5. §. 2. num. 9. carta 206.

77 Fideiuſſor qui acceſsit obligationi nullæ & inualidæ & factæ ſine cauſa, non obligatur, ex eo quia ſicut confeſsio ſine cauſa non obligat cum effectu principalem debitorem, ita non obligat fideiuſſorẽ qui acceſsit. c. acceſſorium, de reg. iur. l. cum indebito. §. fin.ff. de probat. in quo dicitur, quòd ſi fideiuſſor plene probat quòd indebitum promiſit, non tenetur ſtare ſuæ obligationi, & ibi gloſſę declarant. Alex. conſi. 4. num. 1. & 2. lib. 1. vbi additio, & vide quæ dicta ſunt ſupra num. 26. & contra tale inſtrumentum fideiuſſor poteſt illas exceptiones opponere, quas poteſt principalis Bald. in l. conſtitutionibus. C. de vſur. Hippol. in rubrica de fideiuſſor. num. 267. Decius in c. inter. num. 28. de except.

78 Laudans aliquem in officio publico promouendum pro eo fideiubere videtur. l. elegáter. §. fin. ff. de dolo. l. 2. ad manic. Guigliel. Benedict. in c. Raynutius. in verſ. & vxorem nomine Adalaſiam num. 217. Berous cõſi. 193. nu. 55. lib. 1. & fideiuſſor dicitur debitor, Decius & doctores. in l. 1. ff. ſi cert. pet. num. 97. & 98. Caſſan. ſuper conſuet. Bur. rubr. 4. §. 10. gloſſa 2. num 1.

79 Promittens dare in fideiuſſorẽ certam perſonam ſi fuit in mora tenetur alium dare, vel ſoluere intereſſe, ſecus ſi non fuit in mora. l. qui autem. §. ſed & ſi quis. ff. de cõſtit. pecun. vbi Bart. Ang. Paul. & alij. Hippol. de fideiuſſor. num. 313. & Angel. in dicta l. qui autem. §. ſed, & declarat alternatiuam ibi poſitam, vel quod intereſt fideiuſſorem habere, vel quatenus aliũ æque idoneum det, & quòd promiſsio dandi fideiuſſorem non eſt promiſsio facti alieni, ſed proprij, & propterea ſi ille qui promiſit dare fideiuſſorem ex propria voluntate, & non dedit, ſi eſt ſuſpectus, poteſt poni in carceribus. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdar. cogantur.

80 Fideiubere non licet quia nullus in homine debet confidere & hoc generaliter. l. 1. & 2. C. ne fideiuſſ. dor. dentur. & Hermolaus Barbarus in c. 32. lib. 7. Plinij, dicit quòd fideiuſsio fuit

fuit prohibita ab oraculo Apollinis, & fideiubens dicitur male vti ſubſtantia ſua. Angel. in l. perſonæ. §. 1. ff. de pact. Alex. in l. ſi conſtante. col. 8. ff. ſolut. matr. Caſſan. ſuper conſuet. Burgh. rubr 5. §. 2. gloſſa fin. vbi dicit quòd fideiuſſor dicitur infelix, eo quod cliens eſt creditoris & eſt ſeruus fęneratoris, & facile fideiubenti debet dari Curator ſicut prodigo, ex quo male vtitur ſubſtantia ſua. l. ſi furioſo. §. fin. ff. de Curat. furioſi de quibus prodigis dixi in tract. de Tutore. c. 11. num. 73. & ſeq.

81 Promiſitque moriente fideiuſſore, ſeu conditionem deteriorante vno ſeu quolibet ipſorum dare alium, ſeu alios æque idoneos qui eodem modo accedant aliàs voluerunt ipſi contrahẽtes, quòd ipſe P. teneatur ad reſtitutionẽ & ſolutionem omnium & quorumcunque ad quem teneretur ſi ſocietas eſſet finita.

82 Et ſic officialis obligat ſe, ſi moriatur vel deterioretur conditio vnius vel plurium ex fideiuſſoribus datis dare alium vel alios æque idoneos. iuxta l. 1. §. quod ait Prætor. ff. quorũ leg. Tiraquell. in l. boues. §. hoc ſermone num. 19. in prima parte, in fine dicti numeri, & fideiuſſor idoneus dicitur quãdo poſſidet immobilia in loco ſecus ſi non poſſidet immobilia. l. 2. & l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cog. Hippol. in rubr. de fideiuſſ. nu. 227. & Caſſan. ſuper conſuet. Burgh. rub. 6. §. 6. in gloſſa, en balliant. num. 1. cart. 121. & propterea videndum eſt, quãdo forenſis idoneus dicatur, Hippol. de Marſ. in dicta rubr. de fideiuſſor. num. 262. & ſi Iudex recipit in fideiuſſorem minus idoneum tenetur parti ad intereſſe Hippol. in dicta rubr. num. 345.

83 Et ſi non dat fideiuſſorẽ æque idoneum, ex pacto voluerunt contrahentes, quòd teneatur ad reſtitutionẽ pecuniarum poſitarum in ſocietate, & ſolutionem fructuum ad quæ teneretur ſi ſocietas eſſet finita, hoc pactum eſt legis cõmiſſoriæ vt declarat gloſſa in c. ſignificante de pignoribus, quòd pactum moderni Pariſienſes in tractatu de vſuris. num. 376. dicunt eſſe licitum in omnibus contractibus prętterquam in mutuo, & num. 377. dicunt quòd ſi hoc pactum non valet, non propterea vitiat contractum, & hoc pactum legis commiſſoriæ non valet in pignore, & propter quid. l. fin. C. de pactis pign. dicto c. ſignificante de pign. Tiraquell. de retract. conuentionali in præfatione. num. 7.

84 Sed quid ſi P. officialis cępit pecunias ad ſocietatem ab M. & dedit fideiuſſores in ſolidum, vt principales principaliter nominatos, & poſt datos fideiuſſores P. officialis dedit pecunias Titio, inſcio tamen M. qui dedit pecunias, qui Titius faſſus eſt habuiſſe pecunias à. P. & bonam fidem recognouit, & tam officialem, quam fideiuſſorem releuare promiſit indemnes an Titius dicatur reſpectu ſocietatis principalis ſocius cum M. cũ quo nullam cõtraxit ſocietatem, neque in eodem inſtrumento ſe obligauit, nec propterea habet officiũ, & videtur dicendum, quòd non, quia non poteſt eſſe ſocius qui non habet officium, & quem nolui pro ſocio habere. l. qui admittitur. ff. pro ſocio, & dixi ſupra num. 4. & licet ab officiali Titius acceperit pecuniam, non propterea Titius eſt effectus ſocius M. nec ſocius P. officialis, ſed debitor & tanquam talem promittit indemnẽ releuare fideiuſſores & ipſum officialem, & per mortem officialis diſſoluitur ſocietas. l. verum. §. fin. ff. pro ſocio Bal. conſi.

448

448. lib. 4. Rom. conſi. 106. Decius conſi. 213. non per mortem illius qui recognouit bonam fidem, & fideiuſſores principaliter obligari quoad creditorem omnes ſunt principales, & quia renunciauerũt beneficio diſcuſſionis, Paulus de Caſt. in l. ſed Iulianus. num. 2. & 3. ff. ad Maced. & Hieronymus Gabriell. conſi. 63. num. 13 lib. 2. dicit officialem cenſeri principalem ſocium, & cæteros fideiuſſores & liberato per acceptilationem principali ab eo qui pecuniam dedit, cenſeri fideiuſſores alios liberatos, vt infra num. 130. quia principaliter obligati ſunt fideiuſſores, & non correi debendi, nam qui alieno nomine obligatur fideiuſſor vocatur. l. 1. §. ſed pro prio. ff. de act. & oblig. & inſtit. de fideiuſſor. in princ. vide tamen quæ dixi ſupra num. 58. & 59.

85 Euenit in alia ſocietate quidã Scipio miles, Pius ſuper eius officio contraxit ſocietatem cum Petro ad commodum Fran. & Scipio promiſit dare in fideiuſſorem Ioannem, & dedit, quos Ioannem & Scipionem Fran. indemnes releuare promiſit, obiit Franciſcus qui non erat ſoluendo, Scipio prætendebat pecunias eſſe reſtituẽdas Petro, videlicet à ſe pro dimidia, & pro alia dimidia à Ioanne fideiuſſore, ex eo quia Scipio licet vti principalis ſocius contraxerit ſocietatem, tamen illam contraxit ad commodum Fran. decocti, & ſic vti fideiuſſor replicabat Io. quòd Scipio nõ eſt fideiuſſor, ſed principalis ſocius, & promiſit dare eum in fideiuſſorem, quem dedit, adeo quòd principalis eſt Scipio. Fideiuſſor Scipionis eſt Ioãnes per textum in l. ſi plures. 28. §. fin. ff. de fideiuſſo. vbi dicitur quòd fideiuſſor principalis cum fideiuſſore ſubalterno, nõ poteſt deſiderare, vt inter eos fiat diuiſio, ſed moderni in dicto conſi. 63. num. 14. lib. 2. tenent, quòd officialis, & fideiuſſor ſint fideiuſſores illius qui bonam fidem recognouit, & propterea ſit locus diuiſioni inter eos. ſed iſta opinio videtur contra caſum dicti §. fin. dicta l. ſi plures. ff. de fideiuſſ. nã officialis non eſt fideiuſſor ſed principalis ſocius cum eo qui dedit pecunias, ergo non poteſt cum eo fieri diuiſio ſicut fit inter fideiuſſores, vt in dicto §. fin.

86 Dixi ſupra aliquid de morte naturali. nu. 33. & de morte violenta. nu. 34. hic etiam pro maiori declaratione aliquid etiam de morte dicẽdum eſt, mors qualitercunque contingat dicitur Caſus fortuitus. l. interdum. §. 1. vbi gloſſa, & doctores. ff. de Iudic. & ſemper ex diſpoſitione Dei contingit, licet quis occidatur. gloſſa in §. 1. inſtitut. de capit. dim. Felin. in c. fin. de homic. Gugliel. Bened. in c. Rainutius il pr. num. 26. & 27. de teſtam.

87 Vnde ſi aliquis dedit pecunias ad ſocietatem, & durante ſocietate fuerit vocatus ad duellum in quo obiit, an dicatur mortuus morte violenta, quia fuit occiſus ab alio, an morte naturali & cauſali largo modo ſumpta. Et duellum quando eſt permiſſum à Principe licitum videtur, vt dicit Gugliel. Benedict. in c. Raynutius. in ver. mortuo itaque teſtatore, il pr. nu. 28. & ſeq. & in duello mortuus dici poteſt quod ſit naturaliter mortuus, vt in c. ſi non licet. 23. q. 5. & idem dicendum videtur ſi duellum eſt prohibitũ, quia ex ſe obtulit morti, & Dei voluntate non violẽta occiſus, & propterea credo, quòd in hoc caſu lucretur pecunia ab officiali, & dicetur infra verſ. mors naturalis. num. 92. vide etiam infra num. 110.

88 Regulariter quis morte naturali ſocij lu-

cij lucratur pecunias poſitas in ſocietate ex pacto, vt dictum eſt ſupra, hęc regula non procedit in morte violenta ſocij, vt ſupra num. 34. præſertim ſi eſſet cauſata à ſocio, vt lucrifaceret dictas pecunias, nam tunc ſocius nō eſt dignus, vt lucretur iſtas pecunias, nec ſi eſſet heres, eſſet dignus ſuccedere teſtatori, quem occidit, vel necari mandauit, Guigliel. Benedict. in c. Rainutius, in verbo mortuo itaque teſtatore il pr. num. 31. & multis ſeq.

89 Quid enim ſi ſocius ſeipſum interfeciſſet an officialis lucretur pecunias datas in ſocietate, & videtur, quòd nō poſſit illas lucrari cum bona ſe occidentis ipſo facto, confiſcentur. Bart. in l. fin. C. de his, qui ſibi mortem cōſciuerūt, & eſt inteſtabilis. l. 2. C. qui teſt. fac. non poſſunt. Guigliel. Bened. in dicto verſ. mortuo itaque teſtatore il pr. num. 41. & ſeq. præterea quia iſta eſt mors violenta ſi à ſeipſo illata eſt contra præceptum domini. c. ſi nō licet, per totum. 23. q. 5. nam ſibi fecit violentiam vide infra nu. 110. ſed quia non eſt violentia ab alio homine propterea declara vt infra num. 122.

90 Veneno ſi ſocius moriatur, ex pacto non lucratur pecunias, quia plus eſt veneno occidere quam gladio. l. 1. C. de malef. & mathem. Guigliel. Benedict. in dicto verſ. mortuo itaque num. 85. de teſtam.

91 Et quid ſi ſocius moriatur ſententia Iudicis condemnantis eum ad mortem propter delictum commiſſum, & videtur, quod hæc ſit mors violēta reſpectu condemnati, quia occiditur ab alio ligatus, itaque nullam poteſt facere defenſionem, & violentia miniſtri Iuſtitiæ occiditur, tamen videtur, quòd iſte nō ſit caſus exceptuatus ex pacto, vt dictum eſt ſupra num. 34. quia eſt mors naturalis non violenta, Guigliel. Bened. in dicto ver. mortuo itaque teſtatore. num. 87. & ſeq. in c. Rainutius de teſtam. & nu. 276. quia Iudices contra malos homines, ſunt vltores Iræ Dei, vnde non ſine cauſa gladium portant. c. non ſolum. 23. q. 5. & miniſter domini eſt qui malos iugulat. c. 29. & miniſter legum non eſt homicida. c. 31. & c. 41. & 42. dicta. 23. q. 5. ergo occiſus à miniſtro Iuſtitiæ, non eſt violenter occiſus, vide infra num. 110.

92 Mors naturalis inferri alicui nō poteſt niſi in quatuor caſibus, primò in bello iuſto authoritate principis legitimè indicto, ſecundo ex poteſtate, ſicut Iudex extinguit lationem vt ſupra num. proximo, tertio ex diuino præcepto ſicut Abraham voluit occidere Iſach Geneſis. c. 22. quarto ex Iudicio Dei occulto, ſcilicet per occultā Spiritus ſancti inſpirationē, ſicut Sanpſon: & nec iſti caſus continentur ſub generali pręcepto. Non occides, hi quatuor caſus probantur in c. ſi non licet. 9. in fine, & multis ſequentibus. 23. q. 5. colligit, Guigliel. Bened in dicto c. Rainutius. verſ. mortuo itaque teſtatore. il pr. num. 276. & nota iſtos quatuor caſus, in quibus ſi aliquis moriatur, dicitur mortuus morte naturali, & ſic officialis lucratur pecunias poſitas in ſocietate. vide etiā infra num. 122.

93 Excommunicatus eſt mortuus ſpiritualiter quia excommunicatio principaliter ſpiritum, ſeu animam percutit, & dat eam Sathanæ. Io. And. Abbas. & alij in rubrica de ſententia excom. Guigliel. Bened. in dicto verſ. mortuo itaque num. 277. & ſeq. & in his non habet locum pactū de lucrandis pecuniis in ſocietate poſitis, quia iſta non eſt mors naturalis, ſed ſpiritualis.

94 Mors

94 Mors ciuilis voluntaria & meritoria eſt, quando quis propria voluntate reliquit mundum & ingreditur religionem, & profitetur aliquam regulam approbatã, nam monachus mũdo mortuus eſt, Deo autem viuit, & ideo prohibitus eſt non exire monaſterium pro lucro terreno. c. 8. 16. q. 1. vbi gloſſa, dicit quod morti ęquiparatur ingreſſus religionis, & donatio cauſa mortis confirmatur ex ingreſſu religionis, ſicut morte naturali, quæ eſt mors ciuilis, de qua vide per Guiglielmum Benedicti in dicto c. Rainutius. verſ. mortuo itaque teſtatore, il t. num. 297. & ſeq. & num. 300. & per ingreſſum religionis quis non lucratur pecunias, quia iſta nõ eſt mors naturalis & monaſteriũ lucratur iſtas pecunias, quia bona intrantis monaſteriũ, nõ habentis liberos ſunt monaſterij. c. 9. vbi gloſſ. & Archid. 19. q. 3. & per ingreſsũ religionis finit̃ ſocietas.

95 Mors ciuilis neceſſaria eſt, quando quis per Iudicem propter delictũ perpetratum condemnatur, & per iſtam mortem perditur libertas, & ſimiliter ſi quis ab hoſtibus capiatur, quia ſeruus hoſtium efficitur, & ſeruitus morti naturali æquiparatur. l. ſeruitutem, ff. de reg. iur. Item deportati per ſententiam Iudicis ſunt ciuiliter mortui. Guigliel. Bened. in dicto c. Rainutius, verſ. mortuo itaque. num. 303. & ſeq. & per hanc ciuilem mortem quis non lucratur pecunias in ſocietate poſitas, quia non eſt mors naturalis.

96 Exilium neceſſariũ duplex eſt, primum propter vtilitatem exulis, vt quãdo quis fugit perſecutionem alicuius Principis, & illo exilio durante exules nihil perdunt. l. decernimus. C. de ſacroſ. eccleſ. quotiens enim quis particulari odio ſui principis perſequitur fugiendum eſt, vt dicit Dominus in Matthæo. c. 10. ſecundo indicitur exilium neceſſarium alicui, ita quod neceſſe habet recedere non propter ſui delictum, ſed ob virtutes, & ſic ex inuidia, vt de Ariſtide, de quibus vide Benedictum vbi ſupra. num. 308. & ſeq. nec per iſtud exiliũ, officialis lucratur pecunias, ſed ſi quis mittitur in exilium propter delictum, & hæc non eſt mors naturalis, ſed ciuilis.

97 Quid in mortuo naturaliter q̃ poſt mortem miraculoſe reſurrexit. l. ex his. cum ſeq. & ibi gloſſa. ff. de legibus per talem mortem ſequuta reſurrectione, credo quòd officialis non lucretur pecunias, quia ex reſurrectione recuperat iam mortuus bona, ſed hoc eſt maturius conſiderandum.

98 Morte officialis, & vẽditione officij, ſuper quo eſt ſocietas, extinguitur ſocietas ex cõſuetudine immemorabili vrbis Romæ fundata in l. verum. §. fin. & aliis Iuribus allegatis ſupra nu. 9. & poſt mortem officialis, vel venditionem officij, ſocius qui dedit pecunias non eſt amplius in periculo mortis naturalis perdendi illas, nec minus poteſt illas lucrari qui bonam fidem recognouit, quia ex forma pacti requiritur quòd moriatur qui dedit pecuniam durante ſocietate, & ſimiliter ſoluta, vt ſupra, ſocietate, fructus non currunt ad rationẽ 12. pro centinario, & nõ poſſunt licitè percipi, quia ceſſante periculo mortis lucrum ceſſare debet c. cum ceſſante. de appell. & poſt mortem ſocij ad rationem 12. pro centinario fructus peti non poſſunt. Bald. conſi. 109. lib. 2. Ruin. conſi. 90. in fin. & conſi. 91. col. pen. lib. 1. Hier. Gabriell. conſi. 78. num. 3. lib. 1. & conſi. 63. num. 15. & 16. lib. 2.

99 Emptor officij nõ eſt obligatus pro pecunijs poſitis in ſocietate ſuper officio à prædeceſſore officiali u … of-

ficia Romanæ Curiæ poſſunt obligari pro illo tempore, pro quo quis officium retinet, ſed ſi quis morte vel reſignatione dimittit officium tranſit in alium ſine aliquo onere, obligatione, & hipotecha appoſita à prędeceſſore, ex eo quia libere reſignatur officium in manibus Papę & Papa libere contulit alteri ex priuilęgio conceſſo officiis à ſummis Pontificibus, quòd non poſſint aliquo pacto grauari hipotheca, vel obligatione à retinẽte in pręiudicium ſucceſſoris & hoc iure vtimur in Romana curia, vide etiã Gabriell. conſi. 63. num. 17. & 18. lib. 2.

100 Quid ſi ille ſocius qui pecunias poſuit in ſocietate, poſtea cedat actiones ad fauorem tertij, & declaret ſocietatem huiuſmodi ſpectare, & pertinere ad tertium, & ipſe non habuiſſe nec habere niſi nudum nomen, & eidem tertio omne commodum & incommodũ dictę ſocietatis ceſsit, & tranſtulit contra omnes in dicta ſocietate obligatos & omnia iura, &c. in forma an dicta ceſsio valida ſit, videtur dicendũ quod non, quia ipſe vere nõ poſuit aliquas pecunias in dicta ſocietate officij: & propterea dixit non habere niſi nudũ nomen, & ſocietas officij ſine pecunia numerata fieri nõ poteſt, vt dictum eſt ſupra num. 8. & num. 66. Ideo dixit habere nudum nomen, & ſic fuit nuda ſocietas & imaginaria, & pro non facta habenda eſt, dicit textus in. l. nuda. ff. de contrahenda emptione & in l. eum qui emit. §. cum igitur. ff. de in diem adiectione, & non habere niſi nudum nomen, ſignificat non habere aliquam cauſam. Bart. in l. filiusfamilias. §. diui in fine. ff. de legat. 1. vbi Alex. nu. 29. & propterea ab initio ſocietas fuit ſimulata cum declaret hanc ſocietatem ſpectare, & pertinere ad tertium non ad ipſum quia ipſe habuit ſolum nudum nomen. Bald. in l. 1. q. 10. C. ſi ſeruus extero allegat. l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſsis. vide quæ dixi in tractat. de cenſibus parte 2. num. 157.

101 Præterea ſimilis ceſsio facta ſine aliqua cauſa ad fauorem tertij eſt ſimulata de Iure. l. per diuerſas & l. ab Anaſtaſio. C. mandati vbi Bart. Bald. Angel. & omnes ſcribentes, & hæc eſt regula Ant. Gabriell. in titulo de actionibus concluſ. 5. in princ. Puteus deciſ. 22. lib. 3. Plotus. in l. ſi quando. nu. 538. C. vnde vi. quia debet conſtare de veritate prętij ſoluti aliterquã per confeſsionem cedentis. Put. dicta deciſ. 22. num. 1. lib. 3.

102 Sed quid ſi quis fecit ſocietatẽ ſuper officio militis Pij, qui reddit in fructu quolibet anno ſcuta quinquaginta ad plus, & nihilominus cepit ad ſocietatem in dicto officio, ſcut. 500. ad rationem. 12. ſcut. pro quolibet centinario, & aſsignauit fructus dicti officij ad dictam rationem eidem ſocio qui dedit pecunias & ſic ſcut. 60. ſoluenda ex dictis fructibus officij, quod eſt impoſsibile, an in illo pluri in quo non ſunt fructus officij poſsit eſſe ſocietas, & videtur dicendum quod nõ, ſicut dicimus in cenſu qui non poteſt conſtitui niſi ſuper re, quæ ad minus tantum fructum reddat, quantum importat quantitas cenſus, vt dixi in parte 3. tract. de cenſibus. nu. 28. ita dicendum eſt ſuper officio quod nõ habet tot fructus quot ſocietas facta requirit, & ſic vltra valorem officij, contra conſtitutionem Pij Papæ IIII. qui permittit fieri ſocietates officij, nõ tamen vltra valorem officiorum ſuper quibus fieri contingit, & cum hęc ſocietas facta ſit vltra valorem officij contra conſtitutionem prohibentem,

aliter

aliter fieri nulla videtur. l. non dubiû. C. de legibus; nam lex prohibitiua habet decretum irritans & decretum derogatiuum, & annullatiuum actus. Imola in. l. cum lex. col. pen. verſ. vndecimo caſu. ff. de fideiuſſ. & dixi in dicta 3. parte tract. de cenſibus. num. 40. & in tract. de contractibus minorum & mulierum. gloſſa 6. nu. 110. & 141. quare ſequitur quod dicta ſocietas facta in illo pluri in quo non ſunt fructus officij, ſit nulla & vſuraria, & forſan dici poteſt propter indiuiduitatẽ quod tota nulla exiſtat ex hoc capite tantum, & ſi eſt nulla, ex ea non debentur fructus. vide etiam infra nu. 126.

103 Et in dicta conſtitutione Pij IIII. ponitur iſta clauſula, Ita quod ad requiſitionem ſecum ſocietates contrahentium, teneantur in ipſo contractu ſpecialiter exprimere alias ſocietates ſuper eodem officio contractas ſi quę ſint. ſed vtinã hæc ſeruarentur, quia ſunt nonnulli, qui ſuper officio Pio valoris 500. ſcut. contrahunt ſocietates cum diuerſis perſonis decem, & quindecim mille ſcut. ſuper quibus prouidit Pius IIII. ſed non fit iſta interrogatio, nec iſta expreſsio ſocietatũ in inſtrumento ſocietatis & ſi fieret multis malis remedium daretur.

104 Sequitur in dicta conſtitutione Pij & ſi dicti officiales eas falſo negauerint vel expreſſerint in toto vel in parte, pœnam priuationis officiorum ipſorum ſuper quibus ſocietates huiuſmodi contractæ fuerunt, ſine tamen præiuditio creditorum quatenus illis aliunde ſatisfieri non poſsit, ipſo iure incurrant, & in hoc officiales negãdo vel aſſerendo illud quod nõ eſt, incurrunt priuationem officiorum ipſo iure, ex ſentẽtia Papæ in illa conſtitutione fata, præter id quod ſententia hominis requiratur Felyn. in c. Rodulfus. num. 35. & 36. de reſcript. Gabriell. lib. 7. de criminibus. concluſ. 11. & 12. ponit regulas & fallentias, & dixi in tractatu de pactis & promiſſionibus. num. 63. & ſeq.

105 Qui contractus ſocietatum habent effectum ſuum, ſi tamen legitimè initi, validi, & efficaces exiſtãt, & executioni demandari debeant licite & libere poſsint & valeãt dicitur in cõſtitutione Pij, & ſic vt dicti cõtractus poſsint executioni mandari, debent eſſe legitimè initi, validi, & efficaces, quando vere ſunt facti in pecunia numerata, & de numeratione appareat fides, & quod pecunia poſita eſt in periculo mortis ſocij dantis pecunias vel alterius nominati, vt dictum eſt ſupra, & facta iuxta valorem officij, & non vltra, & ſecundum conſuetudinẽ vrbis ſupra expreſſam, & facta expreſſione ſocietatum, quæ ſunt ſuper officio vt in conſtitutione Pij, & dictũ eſt ſupra proxime.

106 Si vero ſocietates legitimè factæ non ſint, ſed fictitię & ſimulatę, vt ſupra in multis caſibus eſt expreſsũ nullam habere executionẽ arbitror: prætereа ſunt bene conſiderandæ, & examinandæ ſocietates, tam in foro fori, quàm in foro poli, quia ſi non ſunt legitimæ, vſurariæ exiſtunt, ſi ſunt legitime factæ, validæ, & executioni mandari debent & licitę ſunt propter periculum vitæ dantis pecunias.

107 De diſdicta ſocietatis facienda officiali dictum eſt ſupra num. 12. & 13. hodie conueniunt quod diſdicta fieri poſsit, tàm officiali, quàm vnicuique ex fideiuſſoribus infraſcriptis, tam perſonaliter quam domi dimiſſa copia, quæ perinde valeat, & arctet, ac ſi perſonaliter facta foret, & propter illam conuentionem nouam diſ-

dicta fieri poteſt tam officiali quàm fideiuſſoribus nominatis, perſonaliter & domi, & valet & arctat. ac ſi perſo naliter facta foret.

108 Et promiſit dictus officialis facere participem dictum M. ſuper omnibus & ſingulis dicti ſui officij fructibus, tam ordinariis quàm extraordinariis, proportionabiliter & pro rata vt ſupra in inſtrumento antiquo. num. 18. dicitur pro rata parte, hic additur proportionabiliter & pro rata, ideſt pro ea portione quæ liquidabitur infra ad rationem. 12. ſcutorum pro centinario, ex Conductione dictorũ fructuũ facta ab officiali, à dicto M. propter incertitudinem dictorum fructuum.

109 Super periculo autem vitæ etiã con ueniſſe aſſeruit quod moriente perſona, ſeu perſonis nominandis per dictum M. in ratificatione huiuſmodi ſocietatis; in inſtrumento antiquo ſu pra num. 30. datur facultas nominandi quando voluerit ſocius qui dat pecunias, hic ſolum in ratificatione ſocietatis faciendæ per ipſum M. ſociũ, vide infra num. 127.

110 Morte tamen naturali & non violenta illata ab homine, igne, telo, ferro, vel veneno, aut alio quouis modo violenter inflicta, ſupra in inſtrumento antiquo dicitur non vi, ferro, nec veneno, vt ſupra num. 31. & 34. hic additur & nõ violenta ab homine, ideſt quod homo armata manu, & cum ho minibus armatis hominem violenter occiderit, & ſic excludit occiſum à miniſtro Iuſtitiæ de quo dictum eſt ſupra num. 91. vel ſit occiſus in duello vt dictum eſt ſupra num. 87. & idẽ ſi quis ſe ipſum occiderit vt ſupra nu. 89. in alio contractu dicitur, vel aliàs ab homine violenter illata vel inflicta durante ſocietate.

111 De igne nihil dicebatur in inſtrumento antiquo vt ſupra num. 31. hic additur de occiſo ab igne, & ſic non comprehẽditur ſub appellatione mortis naturalis, quia ignis poteſt immitti in domo ab illo qui cœpit pecunias, vt illas lucretur morte illius, ideo fuit bona additio.

112 Telo, Teli appellatione, olim intel ligebatur quod arcu mittitur, ſed nunc omne ſignificatur quod mittitur manu, vt lapis, lignũ & ferrum, dictumq́; ab eo quod in lõginquum mittitur. l. ſi calumnietur 133. §. telũ. ff. de verb. ſignif. & ibi Rebuff. cart. 1015. late declarat & allegat concordantes & venit omne inſtrumentum, per quod mors poteſt inferri. Guigl. Bened. in c. Rainutius verſ. mortuo ita quæ il primo, num. 17. Ferro ideſt ferro pro iecto ab homine, vel ab arcu, nam teli appellatione continetur ferrum, vt dicto §. telũ, & ꝓbat. Rebuff. vbi ſupra.

113 Ac peſte, ſeu cauſa peſtis huiuſmodi ſocietate; & hic excipitur etiam caſus peſtis, & mors quæ ſucceſsit durãtę tẽpore peſtis, in quo caſu officialis nihil lucratur, & ſic ſunt additi in inſtrumento antiquo multi caſus qui in conſuetudine antiqua nõ continebãtur, & qui dicit quod fugiens in longinquis partibus, poſt aliquod tẽpus quo diſceſsit à loco vbi erat peſtis, ꝓbare debet, quod ex peſte mortuus ſit; quia qui dicit probare debet, aliàs morte naturali mortuus præſumitur.

114 Vel ab Vrbe abſentibus teneatur dare alios fideiuſſores alias, & c. vt ſu pra nu. 82. hic additur quãdo fideiuſſor eſt abſens ab Vrbe quod teneãtur dare loco abſentiũ alios fideiuſſores; quia abſentes pro mortuis habentur. Bart. & Bald. in l. 2. C. de tempo. in integ. reſt. Pet. Gemin. & Fran. in c. ſi delegatus, de offic. deleg. lib. 6. Caſſaneus ſuper conſuet. Burg. Rub. 3. §. 1. in gloſſa

in gloſſa en eſt abſent.nu.4.carta 101.

115 Neque etiam prægnantia, vel abortu, vel alia morte occaſione prægnantię proueniente, & ſic excipitur mors proueniens ex prægnãtia mulieris & illius occaſione & ex abortu, & hæc particula eſt addita inſtrumento veteri quando mulier dat pecunias in ſocietate & eſt bona additio ad fugiendas lites & cõtrouerſias quę deſuper oriri poſſent, vide infra num. 120.

116 Ceſsio actionũ vni fideiuſſori qui creditum ſoluit, fieri poteſt etiam ex interuallo, quia dum ſoluit, propriam obligationem extinſit non aliorum, & conſequenter in hoc caſu ceſsio actionum competentium contra alios eſt vtilis & fieri debet per creditorẽ, quia ex illa ſolutione facta per fideiuſſorẽ, non ſunt liberati alij, & cum illa pecunia recepta creditor quodãmodo nomen aliorum debitorum vendidit, & propterea tenetur etiam ex interuallo fideiuſſori ſoluẽti actiones cedere textus eſt in. l. cum is. 36. ff. de fideiuſſ. & ibi Bart. & quia fideiuſſor ſoluere videtur de mandato debitoris, Ideo ei à creditore cedendæ ſunt actiones cõtra debitorem. l. Papinianus 28. ff. mãdati. Bart. in l. modeſtinus. num. 4. verſ. tertio caſu. ff. de ſolut. & ibi Paulus de Caſtro col. fin. & alij Hieronymus Gabriellus conſi. 62. num. 10. lib. 2.

117 Et ſimili modo eſt addita Clauſula quando pecuniæ ſunt poſitæ ſuper periculo vitæ alicuius mulieris, vel talis viri, aut alterius perſonæ, ſeu perſonarum per eam, vel eum, intra quindecim dies proximos, & nõ vltra nominandarũ; itaquod hac declaratione non facta intra dictũ tempus amplius fieri non poſsit, & ſic per iſtam particulam quæ nuper obſeruatur in contractu ſocietatis ſublata eſt particula antiqua tanquam nimis vaga, de qua ſupra num. 31. & facultas nominandi periculum perſonæ in ratificatione ſocietatis, cum potuiſſet in vltimo termino ſex menſium ratificare ſocietatem, eſt ſublata ad tollendũ has omnes dilationes & lites quæ exinde oriri poſſent, ſtatutũ eſt quod nominatio perſonæ ſuper qua periculum mortis poni debeat, fiat infra quindecim dies futuros, & immediate ſequẽtes à die rogitus per notarium ſocietatis huiuſmodi aliàs, &c. & fuit optima cautela ad vitandas fraudes & lites.

118 Fideiuſſores renouare tenetur officialis ex ſtylo hodierno in ĩfraſcriptis caſibus: primo in euentum mortis fideiuſſoris teneatur alium dare, vt ſupra num. 82. ſecundo propter abſentiam ab vrbe, vt ſupra num. 114. Nũc autem addunt aut deteriorationis dictorum fideiuſſorum aut alterius ipſorum, tunc promiſit dare alios eorũ loco ęque idoneos ſeu idoneum, eiſdem modo & forma quibus prædicti erant obligati intra quindecim dies à quolibet dictorum caſuũ computandos, aliàs eo ipſo teneri voluit ad reſtitutionem dictarum pecuniarũ & fructuum dictę ſocietatis tunc decurſorum & non ſolutorum ſatisfactionem proinde ac ſi huiuſmodi ſocietas diſdicta eſſet, & ad omnia damna, &c. nã caſus inopię contingens in perſona fideiuſſoris nocere debet debitori qui tractat de lucro captando, non creditori qui tractat de damno vitando. l. item illa. ff. de conſtit. pecun. l. ſi vno §. item id quidam. ff. locati. Bart. in l. in commodato. §. ſicut in fine. ff. commodati. Salic. in l. 2. C. cõmod. Surd. conſi. 18. num. 5. & ſic quæ fiunt in Romana curia fundata ſunt iure communi, vt videri poteſt in toto ſupradicto inſtrumento cum qualibet ipſius par-

ſius particula fundata ſit in Iure communi.

119 Supra num. 110. & 115. ponitur clauſula mortis diuerſis modis in vno alio inſtrumento ſocietatis ſub eodẽ ſenſu, tamen diuerſis verbis videlicet morte tamen naturali, non autem aliter inflicta, ſicut telo, ferro, igne, aqua, peſte, ſeu veneno, aut partu & occaſione partus abortus, & prægnãtia mulieris, vel aliàs quomodolibet ab homine violenter illata, vel inflicta ſocietate durãte, in hac clauſula additur aqua, & ſic ſi ille qui dedit pecunias ad ſocietatem moritur in flumine, vel in mari, aut alio loco impetu aquarũ, pecunia non lucratur per officialem ex pacto.

120 De prægnantia mulieris dictum eſt ſupra num. 115. de abortu dictum eſt ſupra num. 35. additur in hac clauſula proxime poſita, aut partu mulieris, quæ non erat appoſita in aliquo inſtrumento ex ſupradictis, & ſic ſi mulier moriatur in partu ex pacto non lucrãtur pecuniæ ab officiali, ſed ſunt reſtituendæ hæredibus mulieris, & qui dicit mulierem ex partu mortuam eſſe, probare debet quòd ex partu mortua ſit, quia qui dicit probare debet; & ſimiliter, ſi dicatur quòd occaſione prægnantiæ mortua ſit, & in hoc iudicio, & relationi peritorum ſtandum eſt.

121 Vel aliàs quomodolibet ab homine violenter inflicta, & illata, & ſic poſt omnes ſupradictos caſus ſi mors ab homine violenter inſtigatur ſocietate durante ex pacto non perditur pecunia. vt ſupra num. 19. & hæc clauſula valde placet & videtur formata melius quàm ab alio qui viderim, & addidit ſocietate durante, nam ſi moriatur finita ſocietate, non lucrantur pecuniæ per officialẽ ex pacto, & intelligitur finita ſocietas per diſdictam, vel mortem officialis, vel venditione officij, vt dictum eſt ſupra num. 9. Et quid ſi moriatur in bello ictu archibuſij, & ſic violenter occiſus ab hæreticis, an perdantur pecuniæ; & credo quòd perdantur, quia iſta mors quæ contingit in bello, largo modo dicitur mors naturalis, Gugliel. Bened. in c. Rainutius in verbo mortuus. nu. 19. vide quæ dixi ſupra num. 55. & infra num. proximo.

122 Mortem ſibi inferre nulli licet, nec ad fugiendas moleſtias mundi temporales, nec propter aliquod peccatum, nec deſiderio melioris vitæ, quia reus ſuæ mortis non habet poſt mortem meliorem vitam. c. 9. 23. q. 5. exemplo Iudæ, qui ſe laqueo ſuſpendit, vt c. 10. eadem q. 5. Ideo mortem arripere nos non debemus, ſed illatam ab aliis libenter excipere, vt in c. 11. & mortem voluntariam ſibi inferens ferro, veneno, præcipitatione, vel quolibet modo violentam, nulla pro eis fieri debet commemoratio in Eccleſia, nec cum Pſalmis eorum cadauera deferenda ad ſepolturam. c. 12. 23. q. 5. & in dicto textu hæc mors vocatur violenta, quia eſt illata ab homine, id eſt à ſeipſo per violentiam, ſed an comprehendatur in illa clauſula poſita ſupra num. 119. vel aliàs quomodolibet ab homine violẽter illata id eſt ab alio homine cum violẽtia illata nõ dicat à ſeipſo: Ego valde dubito quia mors, quam quis ſibi infert, dicitur voluntaria non violenta. & licet in textu dicti cap. 12. dicatur violenta, tamen annotatio ibi dicit, quòd illa dictio, violentam, abeſt ab originali, & ideo nihil poteſt argui ex illo textu præſertim quia in principio textus dicitur, vt qui ſibi ipſis voluntariè, ſi voluntariè, ergo non violenter ſibi infert mortem; & propterea quouis modo quis

do quis ſibi inferat mortem voluntariam ferro, veneno, aqua, laqueo, vel proiiciat ſe voluntarie ab aliqua turri, feneſtra, vel alio quocunque loco in terra, in mari, in flumine, in igne, vel ſe ſuſpendat in arbore, vel in aliquo loco in domo,& moriatur, quod i omni iſtorum caſuum perduntur pecuniæ & lucrantur per officialem, quia hæc non eſt mors violenta illata ab alio homine,ſed voluntariè à ſeipſo, vt dicitur in textu dicti c. 12. & ex pacto & conuentione in contractu ſocietatis prędictę nõ cõprehenditur, quia in ea dicitur ab homine violenter illata & ſic ab alio homine præterquam à ſeipſo; vide etiam ſupra num. 89. & num. 39.

123 Societates officiorum fiunt à Notariis qui primo capiunt obligationẽ officialis qui fatetur habuiſſe pecunias à Petro, poſtea obligantur fideiuſſores vti principales, tandem qui poſuit pecunias, ratificat ſocietatẽ,& ſi vult nominare perſonas ſuper quarum periculo intendit pecunias ponere, poteſt hoc facere infra quindecim dies à die factæ obligationis per officialem, & ante ratificationẽ ſoluere cum effectu pecunias officiali qui de pecuniis receptis, quietationem manu propria facere debet ſocio qui poſuit pecunias ad hoc vt appareat, quod hæc ſit vera ſocietas: primo quia ſocietas conſtat ex pecunia numerata data per ſocium officiali 2. per cõmunicationem fructuum officij factã per officialem ſocio, & per dationem pecuniarum & ratificationem ſocietatis factã per ſocium,qui dedit pecunias infra quindecim dies,declarando ſuper cuius periculo vitæ & mortis naturalis vult eſſe conſtitutas dictas pecunias poſitas in ſocietate. & hęc ratificatio & declaratio eſt neceſſaria quia ex ea conſenſus illius qui poſuit pecunias probatur, & ſocietas partim conſenſu, & partim poſitione pecuniarum & ex periculo vitæ illius cum participatione fructuum officij plene perficitur, & hæc omnia probantur ex diſcurſu ſuperius facto.

124 Sed quando non ponitur verè pecunia quia nõ datur in numerata officiali ſed ſolum ſub illa confeſsione de recepto,non eſt ſocietas vt dictum eſt ſupra num. 8. & 68. & propterea poteſt cogi ille qui dedit pecunias, vt exhibeat cedulam ſubſcriptam ab officiali ſuper receptione pecuniarum, aliàs videndum declarari ſocietatem fictitiam & ſimulatam, quia pecunia verè non fuit numerata, quia cõfeſsio de recepto illo abſente facta fuit, licet illã recipiat Notarius pro eo tanquam publica perſona dummodo infra quindecim dies illum qui dedit pecunias ratificet vt ſupra num. 117.

125 Et ſimiliter ſi infra quindecim dies non ratificatur ſocietas per eum qui dedit pecunias etiam reſpectu periculi vitæ,& mortis naturalis, non eſt ſocietas, quę ſocietas conſenſu duorum perficitur vt dictum eſt ſupra num. 4. & num. 109. vnde ſi non eſt facta ratificatio in tempore quindecim dierũ non eſt facta ſocietas; quia ſine conſenſu illius qui dedit pecunias non poteſt contrahi ſocietas, & præſentia notarij acceptantis pro abſente operatur dummodo infra quindecim dies ratificet ſocietatem vt dictum eſt ſupra num. 117.

126 Præterea ſine officio ſocietas officiorum fieri nõ poteſt & officium debet eſſe capax pecuniarum poſitarum in ſocietate, vtputa ſuper officio militis [illegible], valoris 500. ſcut. quòd reddit in fructu ſolum 50. ſcut. certa, non poteſt fieri ſocietas 600. ſcut. ad rationem

tionem 12. pro cẽtinario quia fructus ſocietatis 600. ſcut. ſimul computati aſcendũt ad ſcut. 72. & ſic in 12. ſcut. plus quàm reddat officium, & ſimili modo ſocietas ſuper tali officio 500. ſcut. quorum fructus ſunt 60. qui 60. ſcut. ex fructibus dicti officij ſolui non poſſunt cum nõ percipiantur niſi 50. & in ſimili caſu credo totam ſocietatem eſſe nullam; quia vtile per inutile vitiatur, nam vitium non eſt circa perſonã, ſed circa rem, & officialis eſt in ſolidum obligatus pro dictis 60. ſcut. extrahendis de fructibus officij præfati, qui non poſſunt percipi, quia ſunt ſolũ quinquaginta ſcut. fructus dicti officij, & propterea in illo pluri eſt ſocietas ſine officio, quæ eſt prohibita à conſuetudine, & à lege; & quotiens fit aliquid in fraudem legis, ſiue contra legem, vel conſuetudinem vtile vitiatur per inutile. l. ſi libertus. §. pen. ff. de iur. patr. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam nu. 3. ff. ſi cert. pet. Ruin. conſi 109. nu. 27. lib. 4. Aym. conſi. 780. num. 7. lib. 5. ad hæc facit. quæſt. Io. Andr. de reg. iur. lib. 6. in c. vtile nõ vitiatur per inutile verſ. huic regulæ conuenit quæſtio. Eſuperantij de Cingulo Epiſ. Teruiſienſis, quã ipſe proſequitur examinando & declarando an reſcriptum impetratum ab excommunicato ſit validum, & ibi vide Bald. in dicto. §. quando. num. 8. ponentẽ plures caſus, in quibus vtile per inutile vitiatur, & quando non vitiatur vtile per inutile, & in hoc facit conſtitutio Pij IIII. vt dictum eſt ſupra num. 102. in qua conſtitutione prohibentur fieri ſocietates vltra valorem officij, vide etiam quæ dixi in c. 7. num. 5. diſt. 9. & in tract. de acquir. poſſeſſ. c. 15. num. 93.

127 Sed quid ſi ille qui recognouit bonam fidem prætendatur ſciue ſocietatem præfatam ſimulate, & fictitie factam ſine aliqua numeratione pecuniarũ & ſine aliquo periculo prætenſę quantitatis 500. ſcut. poſitæ in ſocietate, & quam confeſſus fuit habuiſſe & recepiſſe ab eo qui dixit non dediſſe aliquas pecunias ei qui recognouit bonam fidem, nec recepiſſe ab eo qui finxit dare pecunias; an dicta ſocietas ſit mandãda exequtioni ad inſtãtiã illius qui finxit dare pecunias, vel eius ceſſionarij, & videtur dicendum quòd non. primo quia contractus ſocietatis non eſt legitime factus, quia contra cõſtitutionem Pij IIII. factus extitit, qui mãdat ſolũ quod cõtractus legitime initi & facti exequtioni demandentur vt dictum eſt ſupra num. 105. ſecundo eſt factum contra conſuetudinem ſeruandam in contractibus ſocietatũ ad hoc vt non ſint vſurarij & fictitij, quæ conſuetudo vult quod pecunia ſit numerata vt ſupra num. 8. & 68. hic non eſt numerata. tertio dicta pecunia debet eſſe ſub periculo vitæ alicuius, hic pecunia cũ non ſit numerata nec poſita ſub periculo vitæ alicuius, contractus non eſt licitus ſed vſurarius, vt dictum eſt ſupra num. 31. & 109. non obſtat ſcientia recognoſcentis bonam fidem, quia ex ſola ſcientia, quod nullum & inualidum eſt validari non poteſt, nec minus illud quod eſt illicitum, ex ſcientia tertij non fit licitum maxime quia habens ſcientiam non approbat dictum contractum, ſed improbat dicendo illum fictitium & vſurarium.

128 Non obſtat quòd dicitur quod ex illa prætenſa ſcientia iſtius contractus illiciti ſciens eſt factus particeps delicti, vel pœnę facientis contractus illicitos ſuper ſocietatibus officiorũ quia reſpondetur quod ille; qui recognouit bonam fidem putabat omnia legitimo modo

modo facta eſſe, & quia ille ſocius vere numeraſſet pecuniam, quã non numeraſſe poſtea faſſus eſt dum ceſsit actiones creditori, & vlterius quando officialis faſſus eſt in iudicio non habuiſſe pecuniam, & tunc ſciuit fraudẽ & illam denuntiauit, vnde non eſt particeps delicti iuxta doctrinam Abbatis in dicto c. 1. num. 9. de reſt. ſpol. & Decij in c. 1. de officio delegati. num. 33. 34. & 35. vbi additiones, & propterea hæc ſcientia ſibi nõ nocet poſt decretum, & relaxatum mandatũ exequtiuum; & non obſtat ſibi quod dicit Decius in dicto c. 1. num. 38. de offic. deleg. & in reg. culpa caret. ff. de reg. iur. vbi Decius. Mainet. & alij, tam de iure ciuili, quàm canonico in foro contentioſo, vel penitentiali, dum dicunt quòd de iure Canonico, quis tenetur delicto obuiare. c. ſicut dignum. §. illi. etiam de homicid. quia tempore commiſsi delicti hoc ignorabat, & putabat omnia eſſe vera, ſed ex poſt facto per ipſas ſuppoſitas perſonas omnia ſũt facta manifeſta, & quãdo de illis habuit notitiã oppoſuit exceptiones & detulit Curiæ.

129 Et ſi dicatur quòd illud, quòd prodeſt recognoſcenti bonam fidẽ in nullitate contractus ſic fictitiè facti, prodeſt etiam creditori qui dictum contractum ſic fieri fecit. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus appellan. quia poteſt reſponderi quod defenſio non eſt eadem, ſed ſeparata, & contraria, & tũc defenſio vnius alteri non prodeſt. l. ſi quis ſeparatim. §. fin. ff. de appellat. ibi ceterũ ſi diuerſæ cauſæ ſint. Bald. in dicta l. 1. C. ſi vnus ex pluribus. num. 2. verſ. aut eſt defenſio. & idem Bald. nu. 11. dicit quòd hæc non procedunt quando de nullitate contractus dicitur prout in caſu præſenti dicitur.

130 Officialis qui contraxit ſocietatem & proteſtatus eſt nolle fideiuſſores p eum nominatos indemnes releuare, qui ſciẽtes acceſſerunt dictę ſocietati, nõ obſtante dicta proteſtatione, qui ſi ſoluãt principali ſocio qui dedit pecuniam, non poteſt habere regreſſum cõtra officialem, qui proteſtatus eſt nolle illos indemnes releuare, vt dictũ eſt ſupra num. 60. & hoc quia iſta pacta ſunt ſeruanda, & non alterant naturã contractus & ipſum contractum. Io. Maria Riminaldus. conſi. 100. num. 29. lib. 1. l. fideiubere vbi Caſtrenſ. ff. de fideiuſſ.

131 Sed quid ſi is qui dedit pecunias in ſocietatem liberauit officialem, cum pacto de nunquam eum moleſtando ratione iſtius ſocietatis inſciis fideiuſſoribus, quos dedit; an propter hoc etiam cenſeãtur liberati fideiuſſores per dictum officialem dati. & regula eſt quòd liberato principali debitore cenſentur etiam fideiuſſores illius liberati. l. fin. ff. de pact. ibi ſi reus poſtquã pactus eſt à ſe non peti pecuniam, hoc pactum prodeſt fideiuſſori: nam principali debitore liberato, fideiuſſor eſt liberatus. l. cum principalis. ff. de reg. iug. & l. nouatio. ff. de nouat. Bart. & doctores, in dicta l. fin. & procedit dicta regula, etiam quod pro alio principaliter ſe obligauit diuerſis temporibus. Alex. conſi. 31. col. fin. lib. 3. Guido Papę. quæſt. 570. & deciſ. Toloſana 80. vbi additio. Antonius Gabriell. de fideiuſſoribus cõcluſ. 1. nu. 90. & ideo ſi poſt hoc pactum qui dedit pecunias egit cõtra fideiuſſores & & officialem, & fideiuſſor ſoluit, poteſt ille fideiuſſor repetere à creditore tanquam indebite ſolutum, vt toto tit. ff. de condit. indebiti. maxime quia fideiuſſor, quando ſoluit petiit ſibi à creditore cedi actiones contra of-

ficialem, quas tenetur cedere de iure, ſtilo, & conſuetudine Vrbis, non obſtante obligatione Camerali, iſte eſt ſtilus firmatus coram Notarijs Auditoris Cameræ, pluribus vicibus, & ita etiam ſeruatur, & ſeruari vidi, & tamen noluit cedere actiones contra officialem; ideo tenetur reſtituere quòd recepit à fideiuſſore, quòd exegerat tanquam indebite ſolutum, quia liberato officiali eſt liberatus eius fideiuſſor. dicta l. fin. ff. de pact. l. in omnibus ff. de ſolut. Bald. in l. tam mandatore. num. 12. C. de non num. pecunia. Bart. Socin. conſi. 273. lib. 2. num. 1.

132 Sed ille qui recognouit bonam fidem licet ſit fideiuſſor, quia & ipſe acceſsit vt principalis fideiuſſor, tamen fecit aliam obligationem in qua promiſit officialem, & omnes fideiuſſores indemnes releuare, & finita ſocietate pecunias acceptas in ſocietate reſtituere; ideo propter iſtam duplicem obligationem liberato officiali à creditore non eſt liberatus qui recognouit bonam fidem; quia ſecunda obligatio illius non eſt acceſſoria ſed principalis & ſeparata ab aliis. Bald. in l. 1. §. 1. nu. 6. ff. de iuſt. & iur. Sarnen. in reg. de iure quæſito nõ toll. q. 3. Bart. in auth. hoc ita num. 7. & 33. C. de duobus reis.

133 Fructus ad rationem 12. ſcut. pro quolibet centinario conuenti, etiam finita ſocietate ſoluendi, ſocio qui dedit pecunias ex pacto appoſito in inſtrumento ſocietatis, & finita ſocietate ſoluti procuratori ſocij mortui, An re peti poſsint tanquam exacti ex pacto licito, vel illicito. & quia ſuper hoc vidi votum Theologi, & deciſionem dominorum de Rota, ponam pro deciſione dicti dubij, tam votum Theologi, quàm deciſionem dominorum, & primo votum tenoris infraſcripti: ſupradictum pactum videtur illicitum, quia finita ſocietate, capitale, nulli periculo ſubeſt; proinde purum mutuum remanet, ex quo ſperari nihil poteſt, neq; hic poteſt habere damnum, ſeu intereſſe, tum quia officialis non eſt in mora ſoluendi, nec fuit requiſitus ſi velit ſoluere capitale, tum etiam quia hic principaliter eſt contractus ſocietatis, cui repugnat exceptio damnorum & intereſſe, non autem cõtractus mutui niſi implicite, & per accidens, quo caſu locum non habet damnum, & intereſſe niſi palliatũ; tum tertio, quia ſi hoc eſſet licitum, iam vſura nõ eſſet iniqua. omnes enim poſſent mutuo ad rationem 12. pro cẽtinario ratione damnorum & intereſſe, eſt ergo inſpicienda natura contractus initi, ſcilicet ſocietatis vel mutui, & ceſſante contractu ſocietatis tunc ex mutuo nihil percipi poteſt. Gaeta. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primũ & Dominic. Sot. lib. 6. de Iuſt. & Iur. q. 6. art. 2. circa finem & alij Theologi. Ego Frater Paulmius ſacræ Theologiæ profeſſor, teneo & tenendum arbitror. die 8. Martij 1570. & die 28. Aprilis 1570. Rota tenuit. Circumſcripta cõſuetudine pactum eſſe illicitum de iure, quia finita ſocietate ceſſat periculum vitæ, & amiſsionis capitalis, & remanet purum mutuum. & illa taxatio facta ab initio eſt quædam confeſsio futuri intereſſe, quæ videtur facta in fraudem vſurarum niſi illud aliunde probetur per doctorem. Bald. in l. Rogaſti. §. ſi tibi. col. 2. verſ. quid ergo. ff. ſi cert. petat. cũ aliis de quibus late per Didacum. lib. 3. variarũ reſolutionum. c. 4. num. 5. Aymo. conſi. 189. num. 8. Sotus de iuſt. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. circa finem. vide infra num. 178.

134 Nec

134 Nec iſtud pactum ex conſuetudine Romanæ Curiæ apponi ſolitum in ſocietatibus officiorum ſuſtinetur: nam die 2. Iunij 1570. in Rota fuit concluſum dictum pactum, quod finita ſocietate, vſque ad reſtitutionem ſortis principalis ſoluantur fructus in eo conuenti ad rationem 12. ſcut. pro quolibet centinario, eſt illicitum de iure; quia finita ſocietate, ceſſat periculum vitæ & amiſsionis capitalis, & quia conſuetudo nihil operatur in vſuris. c. quia in omnibus iuncta gloſſa de vſur. Rochus in c. fin. in 3. not. de conſuet. quia vſura Iure diuino & humano eſt prohibita, vt late per Couar. lib. 3. variarum reſolut. c. 1. nu. 5. Doctrina vero Bart. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de edilit. edict. procedit, quo ad euitationẽ pęnæ, non quò ad validitatem actus, vt per Beroũ. in c. quia in omnibus nu. 4. cum ſeq. de vſur. Aymo. conſi. 155. num. 12. in tolerantia Pauli IIII. propter ſupplicationes quæ eius tempore ſignabantur, vigore conſtitutionis editæ ſuper ſocietatibus officiorum, domini non fecerunt aliquod fundamẽtum; nam omiſſa pro nunc illa diſputatione, an Papa ſuper vſuris poſsit diſpenſare, dixerunt bullam in eius proemio, & fere per totum reprobare pacta illicita in huiuſmodi ſocietatibus: & ideo ex ea nõ iuuari poſſe qui exegerunt dictos fructus ad rationem 12. pro centinario finita ſocietate. & vlterius ſocietas fuit contracta antequã bulla ederetur à dicto Pontifice, quæ non extenditur ad præterita, & in præteritis dat formam Datario, quod debeat ei notificare intra trimeſtre ſocietates præteritas, aliàs annullantur. præterea quia in hac ſocietate non reperiatur ſignata ſupplicatio, adhuc exigit ius commune & dicta bulla reprobat pactum hoc vti illicitum, & ſic nõ poteſt argui aliqua tollerantia, quia in odioſis, & concernentibus materiam peccati non fit extenſio de caſu ad caſum. vide quæ dixi infra num. 174. & 178. & 179.

135 Præterea iſtud pactũ q̃d fructus diſdicta, vel finita quomodolibet ſocietate, ſoluendi ſint ad rationem, 12. pro centinario eſt illicitum omni iure. & primo iure ciuili. Bart. in l. 1. C. de eo quod intereſt. num. 16. Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. Purpur. num. 39. dicit hanc opinionem cõmunẽ vſque ad numerũ. 56. Rom. conſi. 520. Sozzin. conſi. 579. Decius conſi. 39. & 322. Aymo. conſi. 189. Petr. Rebuff. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter num. 34. Afflict. decif. 20. dicit hanc opininem communem.

De iure Canonico pariter eſt communis. Io. And. in c. ſalubriter de vſur. vbi Cardin. & Anchar. in c. conqueſtus de vſur. Laurent. de Rodulfis. in c. conſuluit. q. 53. de vſur. Felin. in c. cum venerabilis nu. 5. de except.

Diuus Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. vbi Gaietan. Gabriel. Biel. ſuper 4. ſententiarum. diſtint. 15. q. 11. verſ. pro ſolutione notandum ſub titulo de vſur. Summa angelica in verbo vſura, il primo. Berous in c. fin. num. 51. de vſur. Sotus de iuſtitia & iure lib. 6. q. 6. artic. 2. circa finem.

136 Præterea diſdicta ſocietate, vigore cõtractus qui dedit pecunias nihil poteſt accipere; quia ſocietas finitur diſdicta, morte, vel venditione officij, nec minus vigore pacti; quia pactum non valet, nec poteſt peti vigore intereſſe. Paul. de Caſt. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco. quam doctrina in Rota ſemper eſt ſequuta. Mohed. decis. 208.

208. videlicet, quod intereſſe lucri ceſſantis, verè & non præſumptiuè probetur, & ſi non probetur nihil debetur. Diuus Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. verſ. ad primum. vide infra nu. 174. dixi in tractatu vti poſsidetis. c. 18. num. 63. & 153.

137 Sed ſi creditor fecit omnem diligẽtiam contra moroſum debitorem exigendi, & recuperādi ſuam pecuniam, & tunc poteſt ex quadā æquitate creditor exigere aliquod honeſtum lucrum arbitrio iudicis, ſecundum qualitatem perſonarũ, & hoc dicit Diuus Thomas. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primũ. quapropter ſi eſt facta diligentia contra debitorem poteſt intereſſe per iudicem taxari ad rationem quinque ſeu ſex pro centinario. Sozin. conſi. 25. col. fin. lib. 4. & tantum ſolent reddere prædia ruſtica & domus in vrbe ad rationem quinque & ſex pro centinario. ſi vero non fecit aliquam diligentiam contra moroſum, nihil penitus debet habere. & ſi aliquid exigit debet in ſortem computare, quia illud quod exigit eſt vſura, cum finita ſocietate pecuniæ remanēt in mero mutuo, & mutuum dantes nihil inde ſperantes, vt dictum eſt ſupra num. 133. & 134. & ſic male faciunt qui exigũt a debitore diſſdicta ſocietate ad rationem. 12. ſcut. pro quolibet centinario etiam quod ille ſponte ſoluat, quia exigit ex mutuo vſuram, non fructus ſocietatis, ex quo non ſunt in periculo, & ipſe creditor nullam fecit diligẽtiam pro recuperandis dictis pecuniis, quare nō debentur ſibi aliqui fructus. declara vt infra num. 178. & 179.

138 Sed ſi ſocius qui dedit pecunias obiit iam ſunt decẽ anni, & officialis non habuit ſciẽtiam niſi poſt motam litem de obitu ſocij, per cuius obitum fuit finita ſocietas vt dictum eſt ſupra num. 40. & ſi non habuit ſcientiam de morte non tenetur ad fructus decurſos à die obitus & citra vſque ad motam litem; quia à tempore ſcientiæ & motæ litis fit officialis moroſus, & poſt moram tenetur ad fructus taxandos vt reſoluit Rota die 13. Nouembris 1564. ſed ſecundum ea quę dicta ſunt ſupra num. proximo nihil ei debetur: quia ex mutuo non debetur vſura niſi poſt moram, & mutuatio vſuraria eſt contra legem diuinam; vt late dixi in tractatu vti poſſidet. c. 18. num. 153. & 154. quare poſt finitam ſocietatem non debentur fructus ex pacto, & ſi ſoluantur ſciẽter vel ignoranter poſſunt repeti, & ſunt cum ſorte computandi vt dictũ eſt ſupra nu. 136. vide tamen infra num. 174. nam ſi officialis qui recipit pecunias habet officium & non reſtituit pecuniam in ſocietate captam, retinet rem & precium, & debet vt emptor condemnari ad reſtitutionem, vel ſolutionẽ fructuũ, prout ager venditus fructus red dere ſolet. l. 2. c. de vſur. & l. ſocius qui. ff. pro ſocio. l. curabit. C. de act. empt. Didacus Couar. lib. 3. variarũ reſolut. c. 4. num. 1. & 2. ſecus ſi nō habet amplius officiũ vt dicetur infra num. 179.

139 Fructus loco damnorum & intereſſe ad rationem 12. ſcut. pro centinario, vſque ad diem ſolutionis ſortis principalis non debētur quia finita ſocietate perceptio fructuum non eſt licita, cum ceſſet periculũ vitæ; & ſors polita in ſocietate remanet merũ mutuum, & propterea ex pacto in fraudẽ vſurariũ facto non debentur dicti fructus. Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. & dictum eſt ſupra nu. 135. & Plotus in l. ſi quando. nu. 452. C. vnde vi teſtatur de cōmuni opinione, dicta taxatio ad rationem ſcut. 12.

pro

pro centinario, loco damnorum expenſarum & intereſſe, ſine aliqua probatione damnorum eſt vſuraria & illicita; ſuper qua pactione vſuraria non poteſt diſpenſari. c. ſuper eo. de vſuris, Couaruuias in tractatu variarum reſolut. lib. 3. c. 1. verſ. 2. expreſsius Rebuff. in l. 1. num. 270. verſ. amplia. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt: quia vſuræ ſunt prohibitæ de iure diuino. c. quia in omnibus. & c. ſuper eo de vſur. & dixi in dicto c. 18. num. 153. in tractatu vti poſſ. & Papa non diſpenſat contra ius diuinum, & ſuper pacto ſapiente naturam vſurarum. Diuus Thomas. 1. 2. q. 94. art. 5. per totum, niſi probetur intereſſe lucri ceſſantis & damni emergẽtis. Decius conſi. 322. num. 4. vide quæ dicta ſunt ſupra num. proximo in fine, & infra num. 178. & 179. vbi diſtinguitur, quæ diſtinctio placet.

140 Sed quid ſi in contractu fuerit factum pactum, quod ſi in principio ſecundi ſemeſtris ſocietatis non fuerint ſoluti fructus ſocietatis pro ſex menſibus futuris, tunc & eo caſu ex pacto inter dictos ſocios inito, ipſo iure ſine aliqua diſdicta, intelligatur diſdicta, & finita ſocietas, vt ſors poſsit ſtatim repeti; & quia officialis non ſoluit, ſocietas, ex pacto fuit finita, qua finita non debentur fructus. Alex. in l. inſulam. ſallentia 16. ff. de verb. oblig. Puteus deciſ. 8. de tranſact. nec in iſto caſu dantur quindecim dies, dari ſolitos quando diſdicitur per Curſorem ſocietas ex parte creditoris, & tunc dantur quindecim dies vt debitor poſsit de pecuniis prouidere; ſed hæc diſdicta quæ fit ex pacto reſolutiuo, non pendet, à voluntate creditoris, ſed ex negligentia debitoris nõ ſoluentis in tempore. quare elapſo tẽpore, ſtatim reſoluitur contractus creditore volente, & ita in actis declarante, & pactum reſolutiuum ſtatim contractum non impletum reſoluit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Gozad. conſi. 1. num. 1. & conſi. 3. & ita fuit deciſum coram R. P. D. Seraphino, die 18. Decembris 1573. neque obſtat deciſ. Put. 68. lib. 3. quia rationes illius deciſionis ſunt omnino diuerſæ, & ceſſant in illo caſu in quo aderat clauſula præcedente diſdicta: hic vero adeſt pactũ expreſſum, quod eo ipſo intelligatur ſocietas diſdicta, & ſimile de emphiteoſi, vt per Clarũ de emphiteoſi. q. 9.

141 Societatis ratificatio, an inducatur ex cedula ſolutionis pecuniarũ in qua dicitur, per complimento d'vna compagnia che ho fatta di ſcudi 500. ſopra l'offitio di Pietro, comando che ſi paghi, an per iſtam cedulam ſit facta ratificatio dictę ſocietatis & dñi, đ rata 30. Martij 1582. dixerunt per dictum mandatum non eſſe inductam ratificationem ſocietatis de qua partes conſenſerunt in inſtrumẽto ſocietatis quę erat ſeorſum facienda per publicum inſtrumentum, vel per ęquipollens, cum hoc quod ante ratificationem pecuniæ ſtarent periculo vitæ ſocij dantis pecunias, aliàs pactũ quod ſequta ratificatione, &c. interim pecunię ſtẽt periculo vitæ ipſius ſocij, non poteſt locum habere niſi numeratis pecuniis officiali. nam dictio interim denotat, quod medio tempore quo fit ratificatio pecuniæ, ſtent ſub periculo ſocij, non autem de tempore numerationis pecuniarum; ita Alberic. in dictionario in verſ. interim. non obſtant illa verba poſita in cedula, per complimẽto d'vna compagnia che hò fatta, quia cum habeant relationem ad ſocietatẽ factam, intelligitur cum conditionibus contentis in inſtrumento ſocietatis. l.

tis. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. & ſatis dicebatur completa ſocietas etiã abſque nominatione perſonæ, ſub cuius periculo pecuniæ manere deberẽt; quia hoc ius nominandi erat facultatiuum, non neceſſarium ad perfectionem contractus, qui ſatis erat perfectus & completus, cum ante nominationem certa erat perſona, in cuius vitæ periculo ſocietas ſubiacebat.. ex quibus ſequitur quod officialis & ille qui recognouit bonam fidem non potuit in caſu præſenti lucrari dictas pecunias; quia ſocietas ratificata nõ erat, pactum circa nominationem perſonę ſub cuius periculo vitæ pecuniæ poſitæ in ſocietate exiſtunt ſecundũ antiquam conſuetudinem poſitũ eſt ſupra nu. 39. quæ conſuetudo fuit mutata & data tãtum facultas nominandi in ratificatione inſtrumenti ſocietatis, vt ſupra num. 109. poſtea ad tollendas omnes lites, addita eſt clauſula in ſocietatibus, quod nominatio perſonæ fieri debeat infra quindecim dies, à die rogitus contractus ſocietatis, & non poſt, vt ſupra nu. 117. hæc deciſio reſpicit conſuetudinem antiquam de qua ſupra num. 39. propterea hodie non debet dicta forma antiqua attendi.

142 Exceptio non numeratæ pècuniæ in inſtrumento ſocietatis nihil operatur, non obtenta abſolutione à iuramento, licet etiam abſolutio non ſuffragetur ſtante obligatione Camerali. Mohedan. deciſ. 28. quia per abſolutionem à iuramento non tollitur dictę obligationis vigor, & executio, vt dixi in c. vt minorum conſtitutionum Egidianarum. gloſſa 2. num. 46. ſed ſi facta eſt probatio non numeratæ pecuniæ in inſtrumento ſocietatis parte non opponente, ſed tacẽte, per teſtes, vel per confeſsionem partiũ, tunc nõ obſtante iuramẽto & obligatione Camerali, poteſt Iudex pronunciare ſuper ſimulatione contractus. Bald. in l. fin. num. 6. C. de non num. pecun. vbi Salic. in prin. verſ. & ſubdit, Bald. & Alex. in l. nemo poteſt. num. 17. col. 4. verſ. quorum dicta. ff. de legat. 1. Anton. Galles. in tractatu obligat. Cameralis, parte 4. q. 4. cart. 93. & ad tollendam hanc exceptionẽ non numeratæ pecuniæ ex antiqua conſuetudine fit à Notario rogato de ſocietate quædam fides in qua officialis in pede ſe ſubſcripſit fatẽdo habuiſſe pecuniam numeratam ſibi ab eo qui dedit pecuniam. & ſi creditor perdit hãc memoriam, vel fidem proceditur ſine ea ad executionem ſocietatis, facta tamen ratificatione ſocietatis per ipſum creditorem ante.

143 Societas facta inter Petrum officialem ex vna cum Mario ex altera ſcutorum 200. in forma, & dictus Petrus promiſit dare duos fideiuſſores. P. & M. quando accepit pecunias de quibus non dedit niſi vnũ fideiuſſorẽ, & accepit fructus primi ſemeſtris Marius, deinde obijt infra ſex menſes, an ex eo quod Petrus officialis non dedit niſi vnũ fideiuſſorẽ de duobus quos promiſerat dare quando cepit pecunias, per mortem Marij lucretur pecunias poſitas in ſocietate, vel illas reſtituere teneatur. die 19. Martij 1574. fuit per dominos reſolutũ nemine cõtradicente, non eſſe locum lucro pecuniarum: quia Petrus non adimpleuit promiſſa. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. nam ad effectum, vt quis conſequatur actionem, vel exceptionem ex cõtractu, debet ante omnia docere pro parte ſua de adimplemento. Aymo. conſil. 151. num. 8. & conſ. 190. nu. 15. & 20. nam aliàs Marius non erat contracturus. l. in conuentionalibus. ff. de verb.

verb.oblig.& licet Petrus replicet hęc procedere quando ipſe fuiſſet in mora dandi fideiuſſores, vt per Bart. in l. ſi duo.§.hæc verba.ff.de conſtit.pecun. quia non ſumus in caſu, quod requiratur mora, nec regularis nec irregularis, cum non poſſit quis lucrum facere ex eo contractu quem non impleuit, nõ obſtante aliqua excuſatione vt per Decium in l. cum proponas. la 2. nu.4.C.de pact.& ibi alij doctores. allegata vero ex aduerſo ꝓcedũt vbi ageretur de incurrenda pœna, non de lucro captando; tunc enim neceſſaria eſſet mora. nec quod dicitur de abſentia ab Vrbe, ex his tollitur ſtilus qui allegatur, nam quomodocũque interpretetur pactũ reſolutiuũ, ſatis eſt, quod ad effectum lucri, ille qui nõ impleuit pro ſua parte non poteſt commodum conſequi ex contractu. & vide infra num.145.

144 Sed quid ſi poſtea etiam nõ dato fideiuſſore Petrus officialis ſoluit fructus ſocietatis, an cẽſeatur remiſſa datio fideiuſſoris per receptionẽ fructuũ ipſius ſocietatis poſtea factam & Baldus in l. ſi crimen num. 15.C. qui accuſ. non poſſunt. Aret. conſ.136. nu.1. dicunt quod vbi de cõſenſu ſiue permiſsione alterius fuit omiſſum nõ implementum, tunc exceptio non implemẽti amplius allegare non poteſt. Aymo. conſil.26. num. 3. ad finem. Cephal. conſ.80. num.10. lib.1. ſicut dicitur quod caducitas remittitur per receptionem canonis. Gloſſa in l.2. vbi Salic. num.14. C. de iur. emphit. Iaſ. conſil.117. in fine lib.4. Ruin. conſil. 110. num.3. lib.1. Grat. conſ.76. num. 14. lib.1. Caſſad. decif. 2. num.2. Late. Affict. decif.129. num. 9. maxime quia hodie amplius nõ intereſt nõ fuiſſe datũ fideiuſſorẽ promiſſum, cũ hæc exceptio hodie finita ſocietate opponi non poteſt. Bald. conſ.127. lib.1. Aymo. conſ. 59. num. 2. verſ. neque teſtator, Ceſal. conſil. 80. num. 9. & ſeq. lib. 1.

145 Marius replicabat quod ſocietas ſtatim quod pars aduerſa ceſſauit pręſtare fideiuſſorem, quia propter iuramẽtum conſtitutus fuit in mora abſque interpellatione, quia iuramentum continue interpellat, ſicut dies Crem. ſingulari 122. Ripa lib. 3. reſponſo 7. in princ. verſ. non obſtat. Ant. Gab. de iure iur. concluſ. 2. per totum. Corn. conſi. 40. num.9. lib.4. verſ. nec obſtat, vbi dicit quod lex ſi quis maior. C. de tranſact. non ſolum loquitur in tranſactione, ſed in aliis pactis; aliàs fruſtra pluries dixiſſet aduerſus pacta & tranſactiones, vbi quod licet partem pretij recipere, & agere ad reſolutionem cõtractus propter periurium, quia iuramentum hoc operatur quod ſit ſeruandũ à periuro & nihilominus ipſe periurus teneatur ad obſeruantiã contractus; quia iuramentum habet vim clauſulæ rato manente pacto, & ipſe non implens, nihilominus perdat omne commodum ex ipſo contractu proueniẽs, & in terminis declarat idẽ Corn. conſ.179. lib.2. Cagnol. in dicta l. ſi quis maior num.142. & 143. Antonius Gabriell. de tranſact. concluſ. 1. num.34. pręterea poſtquam quis contrauẽtione eſt effectus periurus ob nõ implementum in tempore, non poteſt amplius per partem remitti. Felin. in c.1. num.3. de iureiurando. Rolãd. de Valle conſ. 34. num. 2. & 3. lib.3. quare ſi periurium non obſeruanti expreſſe remitti non poteſt, minus tacite remittitur recipiendo fructus, aut partem pretij; maxime quia Petrus tenebatur dare duos fideiuſſores, copulatiue, non alternatiue, vt declarat Corneus dicto conſil.40. num.9. lib. 4. &

De-

Decius in l. cum perſonas, la 2. num. 4. & in fine. C. de pact. dicit iuramẽtum habere vim clauſulæ rato manente pacto; & ſi prætẽdatur per receptionem fructuum; remiſſas eſſe caducitates, intelligitur de præteritis tẽpibus nõ de futuris. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pactis. Tiraq. in l. ſi vnquã in præfatione num. 155. C. de reu. don. & remiſsio caducitatis non facit nouum contractum cum confirmet antiquum. Tiraquell. ibi in verbo reuertatur. num. 12. etiam quo ad iuramentum. Felin. in c. 1. ſub num. 5. verſ. ſed contrariã partem. de iur. iur. & procedunt prædicta tam in vita ſocij, quam poſt eius mortem, quando contractus reſoluitur ob pacta non ſeruata, vel non ſequto implemento; quia tunc iſta declaratio tranſit ad hæredes. Bald. in l. fin. num. 7. Salic. num. 4. C. de reuocand. don. & ibi Ripa num. 108. Ant. Gabriell. concluſ. 1. num. 42. & lib. 7. de criminali concluſ. 35. num. 14. & pro iſta opinione faciũt quę dicta ſunt ſupra num. 143.

146 Petrus contraxit ſocietatem 500. ſcut. cum Mario ſuper eius officio, recognouit bonam fidem Horatius, Peregrinus vnus ex fideiuſſoribus fuit coactus illam ſoluere; ſed pro ſolutione contraxit aliam ſocietatem, cũ proteſtatione & declaratione, quod iſtam ſocietatem contrahebat ad effectum ſoluendi Petro, dicta ſcut. 500. capta in ſocietatem à Mario, animo illa cum fructibus ab Horatio recuperare, qui promittebat illum indemnem releuare. & cum Peregrinus qui fecit ſecundam ſocietatẽ prætendebat morte illius q dedit pecunias, ſcdo loco lucratum fuiſſe pecunias politas in ſecunda ſocietate. Horatius contra quem erat facta ſocietas ſecunda, à quo Peregrinus indemnis releuare volebat, dicebat ex morte illius qui dedit pecunias lucratum fuiſſe illas. fuit ſuper hoc in Rota diſputatum, & fuit reſolutum quod Horatius principalis debitor morte illius qui dedit pecuniam illam lucratur nõ Peregrinus fideiuſſor; ex eo quia fideiuſſor faciendo nouam ſocietatem videtur mandatum habuiſſe ab Horatio principali ad ſoluendum priori creditori in prima ſocietate; quia iſta ſecunda facta pro ſolutione primæ, & non ex alia cauſa. l. indebitum, vbi gloſſa. & Iaſ. in primo not. ff. de cond. & indebit. & quidquid ſoluit Peregrinus ratione ſortis & fructuum totum poſtea repetit ab ipſo Horatio. l. ſi mandato. §. ſi fideiuſſor. vbi gloſſa in verbo ſumptibus. ff. mandati. Silueſter in verbo vſura, il primo q. 39. & tãto magis propter proteſtationem Peregrini factã in ſecunda ſocietate iuxta conſi. Romani 101. per quam proteſtationem Peregrinus poterat petere ab ipſo Horatio, & ſortem & fructus, propterea paſſos tam de iure Ciuili quam Canonico, Innocent. & Abbas. in c. 1. de vſur.

147 In alia Oliuerius ſuper ſuo officio cepit pecunias in ſocietate à Chriſtophoro abſente pro tribus menſibus & deinde ad beneplacitum ſuper periculo vitæ perſonę nominandæ à Chriſtophoro in ratificationem ſocietatis, & donec ratificet ſuper periculo vitę ſuę. poſt xx. dies Chriſtoph. ratificauit ſocietatem. & periculũ vitæ poſuit in vita Franciſci, qui cum grauiſsime infirmaretur diſdixit ſocietatem, & infra quindecim dies diſdictę obijt Franciſcus, ſed Chriſtophorus qui ſciebat infirmitatem Franciſci, & quam non intimauit Oliuerio, curauit renouare cum dicto Oliuerio dictam ſocietatẽ prout renouauit, & cum poſtea Oliuerius ſciuit nominatum eſſe Franciſcũ

&

qui obijt intra quindecim dies diſdictę, fuit dubitatum ſi contractus renouationis ſocietatis eſſet doloſè factus per Chriſtophorum, ad effectum ne Oliuerius lucraretur dictas pecunias ſtātibus pręmiſſis, & propterea teneatur illas Oliuerio reſtituere, & fuit reſolutum Chriſtophorum teneri ad reſtitutionem dictarum pecuniarum; quia doloſe verſatus ſit cum Oliuerio, ſuaſio enim ſuadenti vtilis, & ei cui ſuadetur damnoſa arguit dolum. l. ſeruus tuus. ff. de dolo. l. Iulianus. §. per contrarium. ff. de actio. empt. Aymo. cõſi. 620. num. 4. idque eo magis ſi ea reticeantur, quæ reſpiciunt commodum retinentis, & damnum ignorantis. Abbas conſi. 68. num. 2. lib. 1. Bart. in l. 1. §. venditor. ff. de act. empt. & quibus accedit inſolita Chriſtophori diligentia, ex qua arguitur etiã dolus. Decius conſ. 48. nu. 23. ex quo ſequitur quod iſte dolus fuit deceptiuus & dedit cauſam huic contractui, & ex eo annullatur contractus. Cagnol. in l. 2. nu. 12. C. de reſc. vend. & in regula cõtractus 108. ff. de reg. iur. & præſumitur contra eum qui non fecit quod facere tenebatur. Menoch. præſumpt. 54. num. 10. lib. 3.

148 Non obſtat regula qui cum alio cõtrahit. ff. de reg. iur. quia procederet ſi ratificatio contractus remanſiſſet in ſuſpenſo; ſed cum interim contractus ſubſiſteret & pecuniæ ſtarent periculo Chriſtophori; non poteſt negligentia argui Oliuerio, præcipue cum in re propria liceat eſſe neglıgẽtem. l. quod nerua. ff. depoſ. vbi dolus præponderat culpæ, & ideo ei ſuffragari non debet. l. cum lex. vbi gloſſa. ff. de edilit. edicto, qui dolus præſumitur quotiens fit aliquid de prohibitis. Cephal. conſil. 64. num. 20. lib. 1. pro vt erat in caſu iſto durante diſdicta facere nouam ſocietatem exiſtente tunc Franciſco nominato à Chriſtophoro in periculo mortis.

Non obſtat quod Oliuerius potius renouare voluiſset, ne teneretur reſtituere ſi Franciſcus conualuiſset; quia nõ eſt veriſimile vt eo tempore quo ſibi lucrũ imminebat, voluerit illud remittere, cum nemo præſumatur iactare ſuũ. l. cum de indebito. ff. de proba. ex quibus ſequitur quod detur repetitio Oliuerio pecuniarum ſolutarum ignoranter cum dolo Chriſtophori: quia ignorantia facti alieni præſumitur. Io. Cefal. conſ. 3. num. 101. lib. 1.

149 Et pręſertim ex eo quia contractus ſocietatis conſenſu perficitur. l. ſocietatem. ff. pro ſocio. & nihil magis excludit conſenſum quam error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omniũ iud. De errore manifeſto Oliuerij: quia ignorauit in ratificatione ſocietatis nominatum eſſe Franciſcum, qui error veriſimilis eſt; quia ex teſtibus & aliis actis probatur ignorantia nominationis factæ per Chriſtoforum de perſona Franciſci per Oliuerium & præſumitur, & in facto alieno eſt probabilis. l. fin. ff. pro ſuo. Alex. conſi. 42. col. 2. lib. 1. Sozin. conſi. 263. num. 12. lib. 2. Io. Cephal. conſi. 133. num. 40. lib. 1. & hæc ignorantia eſt multũ probabilis & iuſta, & excuſat. l. ſi quis patrem. ff. ad macedon. Iacob. Men. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 88. num. 15.

150 Claudius dedit in ſocietatem officij Ripę ſcut. 100. Tullio ſuper periculo vitæ Horatij nepotis Claudij, eodem die idem Tullius ceſſit dictum officiũ in fauorem alterius, obiit Oratius, per cuius obitum Tullius prætendit ſe lucratum fuiſſe dicta ſcut. 100. Claudius habita notitia venditionis prætendebat ex tunc diſſolutam fuiſ-

ſe ſocietatem, & cum dubitaretur an Tullius lucratus fuiſſet dicta ſcut. 100 per obitũ Horatij, vel potius ſocietas diſſoluta cenſeatur per ceſsionem officij, & Tullius dicebat quod licet ceſſiſſet officium, tamen ceſsio non fuit expedita iuxta conſtitutionem Pij V. & reſignationes in fauorem habẽt tacitam conditionem, ſi ius illi acquiratur. Io. Paulus deciſ. 102. Fabius deciſ. 37. Præterea ceſsio non admiſſa per ſuperiorem nullum ius tribuit. Puteus deciſ. 94. lib. 2. & conſequenter ius ab ipſo Tullio non fuit abdicatũ, maxime, quia poſtea exercuit officium præfatum & in conſtitutione adeſt decretum irritans reſignationes officiorum non ſeruata forma eiuſdẽ conſtitutionis. Caſſad. deciſ. 2. & 3. de renunciar.

151 Claudius vero dicebat ſocietatem reſignato officio eſſe finitam. l. verum. §. fin. l. actiones. §. morte. ff. pro ſocio, vide ſupra num. 40. & ceſsio illius officij Ripæ fieri potuit, corã notario, & teſtibus, iuxta conſtitutionẽ Pij; ideo ſine ſuperioris admiſsione tenuiſſe, quia ſatis eſt quod ipſe Tullius ceſsit, & dimiſit officium licet reſignatarius, declarauerit ſe nolle dictũ officium exercere. & eſt maxima differentia inter reſignationem beneficiorum eccleſiaſticorum & officiorũ ſecularium, quia in beneficiis eccleſiaſticis requiritur authoritas ſuperioris, & ſine admiſsione non tenetur. Innoc. in c. quod in dubiis, & in c. fin. de renunciat. Rota deciſ. 4. in nou. de renunciat. officia vero ſecularia ęquiparantur bonis patrimonialibus, adeo vt officium emptum filio per Patrem computatur in legitima; & ideo ſimplex renunciatio tenet in præiudicium renunciantis, etiã ſine admiſsione, hoc videtur introductum ratione intereſſe Principis, cuius intereſt ſcire in cuius perſona reſideat officium, vt ſciatur quando vacat per obitum & ex aliis cauſis quæ cõtingere poſſunt. Sed ceſsiones corã notario & teſtibus fieri poſſunt, & factæ tenent diſsimilibus officiis Ripę, & ideo ceſſat obiectum factum per Tullium, quod ius nõ acquiritur ceſsionario, niſi ſecuta admiſſione, aliàs eſſet eluſoria, huiuſmodi facultas cedendi coram notario & teſtibus, & alia quæ continentur in conſtitutione Pij, ius exercendi officium reſpiciũt, non autem reſignationes officiorum Ripæ quæ reſeruantur ipſis officiariis Ripæ, in ipſo decreto irritanti & ceſsionarius poteſt iſtud ius ceſſum ante expeditionem litterarum Camerarij alteri cedere.

152 Et illud quod dicitur in reſignationibus in fauorem non abdicatur ius à reſignante niſi admittatur à ſuperiore, quia illud procedit in beneficialibus ex eo quod ſolet apponi clauſula, & non aliàs, nec alio modo, & non appoſita ſub intelligitur ex præſumpta mẽtę. reſignantis, quia aliàs non erat dimiſſurus beneficiũ & in his terminis loquũtur deciſiones pro Tullio allegatę, ſed in venditione officiorum vendens, vel dans in ſolutum nihil aliud quærit quam rei pretium, vel à debito liberari, & non curat an ceſsionarius ſit, vel non ſit admittẽdus, neque amplius curat de ceſsionario; & ideo magna eſt differentia inter caſum & caſum, & propterea ex ceſsione officij fuit finita ſocietas, & Horatius mortuus poſt finitam ſocietatem non facit quod Tullius lucretur pecunias; quia pecuniæ ſolum lucrantur ſi moriatur perſona nominata in ratificatione durante ſocietate, hic mortua eſt poſt finitam ſocietatem, ergo.

153 Sed quid ſi facta eſt ſocietas per Petrum

trum ſuper ſuo officio cum Gaio qui dedit ſcut. 100. ſuper perſona nominanda per eum qui nominauit notarium rogatũ de dicta ſocietate, & nominatione in præſentia teſtium officij dicti notarij, poſtea deceſsit Gaius, an ſit credendum notario circa dictã nominationem, ita vt per obitum Gaij Petrus officialis nõ lucretur pecunias & videtur dicendũ, quod non ſit credendum notario in dicta nominatione: & primo, quia ante factam nominationem, periculum vitæ ſtat in perſona Gaij qui dedit pecunias. Berous conſi. 133. nu. 8. lib. 1. & quãuis notarius nominatus ſciebat in ſuo libro rogituum quod ipſe die ſequenti fuit nominatus circa periculum vitæ, tamen illi non creditur tam ad ſui quã alterius commodum. l. ex ſententia. ff. de teſtam. tut. & qui ſe ſcribit tutorẽ non excuſatur. Bart. in l. non putatur §. ſi quis ſua. in princ. ff. de bon. poſſ. cõtra Tab. l. vxori. 18. ff. ad leg. Cor. de falſ. Bald. in l. iudices. col. 1. in fine. C. de fide inſtr. vbi dicit quod notarius non poteſt ſe rogari de his, quę concernunt propriam perſonã. Alex. conſi. 104. num. 6. lib. 5. Iaſ. conſi. 115. num. 5. lib. 4. maxime quia teſtes appoſiti in dicta nominatione ſunt teſtes officij, domeſtici & familiares, & propterea notario in hoc nõ eſt credendum. l. etiam. C. de teſtibus. Pariſ. conſi. 104. num. 15. lib. 1. ſed ſi hæc nominatio fuiſſet intimata per curſorem ſtatim, vel ante obitum Gaij per quindecim dies, & notarius eſſet perſona honeſta credo ſtandum eſſe huic nominationi, quia per intimationem ceſſat omnis ſuſpicio.

154 Societas poteſt diſdici ſocio, etiã extraiudicialiter, dummodo fiat diſdicta coram notario & teſtibus, vel coram teſtibus fide dignis: quia in cõtractu ſocietatis dicitur, cum diſdicta quindecim dierum, quæ eſt ſimilis reuocationi beneplaciti. Decius conſi. 108. num. 4. nam iſta diſdicta quandocunq; fieri poteſt, dummodo de ea conſtet Car. in clem. 1. de renunc. nu. 14. verſ. quęro. & quia in actis voluntarię iuriſdictionis ſufficit, quod relatio citantis quandocunq; ſuperueniat Felin. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. col. 10. circa finẽ. verſ. limitat eam Bald. de conſtit. maxime cum diſdicens nõ teneatur ſtatim poſt quindecim dies agere, vt dicimus in præſcriptione interrumpenda. Bald. in auth. matri & auiæ. num. 35. C. quando mulier tutelę. verum diſdicta eſt reproducenda apud acta notarij rogati de ſocietate propter fraudes vitandas; & quia reproductio diſdictę non eſt actus iudicialis cum ſuper illa citatione non ſit faciendum decretum per iudicem, ſed ſolum producitur ad probandam & declarandam intentionem ſocij nolentis amplius continuare ſocietatẽ, ſufficit quod apud notarium, quolibet die etiam feriato, producatur extra iudicialiter ad probandum tantum dictam voluntatem ſocij nolentis ſocietatem continuare. Ita declarat Tiraquell. de retractu. parte 1. §. 36. gloſſa 2. num. 54. & 55. & Afflictus in tractat. de iure prothomiſeos in verbo vt intra triginta dies. col. 3. verſ. itẽ quęro. quo tempore tenet eam denunciationem quæ debet fieri ex illa conſtitutione poſſe fieri diebus feriatis in honorem Dei. & idem Tiraquell. in dicta prima parte ad finẽ. q. 15. nu. 78. vide tamen infra nu. 190. & ſupra nu. 14.

155 Societas cum aliquo inita ſub certo die & tẽpore ad hoc, vt diſſoluta probetur, debet conſtare de tali diſſolutione ſocietatis illius, quæ libere ipſos ſocios ab ea, licet tacite & expreſſe, cõ-

trahatur & diſſoluatur ſocietas inter ſocios. l. verum. §. fin. & l. ſocietatem ff. pro ſocio. Decius conſi. 213. col. pen. Aymon. conſi. 123. num. 7. & actus ex quibus contrahitur, vel ſoluitur ſocietas ſint tales ex quibus omnino inferatur ad coitionem ſocietatis, vel diſſolutionem illius. Paul. de Caſt. conſi. 73. lib. 2. & Bart. conſi. 35. ſed ſi pro diſſolutione inducantur actus diuerſi cum aliis non inferunt ad diſſolutionem ſocietatis prius initę. vide etiam infra num. 176.

156 Societates officiorum fiũt hoc modo, primo officialis facit inſtrumentũ ſocietatis, & fatetur habuiſſe pecunias à Petro abſente, & promittit dare fideiuſſores N. & N. & poſtea fideiuſſores accedunt ſocietati, poſt acceſſiones factas Petrus numerat pecunias retinẽdo fructus primi ſemeſtris. de quibus pecuniis officialis quietationem facit, & ipſe Petrus vnico contextu ſocietatem præfatam expreſsis verbis ratificat penes notarium qui rogatur de iſta ratificatione: & quando fit ratificatio inſtrumenti debet legi, ei qui ratificat dictum inſtrumentum. Paul. de Caſtr. cõſi. 465. col. pen. lib. 1. vbi quod ratificatio laudi non nocet etiam iurata niſi ratificanti laudũ lectum ſit. idem Paulus cõſi. 382. col. 2. lib. 2. & Bald. conſi. 176. lib. 2. Aymon. conſi. 179. num. 14. lib. 1. & Io. Petrus Surdus conſi. 28. num. 118. lib. 1. multis authoritatibus comprobat.

157 Societas regulariter contrahitur ad ſex menſes, vel aliud tempus, & poſtea ad beneplacitum ambarum partium, cum diſdicta quindecim dierũ præcedente, & ſi fiat diſdicta, durante dicto primo ſemeſtre nihil operatur: quia ſi moriatur in tempore qui dedit pecunias, officialis illas lucratur. primo, quia per totum illud tempus eſt conſenſus vtriuſque partis; ſecũdo, quia ſunt ſoluti fructus per officialem dictorum ſex menſium & qui dedit pecunias; tertio hæc eſt vrbis conſuetudo quæ pro lege ſeruatur.

158 Sed quid ſi dans pecunias. moriatur in tertio menſe ſex menſiũ, an tũc finiatur ſocietas, & hæredes fructus anticipate ſolutos reſtituere teneantur pro rata temporis ſex menſium à die obitus ſocij. & videtur quod teneantur pro rata hæredes reſtituere fructus à die obitus ſocij dantis pecuniã vſque ad finem ſex menſium, videlicet pro tribus menſibus remanẽtibus poſt ſolutam ſocietatẽ: quia facta eſt ſuper officio inter officialem ex vna, & alterum ſocium, qui dedit pecuniã ex altera. quę ſocietas ſoluta eſt morte ſocij, pecuniæ ſunt lucratę per officialem per mortem ſocij, & propterea pro illis tribus menſibus futuris & remanentibus pecuniæ quæ ſunt officialis non poſſunt reddere ſocio mortuo, vel eius hæredibus lucrum, ſed ipſi officiali cuius ſunt pecuniæ. ideo fructus anticipate ſoluti, pro ſex menſibus poſſunt repeti de iure ab hæredibus mortui, ſed tamen ne addatur afflictio afflicto, qui perdidit pecunias & perſonam nunquam vidi dari repetitionem fructuum anticipate ſolutorum per obitum dantis pecuniã infra ſex menſes contra hęredes; quia ſatis eſt ſatisfactum officiali ſi pro ſex ſcut. lucratus eſt 100. ſcut. & vlterius facit. quia tempus ſex menſium videtur ad fauorem vtriuſque partis. nam ſicut per ſocium qui dedit pecunias, non poteſt diſdici ſocietas ex voluntate infra ſex menſes, & ſi diſdicatur nihil operatur niſi poſt ſex menſes, ita dicendũ eſt quod nihil operetur mors reſpectu fructuum ſolutorum pro ſex menſibus

menſibus anticipate, ſi moriatur ſocius officialis infra ſex menſes, tanto magis, quia ex pacto & conſenſu vtriuſque partis ſocietas ad ſex menſes debebat durare; ſi morte diſſoluta eſt non nocet voluntati & conuentioni partium, cui conuentioni non derogatur per mortem ſocij niſi poſt ſex menſes, & tunc finita eſt ſocietas reſpectu fructuum, & per mortem infra ſex menſes, ille lucratus eſt pecunias, quod non eſt parum vt dixi.

159 Et quia aliquando ſocietates fiunt per procuratores illorum, qui dant pecunias, & tunc talis procurator debet habere mãdatum ſpeciale ab illo, qui dat pecunias in ſocietate, videlicet ad contrahendam ſocietatem cũ Titio, vel quacumque alia perſona ad ſex menſes & ad eius beneplacitum cum facultate ponendi pecunias datas in ſocietate ſub periculo vitæ, perſonæ nominandæ per ipſum procuratorem, & aliis clauſulis neceſſariis. l. 4. ff. pro ſocio. ibi per nuncium poſſe dubium non eſt, id eſt de nuncio habẽti ſpeciale mandatum, vt dictum eſt.

160 Societas diſdicitur ſocio hoc modo, Intimetur .N. officiali & principali, qualiter infraſcriptus inſtans non intendit amplius continuare ſocietatem ſcut. 100. ſub die 3. Octobris 1587. inita, immo illam diſdicit, beneplacitumq́; ſuum in ea poſitum reuocat, & fructus & ſortem rehabere intendit, & ad hoc ipſum interpellat omni meliori modo inſtante Petro. Nicolaus eſt Notarius & ſtatim quod eſt facta & executa contra officialem diſdicta, principalis ſocius vel eius procurator ſpecialis, dictam diſdictam producit apud acta Notarij, & Notarius in pede cedulæ citationis vel intimationis diſdictę, ſcribit, idem principalis aut N. eius procurat. produxit dictam intimationem, & diſdixit ſocietatem, prout in ea continetur. & facta & annotata per Notarium diſdicta, & alia ſupra dicta quindecim dies de quibus in inſtrumento ſocietatis à dicta die reproductionis, & citra currere incipiunt, ſecundum aliquos à die intimationis factæ per Curſorem dummodo apud acta producatur intra quindecim dies. vide infra num. 167.

161 Ex iſta intimatione ſic facta nota infraſcripta: primo quod intimatur ſocio voluntas alterius ſocij non habentis animum amplius ſocietatem continuare: quia ſicut conſenſu contrahitur ſocietas, ita diſſenſu diſſoluitur. l. verum. 64. §. fin. ff. pro ſocio. ibi ſocietas ſoluitur ex perſonis, ex rebus ex voluntate & exactione. & l. actione. §. diximus. ff. dicto titulo pro ſocio.

162 Secundo noto, quòd interpellatᷣ officialis ex illa intimatione, pro reſtitutione pecuniarũ, & interpellatus cõſtituitur in mora regulari, ſi non reſtituit elapſis quindecim diebus pecunias. l. in hac actione. ff. de condit. triticaria. vbi gloſſa. Bart. & alij Doctores, & mora inducit petitionem fructuum & vſurarum. gloſa in l. mora. ff. de vſur. Io. Petrus Surdus, conſi. 101. num. 16. lib. 1. ſed non ſufficit iſta ſola interpellatio, vt poſſit exigere fructus ꝓpter moram cum requiratur etiam decretum mandati: quoniam ſi nulla eſt facta diligẽtia, nulli debentur fructus, vt dictum eſt ſupra. præterea iuramentum interpellat, poſt ſcientiam. vide ſupra num. 145.

163 Tertio quindecim dies currere incipiunt à die executę intimationis per curſorem contra officialem factæ ſi reproducatur apud acta, intra quindecim dies per principalem vel procu-

rato-

ratorem ſpecialem: quia ex dicta reproductione apud acta facta per principalem vel procuratorem, declaratur quod intimatio facta per curſorem eſt de voluntate principalis. & illa declaratio facta in pede intimationis retrotrahitur ad diem intimationis factæ per Curſorem. Gloſſa, & Doctores in cap. cum tu de vſuris. Bart. in l. omnes populi. num. 40. vbi Caccial. num. 151. ff. de iuſtitia & iure. Ruin. conſi. 225, num. 6. lib. 1. Ioannes Petr. Surdus conſi. 128. num. 13. ſi apud acta non reproducitur, non conſtat de conſenſu ſocij nolentis ſocietatem continuare, vt dictum eſt ſupra num. 14. & ideo Pius Quintus ſanctæ memoriæ ordinauit diſdictas huiuſmodi ſocietatum, non afficere niſi à die illarum productionis apud acta notarij, in cuius officio ſocietatis inſtrumentum eſt rogatum. & ſancta eſt hæc ordinatio, & hæc hodie obſeruatur, & obſeruari debet ad tollendas fraudes & lites. intellige tamen prædicta à die vltima ſex menſium pro quibus ſunt ſoluti fructus, ita vt currere incipiant. 15. dies à die vltima ſex mēſium præteritorum vt dictum eſt.

164 Aliquādo ſocietas finit mutuo partium conſenſu, aliquando morte ſocij dantis pecunias, vel officialis, aliquando venditione officij facta ab officiali, vel creditoribus eiuſdem, & ex alijs cauſis numeratis ſupra num. 9. & in quolibet ex dictis caſibus quindecim dies (qui dantur ſolum quando ſit diſdicta à ſocio, qui dedit pecunias) non expectantur, quia diſdicta fit ex pacto appoſito in inſtrumēto ibi, quā durare voluerunt ad beneplacitum ambarum partium: & in diſdicta beneplacitum reuocatur vt dictum eſt ſupra num. 160. in caſu vero mortis & alijs caſibus prædictis non eſt beneplacitum morientis, vel vendentis ex neceſsitate, ſed diſplicentia; & ideo non habet locum pactum diſdictę ſocietatis de quo in inſtrumento.

165 Societas ſuper vno officio notariorum Auditoris Cameræ, vel Cameræ Apoſtolicæ, aut Auditorum Rotę, vel aliorum iudicum, qui habent ex officio, & ex ſcripturis maximos introitus, ſi quis ex dictis notarijs vendat officiū Notariatus reſeruatis ſibi ſcripturis dicti officij, quæ etiam ſunt fructiferę de ſui natura, cum dictę ſcripturę locentur emptori officij ad rationē ſcutorum nouem pro centinario valoris dictarū ſcripturarum, & Notarius antequam venderet officium, ſuper dicto officio & illius ſcripturis fecit ſocietatem 200. ſcutorum, an ex venditione officij præfati dicta ſocietas ſit finita. & quidam in ſua praxi dicit non eſſe finitam, quia ſocietas ſuper officio notariatus intelligitur facta ſuper officio & illius ſcripturis. & licèt pars aliqua pecuniarum acceptarum in ſocietate reſtituatur, & officium vendatur, tamen remanet ſocietas ſuper reſiduo pecuniarum in ſcripturis. Ego volui facere aliquam diligentiam ſuper hoc & vidi inſtrumenta in quibus fiunt ſocietates ſuper officio notariatus Rotæ vel Auditoris Camerę cū ſolitis clauſulis, & nulla mentio ſcripturarum fit in inſtrumento ſocietatis. vnde vendito officio reſeruatis ſcripturis notariatus, ſocietas finitur, nec ſubſtinetur ſuper ſcripturis reſeruatis in vēditione officij: quia ſuper illis non eſt facta ſocietas, ſed ſuper officio tantum, & officio vendito finitur ſocietas; quia in eius locum alter ſuccedit, ideo pro mortuo habetur officium vendēs. inſtit. de ſociet. §. ſoluitur. verſ. nam cum eius locum. & in l. verum. §. fin. ff. pro ſocio. ibi ſiue res, ſiue homines,

ſiue actio interierit diſtrahi videtur ſocietas, hìc eſt diſtractum officium, ſi dicatur remanent ſcripturæ, reſpondetur quod ſcripturæ non ſunt officium, & ſuper ſcripturis non eſt facta ſocietas, nec vnquam vidi illas fieri, ſed ſolum ſuper officio, & pro iſto dicto facit. l. ſi idque in principio, verſ. tractatum. ff. pro ſocio. ſed ſi in ſocietate dictum ſit ſuper officio & eius ſcripturis vẽdito officio ſubſtinet ſocietas in ſcripturis vt in d. l. ſi id quod. §. ceterum. & pro iſto vltimo exemplo, vide vnam deciſionem poſitã infra num. 199.

166 Societas 200. ſcut. contracta ſuper aliquo officio in forma, demum officialis reſtituit ſocio dante pecunias ſcut. 100. remanentibus aliis. 100. de quibus à neutra partium nihil fuit dictum, ſed pro illis 100. reſtantibus ſoluti ſint fructus ab officiali & receptis à ſocio, crederem quod pro illis 100. remanentibus duret ſocietas. l. verum 64. §. fin. ff. pro ſocio. ſocietas ſoluitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione, ideo ſiue homines, i. ſocij, ſiue res, ideſt pecuniæ in caſu noſtro, ſiue voluntas interierit, ſocietas diſſoluitur, homines interierunt, res vero, cum aut nullæ relinquantur aut conditionem mutauerint, hic relinquuuntur. 100. & non mutant conditionem, ſeu voluntatem, ideo ſuper iſtis 100. reſtantibus ex voluntate vtriuſque remanet ſocietas licet iſta vltima voluntas ſcripta non ſit: quia ita de iure intelligitur, vt in dicto. §. fin. & ſufficit voluntas poſita in primo inſtrumento ſocietatis pro parte remanente, niſi probetur contrarium.

167 Moriens natando in flumine dicitur mortuus morte naturali non violenta, per ea quæ dicta ſunt ſupra nu. 122. & dicit Guigliel. Benedicti in c. Rainutius de teſtam. in verbo mortuo num. 19. & ſimiliter ſi quis caſu percutiatur in capite à tegula proiecta à vento in via publica, dicitur naturaliter mori vt ſupra nu. 122.

168 Sed quid ſi quis letaliter vulneratus archibuſio, poſt ſex, vel octo dies, proiiciẽdo ſe ex feneſtra domus mortem ſibi ipſi intulerit, an per eius mortem officialis lucretur pecunias. credo quod ſic, quia cauſa magis proxima morti fuit mors voluntaria à ſe illata. & illo caſu iſta mors non eſt violenta ſed voluntaria, & procedunt quæ dicta ſunt ſupra num. 122. & qui dicit quod mors ſit violẽta, quia prius percuſſus archibuſio, ex quo vulnere mori neceſſe erat, reſpondetur quod poterat & non poterat mori ex illo vulnere illato, vt ſæpe vidimus; ſed ſi probetur quod per ſe ipſum ſe proiecit ex feneſtra in flumine, vel alio modo, & quod ex vulnere & percuſsione non erat effectus inſanus, ſed quod erat ſanus mente, tunc procedunt quæ dicta ſunt ſupra nu. 122. ſed ſi erat factus ex vulnere inſanus, ſecus dicerẽ: quia tũc mors fuiſſet cauſata ab illa percuſsione & vulnere mortali illato cum archibuſio, quod vulnus ſibi ſuos ſenſus ſanos abſtulit, & tunc eſſet ex vulnere mortuus, non ex propria voluntate. & idem dicendum ſi fuit proiectus ab aliis qui corpus eius cuſtodiebant, ſed inſania & violentia illata ab aliis eſt probanda per eum qui ſe fundat in violentia & inſania, quia qui dicit probare debet. Felin. late in c. ex litteris. num. 11. & ſequẽtibus de probat. fere in omni caſu. Innoc. in c. ſuper his. de dol. & contumac. gloſſa in c. ſi forte. in verbo defectum. de elect. in 6. & Rota deciſ. 4. de appell. in nouis.

169 Societas facta in vrbe ſuper vita perſo-

perſonæ exiſtentis Venetiis, vel in aliqua parte mundi, & diſdicta ſocietate officialis recuſat ſoluere niſi doceat, quod de tempore diſdictę perſona, ſuper cuius vita & periculo erāt poſitæ pecuniæ viueret. iſta oppoſitio reiicitur, quia qui dicit aliquē eſſe mortuum probare debet non qui negat; quia quilibet præſumitur viuere vſque ad 100. annos. l. an vſufructu. in fine. 62. ff. de vſur. & l. fin. §. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & in auth. vt Eccleſia Romana. §. 1. & Sarnen. q. 9. de infirm. reſig. Mandoſ. in dicta reg. q. 6. nu. 5. & propter hāc exceptionē nō debet executio contra officialē retardari.

170 Cautela vti poteſt officialis in contractu ſocietatis formandæ in qua apponat pactum quod illa perſona forēſis nominata pro periculo vitæ à ſocio dante pecunias probari debeat in fine ſex menſium, vel tempore diſdicendæ ſocietatis per inſtrumentum communitatis loci, in qua degit illa perſona nominata ſuper viuere & ſanam & viuam eſſe probare, & non aliàs & cum iſto pacto ſi ſocius vult exigere, vel diſdicere ſocietatem tenetur vitā probare, & non officialis.

171 Sed quid ſi facta eſt ſocietas 100. ſcut. inter N. dās pecuniā ex vna, & Petrum officialem ex altera, qui dedit in fideiuſſorem Donatum qui recognouit bonam fidem: poſt ſex menſes obiit Petrus, & ſic fuit finita ſocietas morte officialis poſt certum tempus. N. ſcripſit apocham priuatam Donato in qua aſſerebat peracta Ioānis notarij eſſe renouatam ſocietatē, & propterea tranſmittat ſibi fructus, prout tranſmiſit & ſoluit non ſolū pro vno ſemeſtre, ſed pro pluribus; poſtea Donatus fecit diligentiam reperiēdi apud acta Ioannis notarij intimati an verè eſſet renouata dicta ſocietas, & reperiit non eſſe renouatam. dubitatur an pecuniæ ſolutę ſub illa falſa aſſertione ſocij creditoris ſint ei computandæ in ſortem tanquam ſolutę ex cauſa non vera, & ſine aliquo periculo præfatarū pecuniarum. & videtur dicendū quod ſic, quia hic duplex dolus ſocij creditoris probatur. primo, quia aſſeruit Donato qui recognouit bonam fidē quod erat renouata ſocietas, & propterea ſolueret fructus illius, quos ſub illa aſſertiōe ſoluit Donatus bona fide & tamen hæc renouatio ſocietatis nō erat facta; vnde N. ex hoc facto doloſo nihil debet lucrari. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem. ff. ſolut. matr. vbi Roman. dicit quod nihil maritus debet lucrari, ex quo dedit mortem vxori, & vbi quis propter negligentiam alterius debet conſequi lucrum, cui negligentiæ ipſe cauſam dedit, non conſequitur lucrum. c. poſtulaſti. de conceſſ. prębend. hic N. doloſè dixit renouatam eſſe ſocietatem, vt lucraretur fructus, quod non erat verū, quia dolus eſt falſa aſſeueratio ſcienter facta. Io. Pet. Surd. conſi. 15. num. 13. & nu. 15. in fine dicit quod dolus prouenιens ex falſa aſſeueratione dicitur verus nō fictus. Dec. conſi. 106. nu. 11. vnde non debet fructus lucrari, ſed in ſortem computare omnes pecunias receptas tanquam vſura, quia pecuniæ finita ſocietate remanent penes debitorem vti purum mutuum ſecundum aliquos, & ex mutuo non exiguntur vſuræ vt dicit dominus, mutuum dantes nihil inde ſperantes, & propterea nihil conſequi poterat ex pecuniis N. non exiſtentibus ſub periculo vitæ ipſius creditoris vt dictum eſt ſupra pluries. & propter fraudem & dolum verum ipſius creditoris, vt dictū eſt nihil debet lucrari.

172 Præterea ſocietas officiorum non poteſt

poteſt renouari ſine conſenſu ſocij dā tis pecuniam & officialis recipientis illam; quæ pecunia ſtet ſub periculo vitę ipſius ſocij dantis pecuniam ad hoc vt lucretur fructus ad rationem 12. pro centinario, vt dictum eſt ſupra pluries: hic nō probatur cōſenſus dantis pecuniam, nec officialis, nec minus quod pecunia ſit ſub periculo vitę alicuius. Menoch. de pręſumpt. lib. 1. preſumpt. 24. num. 5. tenet ex non factis non pręſumi renouationem ſocietatis. Crotus conſi. 15. num. 15. & idem Menoch. conſi. 121. num. 83. & 84. lib. 2. hic nihil eſt actum, ergo non eſt renouata ſocietas.

173 Non obſtat quod debitor ſoluens fructus ad rationem 12. pro centinario finita ſocietate præſumatur donaſſe creditori fructus ſolutos; reſpondetur quod donatio regulariter non præſumitur. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 88. in principio, & num. 3. verum iſta regula non ſemper procedit; ideo cōſidera infraſcripta: quia aut fructus ſoluuntur iuxta conuentionē ſponte, aut metu mandati executiui. ſi ſponte, præſumuntur ſoluti ex conuentione iurata quam quis propter iuramentū ſeruare tenetur, ne renuendo ſit periurus, pręſertim ſtante obligatione camerali. & in hoc caſu an detur repetitio, dico quod ſi eſt officialis qui habuit pecunias in ſocietate, ex quo habet officiū & pecunias ſocij & credo ꝙ nō vt dicit infra nu. 178. & nu. 191. Si non eſt ſocius, vel non habet officiū, vel ſit fideiuſſor & metu mandati ſoluat, forſan poſſet repetere vſque ad ſummam taxandam per iudicem vt infra num. 179. & Decius in l. cuius per errorem num. 2. ff. de reg. iur. Menoch. de præſumpt. lib. 3. pręſumpt. 31. num. 9. ſi vero quis inducitur ad ſoluendum dolo, & fraude creditoris vt ſupra num. 171. credo quod propter fraudem detur repetitio in totum; vel computetur in ſortem, quia dolus & fraus nulli debet vtilitatem afferre. c. poſtulaſtis in fine de conceſ. prabendæ. ſi ſoluitur dolo debitoris, vide infra num. 191.

174 Maior difficultas quam ſit in toto iſto tractatu eſt circa fructus conuentos diſdicta, vel finita ſocietate ad rationem duodecim pro quolibet centinario ſcut. quia Theologi, vt ſupra oſtenſum eſt num. 133. & iuris conſulti tam Canoniſtę, quam Ciuilis iuriſtę tenent dictos fructus etiā loco dānorum & intereſſe non deberi; quia diſdicta ſocietatę pecuniæ poſitę in ſocietate remanent tanquā ſimplex mutuum, & non ſunt ſub aliquo periculo per mortem ſocij dantis pecuniam; & propterea non debent ex pacto ſolui dicta ſcut. duodecim pro centinario ipſi creditori, vt dictum eſt ſupra num. 134. 135. & 136. & firmat Decius ex communi opinione doctorum in c. cum venerabilis num. 64. & 65. de except. & in conſi. 116. col. 2. in fine & conſi. 119. & comprobat Fabius Accorambonus Decanus olim in vna ſua deciſ. ex omni iure. & col. fin. verſ. huic determinationi, reſpōdet ad Decium in dicto c. cum venerabilis. num. 65. verſ. putarem, quod etiam certa quantitas licite promitti poſſit habito reſpectu ad intereſſe veriſimile vt in eo qui prædium vendidit cū termino ad ſoluendum pretium, ex quo emptor interim lucratur fructus, quod teneatur ad vſuras pretij in recompenſationem fructuum. l. curabit. C. de act. empt. nam cum de vero intereſſe appareat, quia ex communi contingētia ex fundo venditor tot percipit fructus qui valent decem & plus & minus ſecundum varietatem temporis,

certe dixit ipſe illa promiſsio facta à principio iuxta illa decem, parũ plus vel minus, videtur facta quædã tranſactio inſpecto futuro euentu vt tollatur difficultas probationis. l. fin. ff. de prætoriis ſtipul. & in c. nauiganti de vſur. vbi quando veriſimiliter dubitatur, non debet contractus vſurarius reputari; & dicit Decius, quod in tali caſu ceſſant ſupradictę rationes. Cui doctrinæ Decij Fab. tripliciter reſpondere conatur: primo quod Dec. tenet cõtra mentem omnium doctorum, & quod ipſe tenuit in ſupradictis conſiliis, vt etiam aduertit Purpuratus qui ipſum reprobat in l. rogaſti. §. ſi tibi. num. 39. ff. ſi cert. pet. & Felin. in dicto. c. cum venerabilis. nu. 5. de except. ſecũdo quod nulla eſt veriſimilitudo ꝙ quis ponat pecunias ad 12. pro 100. ſine periculo vitæ poſt diſdictã niſi eſſet manifeſtus vſurarius. tertio ait quod Decius loquitur in valde diuerſis terminis, videlicet in fundo vendito, iuxta dictã. l. curabit, quo caſu emptor percipit fructus fundi, & certum eſt quod fundus reddit aliquid quolibet anno, niſi eſſet aliquis fortuitus caſus qui non habetur in conſideratione. in caſu ſocietatis diſdictę non habetur certa veriſimilitudo; quia & ſi daret pecunias alteri officiali, poſſet de hoc non lucrari, vel propter mortẽ, vel decoctionem officialis.

175 Opinionem Decij proxime relatã in dicto c. cum venerabilis. num. 65. verſ. putarem, quod ſuper pretio rei venditę non ſoluto poteſt paciſci de fructibus ad certam rationem, mihi valde placet; quia quis rem & pretium habere non debet, & ideo bene ſtatuitur in dicta. l. curabit qui ſuper pretio rei emptę nõ ſoluto paciſci poteſt per venditorem de fructibus ad decẽ vel aliam rationem. hanc opinionem in venditione tenet Pariſius conſi. 60. num. 4. & ſeq. lib. 1. Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum c. 4. per totum; vbi facit comentum & declarationem ad dictam legem curabit per 20. argumenta & demõſtrationes & interpræetationes, quam legem, tam in foro eccleſiaſtico & iure Põtificio habere locum concludit.

176 Et quod dictum eſt in venditione idem dicendum in eo qui poſuit pecunias in ſocietate. iuriſcõſultus in. l. ſocius qui in eo 61. ff. pro ſocio, dicit quod cum ſocius in reddendo pecuniam moram adhibuit, cum ea pecunia vſus ſit, vſuras quoque preſtare debere, ſed non quaſi vſuras; ſed quod ſocij interſit eam non habuiſſe ſic in ſocio moroſo in reſtitutione pecuniarum habemus textum in terminis quod tenetur ad intereſſe ſocij non habentis pecunias, plures alij caſus numerantur à gloſſa. in dicta. l. ſocium. Bart. ibi. §. ſocium. num. 1. verſ. nam hęc verba propter ſocietatẽ dicit poſſe intelligi duobus modis; vno modo hoc eſt contemplatione ſocietatis, tũc damna & lucra veniunt cõmunicanda l. cum duobus. §. quidam. ff. pro ſocio. Alio modo poſſunt intelligi propter ſocietatem, hoc eſt quod ſocietas fuit occaſio remota; verbi gratia propter ſocietatem fuit aliquid donatum ſocio, & hic nõ eſt caſus noſter. Bald. in dicta. l. ſocium qui in princ. dicit quod vſurę quę petuntur ratione temporis peti non poſſunt; ſed quæ petuntur, ex adiectis coherentiis bene poſſunt peti. allegat notata. in. l. 1. C. de ſumma Trin. vbi gloſſa in verbo Petrum Apoſtolum ad finem ibi ſed diſtinguit, aut quis petit, vt lucrum, & non poteſt; aut, quia oblit ſibi, quia paſſus eſt damnum, & tunc non vt vſura, ſed vt intereſſe petuntur. arg. dictę. l.

etç. l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio, & dicit ita obſeruari in Curia Romana: adeo quod iſta pacta ſic appoſita in contractu ſocietatis officiorum ex conſuetudine immemorabili apponũtur in iſtis ſocietatibus, & eſt fundata iſta cõſuetudo in dicta. l. ſocium qui in eo, ſic vt ſupra declarata à gloſſa. Bart. & Paul. de Caſt. in dicta. l. 1. C. de ſumma Trin. num. 15. dum dicit, quod loco intereſſe, vel damni emergentis, poſſunt peti vſuræ, & hęc videtur communis opinio.

177 Quod autem ſit facta ſocietas ſuper officio, probatur ex inſtrumento ſocietatis de quo ſupra nu. 2. vbi inierunt ſocietatem inter ſe ſuper officio, quam tenere & durare voluerunt ad ſex menſes proximę futuros, & illa durante facere ſocium participem de fructibus officij, quos fructus conduxit ad rationem 12. pro centinario & ſemper currant dicti fructus, etiam finita ſocietate, ad eandem rationem vſq; ad integram dictorum 200. ſcut. reſtitutionem loco damnorum, & intereſſe, quę ad tantundẽ dicti contrahentes extimarunt & taxarunt. vt ſupra num. 18. & ſic ſumus in caſu dictæ. l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio, & in caſu gloſſæ. dictæ. l. 1. C. de ſumma Trinit. & in conſuetudine immemorabili, de qua atteſtatur gloſſa. in dicta. l. 1. C. de ſumma Trin. & ex inſtrumẽtis ſocietatum antiquiſsimis. quæ conſuetudo immemorabilis eſt cõformis iuri communi, vel eſt interpretatiua dictę. l. ſocium qui, & eſt maximi effectus. c. cum dilectus. vbi. Ant. de Butr. 210. & alij de conſuet. Sozzin. conſi. 145. lib. 1. Oradinus. deciſ. 495 Put. deciſ. 1. de pręſcript. & deciſ. 283 lib. 1. num. 1. nec dicatur quod iſta cõſuetudo immemorabilis ſit contra ius, quia eſt contra comunem opinionem doctorum; quia propter hoc non eſt contra ius ex quo communis opinio doctorum non facit ius. Put. deciſ. 241. num. 4. lib. 1. & vlterius non eſt verum, quod ſit contra iura, quia eſt conformis dictæ. l. ſocium qui in eo, & gloſsis & doctoribus ſupra allegatis, & conſuetudini immemorabili fundatę in vtroque iure vt dicunt. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & Alber. ibi num. 15. in fine, dicit quod partes poſſunt taxare intereſſe in contractu, & eorum taxationi ſtatur.

178 Ideo cum de anno 1582. die 23. Iunij præponeretur in Signatura corã fel. rec. Gregorio XIII. an pactum præfatum de ſoluendis ſcut. 12. pro quolibet centinario ſcut. poſt finitam ſocietatem eſſet licitum: & fuerunt facti duo caſus, primus quod finita ſocietate per diſdictam factam officiali ſocio quod fructus debeãt adhuc currere ad rationem conuentam in inſtrumento ſocietatis, quando ſocius retinet officium proprium, & pecunias alterius ſocij poſitas in ſocietate dicti officij, & lucratur fructus officij iam promiſſos ſocio loco damnorum & intereſſe, ad rationẽ decem, vel duodecim pro centinario, ideo cum habeat dictos fructus officij, & pecunias poſitas in ſocietate, quas nõ reſtituit, non videtur rationi congruum quod quis habeat officium, illius fructus, & pecunias ſocij & nõ ſoluat fructus promiſſos ſocio, qui dedit pecunias, ideo cogi poteſt de iure & conſuetudine præfata ad ſoluendum 12. pro centinario, loco damnorũ & intereſſe iuxta pacta & cõuentiones præfatas. Signatura fundata eſt. in. l. curabit. C. de act. empt. cui reſolutioni adde in terminis in ſocietate textum in. l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio. & gloſſa. Bart. Bald. & alios ibi. & gloſſam in. l. 1.

C. de ſumma Trin. & doctrinam Decij, in c. cum venerabilis. num. 65. de except. & Pariſ. cõſi. 60. lib. 1. & c. 4. Didaci lib. 3. variarum reſolutionum per totum, & conſuetudinem Vrbis in ſocietatibus officiorum, quæ habet in ſe maximã rationem cum ſit iuris declaratiua, & officialis qui habet rem & partem pretij officij, & ſumus in contractu bonę fidei, in quo propter moram debentur vſuræ, ideſt damna & intereſſe conuentum; vide etiam ſupra num. 21. in fine & infra num. 191.

Non obſtat quod ſocius non patiatur periculum in ammiſsione ſortis; quia officialis poteſt ſe liberare ab iſto graui intereſſe, reſtituendo ſortem finita ſocietate, ſi non vult ſortem poſitam in ſocietate reſtituere, de iure & conſuetudine ſocius, vt ſupra oſtenſum eſt, poteſt dictos fructus conuentos petere ab officiali, quia retinet officium & pecuniam poſitam in ſocietate officij & capit fructus officij.

Nec eſt verum quod diſdicta ſocietate pecuniæ remaneant in puro mutuo; quia cum ſint poſitæ in ſocietate officij remanent in dicta ſocietate ſine periculo donec reſtituantur ab ipſo officiali viuente, facto, culpa, & morte dicti officialis, vt dictum eſt.

179 Si vero officiũ ſit venditum, aut vacauit per mortem, tunc ſocius, vel eius fideiuſſor, nihil lucratur circa fructus officij cum in alium tranſiuerit, & tunc finita ſocietate currãt fructus ad rationem quinque pro centinario. quia in vrbe Romæ, vbi eſt copia auri, & ſunt qui quotidie dant & recipiunt pecunias ad honeſtum lucrum, non eſt veriſimile, quod quis velit retinere pecunias ocioſas præſertim ſtãte proteſtatione, quod finita vel diſdicta ſocietate currant fructus ad rationem 12. pro centinario. per quã proteſtationem apparet, quod non intendit, quod ſua pecunia ſtet ocioſa, ſed quod lucretur, & de iure Canonico in ſolito mercari debetur aliquod honeſtum lucrũ à moroſo creditore & ſocio. & in hoc caſu ceſſat doctrina. Pauli de Caſtro. in dicta. l. 3. & deciſiones dominorum de Rota. & ita fuit in dicta ſignatura corã ſel. rec. Gregorio XIII. in hoc ſecũdo caſu reſolutum, & ita hodie ſeruatur cum taxentur fructus ad quinque & ſex & ſeptem pro centinario. Hæc ſecunda pars fundatur, in dicta l. ſocium. qui in eo. in princ. verſ. item poſt mortẽ ſocij, nullam talem extimationem faciendam ex facto hæredis, quia morte ſocij dirimitur ſocietas. ff. pro ſocio. hanc concluſionem declarat Decius in dicto c. cum venerabilis. num. 65. de except. & Paul. de Caſt. in dicta. l. 1. C. de ſumma Trin. num. 15. & Couarruuias dicto lib. 3. c. 4. variarum reſolut. & hanc declarationem factam in ſignatura ſequor, tam quando eſt ſocio diſdicta ſocietas, & officialis ſocius retinet officium, vt nu. 178. quam quando per obitũ, vel reſignationẽ officij finiatur, vt in hoc nu. 179.

In alia cauſa deciſio 16. Martij. 1579 coram R. P. D. Blanchetto.

180 Fuit reſolutũ ex deductis pro parte Antonij nõ conſtare de tali ſolutione quæ liberet ipsũ, ex quo eſt debitor ex cauſa ſocietatis initæ cũ Horatio 23. Iunij 1567. neceſſe eſt quod doceatur de illius diſſolutione, de qua non conſtat, licet enim tacite contrahatur & diſſoluatur ſocietas. l. verum. §. fin. & l. ſocietatem. ff. pro ſocio. Aymo. conſi. 123. num. 7. Decius conſi. 213. col. pen. poſt principium, tamen requiritur quod actus, ex quibus inducitur, vel diſſoluitur ſocietas, ſint tales,

tales, ex quibus omnino inferatur ad contractum ſocietatis irritandum, vel illius diſſolutionem, vt per Caſtrenſem. conſi.73.lib.2. & Bart.conſi.35. ſolutiones vero quæ deducuntur per Antonium non ſunt huiuſmodi, nam ſolutio ſocietatis initę cũ Ioanne per Horatium non infert ad diſſolutionē alterius ſocietatis de qua agitur. Quia cum Antonius obtinuerit ceſsionem iurium Ioannis, & poſtea diſdixerit ſocietatem Horatio, conſtat quod ſoluit potius animo acquirendi ſibi obligationem Horatij, quam diſſoluendi ſocietatem prius contractã. Reliquę duę partitę non probant, tum, quia ad hoc vt diſſolutio ſit communis vtriq; parti, quia ſocietas finitur diſſenſu vtriuſque partis. l. verũ. §. fin. ff. pro ſocio, vel per partiũ renunciationē. Bart. conſi. 96. Aret. in. §. retinendæ. inſtit. de interd. Imol. in c. fin. de præcario. Decius in l. in omnibus. de reg. iur. alias Antonius in euentũ, quod obiiſſet Horatius, & ſic in euentũ lucri, allegare potuiſſet continuationem ſocietatis adſcribendo ſolutiones alteri cauſæ. præſertim quia ſoluit eo tempore quo ſocietas durabat in ſecundo ſemeſtri: ex qua ſolutione non poteſt induci diſdicta ſocietatis. non obſtat quod ſolutione partis diſſoluetur ſocietas in totum. l. verum. §. fin. & l. ſi id quod. in princ. ff. pro ſocio. quia ſi res interiit in totum diſſoluitur ſocietas, non autem quando non datur periculum interitus rei. facit Put. deciſ. 68. lib. 3. de quo dicto vltimo vide infra num. 187. vbi ex dicta l. ſi id quod in princ. verſ. ceterũ probat cõtrariũ.

181 Ioannes officialis contraxit ſocietatē cũ Lazaro 100. ſcut. ſuper ſuo officio iuxta ſolitũ: qui Lazarus ſocius trāſtulit & ceſsit vtilitatem dictæ ſocietatis Iacobo remanētibus actionibus dictæ ſocietatis penes Lazarum, & die 29. Iunij 1563. fuit reſolutum per dominos in Rota, quod contractus ſocietatis fuit factus cum Lazaro, & illa ceſsio fructuum dictæ ſocietatis facta Iacobo, reſpicit tantum fructus & vtilitatē ſocietatis ad fauorem Iacobi, non ſubſtantiam dictæ ſocietatis: quia Iacobus nõ eſt ſocius Ioannis, ſed Lazari. l. qui admittitur. 19. Quia ſocius mei ſocij, meus ſocius nõ eſt. & l. 20. & 21. ff. pro ſocio & omnia iura ſocietatis remanent in ipſum Lazarum; & ideo ſi Lazarus moriatur, eius morte finitur ſocietas, nam morte ſocij finitur l. verum. §. fin. ff. pro ſocio. l. 5. C. pro ſocio. & §. ſoluitur inſtit. de ſociet. Ideo ſi Ioannes ſoluit fructus Iacobo, & non habuit ſcientiam mortis Lazari, non tenetur ad fructus ſocietatis loco damnorum expenſarum & intereſſe vſque ad diem ſcientiæ dictæ mortis: quia ignorans, & non interpellatus non eſt in mora. gloſſa. in l. vinum. in verbo cũ petitus. in princ. ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. & Purp. in l. mora. ff. de vſur. & ſtatim quo ſciuit mortem propter iuramentum appoſitum in contractu eſt in mora: quia iuramentum continue interpellat ſicut dies. vide ſupra num. 145.

Mora purgari non poteſt quando lex aſſignat certum diem ad actum faciendum ſub pęna. c. licet. de ſupplenda negl. prælat. niſi in ea, vel alia legē ſtatuatur quod poſsit purgari. c. quod ſicut de elect. & hæc procedit quando ſtatuitur à lege certa dies ad aliquid agendum; ſed ſi nõ ſtatuitur certa dies, tũc requiritur monitio ad hoc, vt quis propter moram incidat in pęnam, & moram & hæc in inferioribus: in Papa & ſuperiore ſufficit monitio, quam facit in Canone. Archid. Dominic. in c. 4. diſt. 18. Bart. in l. ſi poſt. tres,

ff. ſi quis caut. dicit quod vbi eſt dies, & pena nō admittitur purgatio morę, & ſimiliter vbi eſt appoſitum iuramē tum. Præpolit. in dicto c. 4. nu. 7. diſt. 18. quia iuramentum continuè interpellat.

ROM. SOCIETATIS. II. Maij. 1582.

182 DOmini in propoſitione iſtius cauſæ fuerūt concordes quod in nominatione facta per Octauiam de Clarice vigore facultatis reſeruatæ Octauiæ nulla interuenit fraus; cū non fuerit articulata nec etiam probata talis infirmitas quæ inducat fraudis præſumptionem contra nominantem. c. 2. de renunciat. lib. 6. Anch. conſi. 388 à Rota ſæpius canonizzatum. & placuit etiam dominis huiuſmodi cōtractum non ſapere vſurariam prauitatē; quia donec Octauia nominaret perſonam in cuius periculo pecuniæ exiſterent in ſocietate, periculum reſidebat in eius vita. Non dubitarunt etiā, quod ſi de ſtilo ad effectum vt transferatur periculum in perſona nominata, quod nominans debet ſuperuiuere per quindecim dies, prout poſt diſdictam ſuperuiuere debet, vt ſocietatis lucrum cedat commodo officialis, vt declaratum eſt ſupra nu. 39.

183 Difficultas fuit inter Dominos an conſtet de ratificatione cum Octauia non de qualicunque, ſed quod in ratificatione ſocietatis poſſet nominare perſonam ſuper cuius periculo ſtarēt pec. & aliquibus ex Dominis videbatur partes intellexiſſe de alia ratificatione, quam de ea quæ conſideratur per aduerſarios Claricis; videlicet per mandatum de ſoluēdo pecunias, quod dubitari poteſt an pręceſſerit, vel ſubſecutum fuerit: quinimo conſiderabāt quod partes ſolutionem pecuniarū præſuppoſuiſſe intelligantur. dum volunt, quod donec Octauia ratificauerit, pecuniæ ſtent periculo vitæ ipſius, quæ non potuerunt ſtare niſi facta ſolutione. cū igitur præſupponant ſolutionem, & conueniant de nominatione facienda in ratificatione, vtiq; de alia quam de iſta intellexiſſe videntur. addebant, quod vigore cædulę, pecuniæ non eſſent ſoluendę officiali, ſed recognoſcenti bonam fidem. ſed procur. dictæ Octauiæ, non poteſt dici ratificaſſe; & conſiderabant, quod in hoc caſu ſufficeret tacita, quæ videtur colligi ex retentione fructuum primi ſemeſtris. Secundo quod quatenus requiratur expreſſa, illa videtur adeſſe ponderando verba cedulæ, per complimento di vna compagnia che hò fatto. ex quibus videtur inferri, quod ipſa voluerit integrè ſatisfacere his quæ in inſtrumento continentur. Alij perfectionem conſiderabant, videlicet per nominationem perſonæ; tunc enim ſocietatis contractū perfectum eſſe, & præcipuè cum dicant ſe iam feciſſe ſocietatem, & ita præſupponant eam contractam. vnde data ſcientia, & verbis claris videbatur ſatis conſtare de ratificatione, in qua cum non fuerit nominata perſona, nō potuit poſtea nominare dictā Claricem. ideo dixerūt, vt partes ſuper hoc informarent, an ex dicta cedula ſit inducta talis ratificatio, per quam ſit cōſumpta facultas nominādi perſonam, cuius vitæ periculo pecuniæ ſtare deberent. & reſolutionem iſtius difficultatis reſeruatæ ſupra num. 141. factam eſſe videtur, quod ex dicta cædula non ſit inducta ratificatio.

DIE

DIE XIX. IANVARII, M. D. LXXXIII

184 DOmini dixerunt non conſtare, quod tempore nominationis factæ per Octauiam, ipſa tã graui infirmitate laboraret propter quam nominatio facta videatur nulla. in huiuſmodi enim concurſu probationũ præferrendã eſſe dixerũt probationẽ medici qui adhibitu curę infirmę non relationibus aliorũ medicorũ. qui vna cũ eo nõ interuenerunt. ipſe .n. medicus de ſtatu illius poteſt teſtari prout etiam fatetur primus teſtis pro Baldo examinatus iuxta duodecimũ interrogatorium. Medicus autem qui curauit Octauiam expreſſè deponit iuxta. 19. & 28. interrogatoriũ, quod ipſa ante aſſumptam mannam leuiter laboraſſe infirmitate, & etiam Alex. alter teſtis ſuper primo art. deponit. Secundo, vterque teſtis pro Baldo examinatus fatetur medicamenta decreta pro Octauia conſueuiſſe decerni pro pluribus morbis, & licet videatur iudicium ſuum fundare in continuatione medicamentorum, tamen non percutiunt tempus præciſum nominationis; ſed comprehendunt tempus, etiã poſt nominationem, videlicet. 18. Iulij, & vterque iuxta vndecimũ interrogatorium fatetur, quod quandoque morbus ab initio videt̃ leuis, qui progreſſu temporis apparet grauis. vnde ad excludendum fraudẽ ſufficit, quod Octauia, & medicus tempore nominationis die 15. Iulij. opinaretur infirmitatem non eſſe ad mortem; & iudicio iſtorum medicorum repugnat nõ ſolum, quod Octauia carnibus, & vino, ex medici permiſsione veſcebatur ex quo repugnat graui infirmitate, ſed etiam depoſitio Alexandri ſuper tertio, qui dicit, & medicinas illas continuatas adhiberi leuioribus infirmitatibus, & de ſtatu infirmi ex ipſis medicinis iudicari non poſſe. Poſtremo dixerunt, quod teſtes Claricis præferendi ſunt; quia deponunt pro parte quæ agit de damno vitando, & Bald. de lucro captando.

185 Stilus Curiæ & Auditoris Camerę pro tempore in nominatione facienda in ſocietatibus officiorum per ſocium qui dedit pecunias talis eſt. primo ſecundum formam antiquam, quod ſocietates officiorum quæ ſub periculo vitæ perſonæ, ſeu perſonarum in ratificatione ſocietatis nominãdarum, & interim periculo vitæ ipſius dantis pecuniam contrahantur, nulla habita ratione. quoad exburſationem pecuniarum & fructuum primi ſemeſtris retentionem, ex qua forſan de iure tacita ratificatio, videatur inducta; nihilhominus noua & expreſſa in ſcriptis per inſtrumentum publicum fieri debet ratificatio ſocietatis: quia conſenſu ſociorum contrahitur ſocietas, & ideo requiritur expreſſa ratificatio, vt dictum eſt ſupra num. 4. aliàs non eſt ſocietas, nec pecuniæ ſũt in periculo. & vidi multa inſtrumenta non ratificata per dantes pecunias & male; ideo eſſet prouidendum vt datis cautionibus per officialem fiat in continenti ratificatio ſocietatis per ſocium qui dedit pecunias. vide infra num. 212.

186 Periculum vitæ, ſeu nominatio perſonæ, vt plurimum fiebat quandocunque placuerat danti pecunias infra primum ſemeſtre; & quandoque in ſecũdo, vel alio vlteriori ſemeſtri, fructibus, tamen non perceptis eiuſdem ſecundi, vel vlterioris ſemeſtris & hoc modo ſocietates firmari & roborari ſolent. ſed quoties in ipſa ratificatione ſocietatis contigerit vigore eius facul-

tatis,

tatis, periculum vitæ alterius nominari, annominâtis ſuperuiuentia quindecim dierum requiratur, vel neceſſaria ſit, vel ne, hoc .n. caſu de ſtilo & conſuetudine dictæ Curiæ nihil erat ordinatum ex antiqua conſuetudine, vt dictum eſt ſupra num. 39. Hodie vero ſocietates contrahuntur ſub hac clauſula, vel pacto expreſſo quod liceat ſocio danti pecunias trasferre periculum vitæ in perſonam nominatã, vel nominandam quandocunque ei videbitur, poſt, tamen primum ſemeſtre & non perceptis fructibus ſocietatis ſecundi, vel alterius ſemeſtris, ac prçuia intimatione quindecim dierũ præcedẽtium, & dummodo nominans ſuperuiuat per quindecim dies, ſed hodie ponitur alia clauſula, de qua dictũ eſt ſupra num. 117. & iſte eſt ſtilus Curiæ. A. C. in ratificatione ſocietatum & nominationis periculi vitæ pecuniarum poſitarum in ſocietate.

187 Vincentius fecit ſocietatem mille ſcut. ſuper officiis militis ſancti Pauli, & Cubicularij Apoſtolici, videlicet ſuper vtroque officio ſimpliciter non nominando, nec exprimendo tantum ſuper Cubiculario & tantum ſuper officio militis Pauli, ſed ſimpliciter accepit mille ſcut. in ſocietatem ſuper vtroque officio, euenit, quod vẽdidit vnum ex dictis officiis, fuit dubitatum an eſſent ſocietates factæ ſuper vtroque officio diſſolutę, die 24. Ianuarij 1575. Et fuit per dominos reſolutum per venditionem alterius ex officiis à Vincentio, factam, non eſſe finitam ſocietatem ſi officium quod Vincentio remanebat, erat capax pecuniarum poſitarum in ſocietate, prout erat officium Cubiculariatus valoris 1500. ſcut. auri & vltra, moti ſunt domini ex illa vulgata regula, quod ſocietas ſuper re contracta non reſtringitur niſi re ipſa extincta. l. verũ. 64. §. fin. ff. pro ſoc. ibi res vero, cum aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutauerint, neque .n. eius rei quæ iam nulla ſit quiſquam ſocius eſt. & l. ſi id quod. eodem tit. in princ. verſ. Ceterum. vbi ſi eſt actum, vt fiat quadriga, eaque communicaretur, & in ea vnus tres partes, & alter quartã haberet mortuo equo per vnum poſito ſocietas remanet in reliquis, conſiderarunt etiam domini, quod in huiuſmodi cõtractibus per mortem, vel abſentiam vnius ex fideiuſſoribus qui acceſſerunt contractui non reſoluitur ſocietas, ſi hoc in cõtractu non exprimatur, & in dubium eſt, eos qui ſuas pecunias ĩ ſocietate dederũt magis inſpicere fideiuſſores quã officia quæ ſolũ ad colorandũ cõtractũ interponũt. Non obſtat quod Leo aliter contracturus non fuiſſet niſi ſuper vtroque officio, quia iſtud indiuiduum ratione voluntatis non poteſt habere locum in hoc caſu, cum officium, quod ſupererat, erat capax harum pecuniarum, & tantos fructus reſpectu ipſarum, iuxta conuentionem factam, ſolum dictum officium, afferre poterat, quantos vtrunque officiũ ſimul. Bart. in l. cui vſus fructus. nu. 4. verſ. præterea. ff. de vſufr. legat. & vbicunque ſocio damnum non datur, alteri ſocio non impeditur alienare partem rei, ſuper qua eſt inita ſocietas. l. idemq; §. fin. iuncta. l. ſeq. in gloſſa. in verbo communi diuidẽdo. ff. pro ſocio. damnum autem dari non poteſt, cum Leo contentus fuerit. 12. ſcut. pro centinario loco fructuum vnius officij, ad quorum ſolutionẽ fructus vnius officij non venditi ſufficiebant.

IN EADEM DIE. 27. Aprilis, 1576.

188 Domini dixerunt non eſſe recedendum à reſolutis in proxima deciſione. primo, quia tẽpore initę ſocietatis, non poteſt dari incapacitas, eo quia ſocietas erat inita ſuper duobus officijs, & tempore venditionis erat anterior, & prior, attenta extintione facta ſocietatis per Chriſtophorũ Piſanũ, q̃ poterat prioritatis iura prætendere. Secundo quia contentus fuit Leo non attẽdere fructus officiorum, ſed loco ipſorum percipere 12. pro cẽtinario; & ſuper hoc ſibi per fideiuſſores fuit proſpectum, ex quo tollitur omnis pretẽſio incapacitatis officij ſiue enim plus, ſiue minus ex officio percipiatur, ſeu perceptum fuiſſet, & ſemper Leoni 12. pro centinario ſoluebantur, & Vincentio non ſoluente dabatur actio contra fideiuſſores obligatos, ad quod ex communiter accidentibus ſemper principaliter inſpici conſueuit.

189 Ad fugiendas lites huiuſmodi ſocietates pro aliqua ſumma ſuper duob. officijs fieri nõ debent, ſed ſcutorũ 100. ſuper vno, & cẽtum ſuper alio; ad hoc vt vno vendito officio videatur quæ ſocietas venditione officij ſit finita, & non diſputetur quod ſocietas facta ſuper duobus officijs vendito vno officio poſſit ſuper alio ſubſtineri, ideo hæc confuſio ſemper fugienda eſt propter lites, & ſcandala.

CORAM ACHILLE die IX. Maij. 1554.

190 Septem ex nouem dominis tenuerunt quod diſdicta eſſet nulla & nimis callida. nam ex quo eam non reproduxit, videbatur velle ea vti, & nõ vti, prout ſibi videbitur, vnde ei prodeſſe nõ debet. l. ſi actioni. §. diximus. ff. pro ſocio. nec erat credendum curſori citanti, ex quo citatio erat in certa cum eſſet facta ad inſtantiam principalis ſocij, vel ſui procuratoris, & nõ conſtabat quis eſſet ſuus procurator, neque de alicuius mandato, quod erat inſerendum in intimatione; aliàs non creditur in iſtis extra iudicialibus, in quibus etiam non creditur Curſori. Dicebant tamen domini quod talis diſdicta poteſt etiam fieri extraiudicialiter, dummodo fiat coram notario, & teſtibus, vel coram teſtibus fide dignis; ſed in caſu iſto erat facta iudicialiter, cum in principio ipſius cedulę fuiſſet ſcriptum A. C. & ſic apparet fore factam animo eam reproducendi Coram A. C. & penes Notarium dimittendam: quod cum non fuerit factum videtur intimans declaraſſe animũ ſuũ, nolle ea amplius vti, quemadmodũ dicitur de citatione, vt per Anchar. in Clem. 2. circa finẽ verſ. quęro poſt lapſum, vt lite pend. Felin. in c. illud. col. pen. ver. ſecunda concluſio de præſumpt. in contrarium conſiderabant verba ipſius obligationis, quæ dicebant cũ diſdicta quindecim dierum, & deinde ad beneplacitũ amborum partium, vt declarat Decius conſil. 108. num. 4. verſ. modo in caſu propoſito, quæ reuocatio fieri poteſt quandocunque dummodo de ea conſtet. Card. in Clem. 1. de renũciat. nu. 14. verſ. quinto quęro. Item, quia in actis voluntariæ iuriſdictionis, ſufficit quod relatio citationis quandocũque ſuperueniat. Fel. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. col. x. circa finem verſ. limitat. eam Bald. de conſtitutionibus, maxime cum diſdicens nõ teneatur ſtatim

I poſt

poſt quindecim dies agere, vt dicimus in præſcriptione. Bald. in auth. matri & auię num. 35. C. quando mulier tut. offic. tamen curia ſequitur primam partem huius deciſionis, vt dictum eſt ſupra numero 14. & 154. & 163.

191 Dictum eſt ſupra num. 173. quando ſoluēs fructus indebite poſſit illos repetere, vel non, remanſit vnus caſus iudicio meo valde vtilis videlicet. Vincentius ſuper ſuo officio Archiuij cepit ſcut. 300. in ſocietatē à Camillo de anno 1585. poſtea de menſe Iulij dicti anni 1586. idem Vincentius vendidit officium inſcio Camillo, deinde continuauit ſoluere fructus in principio ſemeſtris menſis Decembris, dicti anni, & recuſauit in ſemeſtri menſis Iunij anni 1587. illos ſoluere dicendo vendidiſſe officium, & non teneri ad aliquos fructus; ſed petit ſolutos cum ſorte compenſare. replicat Camillus quod ipſe recepit fructus, putans ſocietatem durare cum ipſe ignoraſſet venditionem officij, & nihilominus ſibi debentur fructus ad rationem duodecim pro centinario etiam finita ſocietate tā ex natura ſocietatis, quam ex promiſſione iurata, & obligatione Camerali, & ex alio quia ſoluens ſcienter in debitum donare præſumitur. quod teneatur ad fructus cōuentos finita ſocietate loco intereſſe eſt textus in l. ſocium. qui in eo. ff. pro ſocio. & ibi Bart. & Bald. & Alber. verſ. Item oppono. qui ſocius poteſt petere vſuras, vt intereſſe, quod frequentatur in Regione, & idem tenet ibi Salicetus in principio eſt gloſſa in l. 1. C. de sūma Trin. in verbo Petrū in fine, ibi ſed diſtingue, aut quia obſit, ſibi quia paſſus eſt damnū, & tunc nō vt vſurę, ſed vt intereſſe arg. l. ſocium qui, & ait obſeruari in Curia Romana & in dicta l. 1. Paulus de Caſt. nu. xv. & ſimile dicitur in emptore moroſo qui retineret rem & pretium. l. curabit. C. de act. empt. Decius in c. cum venerabilis. num. 65. circa medium de except. & Didacus Couar. li. 3. variarum reſolutionem. c. 4. & ſecundum dictam legem ſocium qui in eo, & l. curabit vt dictum eſt ſupra num. 178. fuit reſolutū in Signatura Gratiæ, cui doctrinę & reſolutioni non obſtant deciſiones dominorum de quibus ſupra num. 133. & 136. & 139. quia in illis deciſionibus non fuit allegata dicta lex ſocium, qui ſed ſolum lex curabit quæ loquitur in venditione, vt dicit Fabius Accorambonus in fine ſuæ deciſionis ſuper ſocietate. & ſic ſi aduerſarius ſoluit fructus ſciēter vēdito officio licite ſoluit nō illicite, pſertim ſtāte iuramēto & obligatione Camerali, quod iuramētum interpellat, & conſtituit aduerſarium, in mora ſicut dies. Antonius Gabriel. de iure iur. cōcluſ. 2. per totum, & Antonius Galleſ. in tractatu obligationis Cameralis. Tertio iſte officialis eſt doloſus, quia vendidit officium tacuit & celauit illius venditionem, ſoluit ſcienter fructus poſt venditum officium ne repeteretur ſorſ. & ſic in omnē euentum animo donandi, quia ſoluens ſciēter indebitum quod promiſſerat, licet ſciret ad id non teneri prout in fructibus ad rationem duodecim pro centinario, finita ſocietate donare videtur. Iaſ. in l. 1. num. 12. ff. de condit. indeb. l. cuius per errorem, & ibi Decius, Cagnolus, & Maynerius. ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr. iud. Caſu 88. nu. 57. & 58. ideo petita compenſatio eſt calumnioſa, maxime quia iſti fructus debentur vt intereſſe vt dictum eſt ſupra num. 178. vide etiā Menoch. de præſumpt. li. 3. præſumpt. 31. nu. 4.

vbi quando nō deberentur iſti fructus loco intereſſe, ſed ob turpem cauſam illos ſcienter ſoluens præſumitur donaſſe; & aſſerit hanc eſſe cōmunem opinionem maximè quia iſti fructus debentur de iure, vt dictum eſt ſupra num. 178.

192 Dictum eſt ſupra num. 30. & num. 64. & ſeq. de quadam fictitia ſocietate, inter Petrum officialem, & Io. qui dedit ad effectum ſatisfaciendi per debitorem creditori 500. ſcut. ſed quia ſocietas fictitia fuit, non potuit creditor ex dicta ſocietate ſatisfieri; ſed ex quo creditor, ſcripſit in ſuo libro habuiſſe 500. à Petro officiali, & illam poſuit ad computum debitoris, & qui in dicta fictitia ſocietate recognouit bonam fidem aduerſus officialem, an ex dicta ſcriptura & confeſsione, à creditore in libro ſuo facta, ſit tranſlatum creditum prædicti creditoris in dictā ſocietatem, ita quod ſit ſub periculo vitæ perſonarum nominatarum in ſocietate, & propterea hæc ſocietas licita ſit: quia contractus ſocietatis ſolo conſenſu perficitur, nec rem aliquam certam requirit, vt dicunt Moderni. conſi. 81. nu. 2. lib. 1. & infertur quod debitum ex cauſa venditionis potuit indiſtinctè verti in contractum ſocietatis: quia liberatio ab eo debito eſt loco pecuniæ, ſicut in dote. l. ſi ſponſalibus. §. 1. ff. de iure. dot. Paul. in l. ſingularia. col. fin. ff. ſi cert. pet. & num. 4. dicit quod quilibet contractus per ſtipulationem transfunditur in alium contractum ſi ſubſtantialia obligationis non deficiant.

193 Quibus poteſt reſponderi, quod tunc creditum vnum in alium transfertur, quando creditor dicit 500. ſcut. quæ mihi debes ex cauſa pretij rerum, confiteris ex cauſa mutui te debere; vel cōfiteris eas habuiſſe à me ex cauſa ſocietatis, iniendę inter te, & me, ſuper tuo officio, & animo nouandi primum creditum, & durante ſocietate ſoluere fructus dictæ ſocietatis ad rationem. 12. pro centinario, & ea finita ſortem reſtituere ſuper periculo vitæ Petri filij mei, & Ioannis mei nepotis in forma; & debitor ita promiſit, & animo nouandi faſſus eſt recepiſſe dictas pecunias in ſocietatem, vt ſupra, & priorem obligationem caſſarunt, & annullarunt iuxta gloſſam. in l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet. quia debitum verum, ex vna cauſa poteſt cōuerti in aliam cauſam & non dicitur per hoc inſtrumentum ſimulatū. Bart. in dicta l. ſi ex pretio. nu. 2. & 3. Bald. in ſummario. textus d. l. ſi ex pretio, ait debitum ex cauſa vna poteſt in aliam cauſam mutui, vel alias per ſtipulationem transferri non nudo pacto, nec ſimplici confeſsione, ſed per ſtipulationē: quia ſtipulatio eſt efficacior, contractus quā ſit in iure, & idem tenet in notabilibus. & Alber. in d. l. dicit quod vbi interuenit ſtipulatio, quod tollitur primum creditum, cum ſit potens ad tollendum, & perimendum primam obligationē. l. cū Aquiliana. ff. de tranſact. & ita tenent Cinus & alij ibi: quia ſtipulatio eſt maioris virtutis & roboris aliquo alio actu legali, & hęc eſt communis ſententia doctorum pro qua facit Paulus de Caſt. conſi. 170. nu. 1. lib. 2. Cum an. conſi. 160. col. 1. circa medium. Corn. conſi. 241. lib. 3.

194 Sed ex ſola confeſsione de recepto vel pacto nudo non tollitur prima obligatio, nec transfunditur in ſecundam, vt dicitur in textu. d. l. ſi ex pretio. in fine. verſ. ſi vero. citra vinculū ſtipulationis tantum mutuam pecuniam datam contra ſcriptū eſt, & eius præſtari fęnus cōuenit, ſimulatio pro

infectis habitis, vbi gloſſa dicit quod ſola pactione, vel ſcriptura mutuum conſtitui non poteſt, & precedentem obligationem nouare, & idē in confeſsione, licet interueniat chirographum: & hæc nullam difficultatem habet quod ex confeſsione de recepto, ab eo qui nō habebat pecunias, ſcripta, & facta, per creditorem in libro ſuo non transfundit dictum creditum in dictam ſocietatem, ita vt ex illo inſtrumento ſocietatis poſsit fructus ad rationem duodecim pro centinario lucrari dictus creditor; ſed erat opus, vt ſtipulatione, dictum creditum poneretur in ſocietate iuxta exemplum gloſſæ. in dicta. l. ſi ex pretio. C. ſi cert. pet. & dictum eſt ſupra num. proximo. 193. num. 65. vſque ad num. 68.

195 Nec eſt bonum ſimile de dote allegatum à dictis modernis conſi. 81. num. 3. lib. 1. quia ceſſant rationes ſupradictæ in dote; nam res aliena, & etiam propria non poſſeſſa poteſt in dotem dari. l. ſi fundū. ff. de fundo dot. & etiam nudo pacto dos cōſtituitur. vt C. de dote præleg. l. ad exactionē. Salicet. in dicta. l. ſi ex pretio. col. 2. verſ. vlterius oppono, nos non ſumus in dote, ſed in ſocietate in qua ex cōfeſsione de recepto, ab eo qui nihil habebat, non tollitur prima obligatio debitoris, de qua apparebat ſcriptura ſignata manu debitoris; ſed erat opus vt prima ſcriptura, & debitum tolleretur, & transfunderetur expreſſe in iſtā ſocietatem per ſtipulationem, vt nu. 193. & vide etiam ſupra num. 65. & ſeq. vbi late articulus iſte diſcutitur, & non per ſimplicem confeſsionem de recepto ab eo, qui nihil habebat, ſcriptā in libro abſente debitore & inſcio.

196 Titius dederat in ſocietatem Mario 100. & recognouit bonam fidem Caius, poſtea Titius diſdixit ſocietatem Mario, poſt diſdictam conuenit cum Caio, quod ſi ei ſolueret fructus pro ſemeſtri futuro, quod volebat huiuſmodi ſcut. 100. ſtare ſub periculo vitæ ſuę, ita quod ſi moreretur intra ſex menſes lucraretur pecunias. euenit quod Titius poſt 20. dies obiit, Caius prætendit fuiſſe lucratū pecunias ex pacto inter eos facto, quæritur quid iuris. Primo videndum an iſte contractus ſit licitus: ſecundo an ex pacto poſsit lucrari dictas pecunias: primo caſu videtur prima facie dicendum, quod cōtractus ſit licitus, propter periculum vitæ; quia contulit centum & ſi obierit infra ſex menſes pactus eſt, quod lucrerē pecunias. nam illud periculum vitæ, eſt pecunia extimabile, ſicut in ludo & aliis fortuitis caſibus fieri conſueuit, iuſte videtur pro illo periculo recipi ſex, pro dictis ſex menſibus tantum, vt dictū eſt ſupra num. 36. & firmat Sotus de iuſtitia, & iure. lib. 6. quæſt. 6. ad finē, & nauticum fænus permittitur quamdiu nauis ad portum appulerit, & pactum, vt quis non ſentiat periculū in traiectitia pecunia non reprobatur à iure. l. 2. C. de naut. fen. adeo quod in caſu in quo eſt periculum vitæ, vſura centeſima permittitur de iure, ita in caſu præſenti dicendū: quia Titius ſe ſubmiſit periculo vitæ & potuit licitè dictos fructus percipere.

197 Contra, quia hæc non eſt ſocietas, ſed mutuum: quia diſdicta ſocietate pecunia in manibus officialium tamquam purum mutuum remanet, vt dictum eſt ſupra num. 133. & in mutuo non poteſt promitti vſura: quia de iure diuino in mutuo ꝓhibetur in Euāgelio vbi mutuum dantes, nihil inde ſperantes, & ſimiliter omni iure. Couar.

uar. lib. 3. variarum reſolut. c. 1. nu. 5. vide ſupra num. 134. & 135. poteſt reſponderi, quod iſtud mutuum conſenſu partium, eſt tranſlatum in ſocietatem, & poſitum ſub periculo mortis Titij infra ſex menſes, pro quibus ipſe ſuſcepit fructus. ſed replicari poteſt, quod ſocietas ſine officio fieri non poteſt: quia pecunia ſine officio nullos fructus reddit, & permittuntur huiuſmodi ſocietates ſuper officiis: quia officia vere tot fructus reddunt, vt dictum eſt ſupra num. 18. & 177. & iſta pecunia ſic pro fructibus ſoluta non ſunt fructus, ſed vſura ex mutuo, & huiuſmodi conuentiones non permittuntur à iure. Dupplicari poſſet quod huiuſmodi conuentio ſit licita, quia licet non adſit officium, tamen ſuper pecunia, vel ipſius vſu fieri poteſt ſocietas; vt loco damnorum ſoluantur propter vſum pecuniæ duodecim pro centinario, cum periculo mortis ſocij intra ſex menſes. l. ſociū, qui. ff. pro ſocio. vbi Bart. & alij. vide ſupra num. 178. & propterea Caius poteſt lucrari dictas pecunias ex pacto ſtante periculo vitæ Titij, vt dictum eſt ſupra num. proximo. vide infra nu. 199. facit Baldus conſi. 210 lib. 3. & Oldrad. conſi. 207. remittẽs me in omnibus ſaniori iudicio.

198 P. officialis in inſtrumento ſocietatis aſſeruit contraxiſſe ſocietatem cũ Petro, Franciſco, Hieronymo, & Mathęo abſentibus & Notario pro ipſis ſtipulãtibus ſuper officio militis Pauli 500. ſcutorum iuxta ſtilum. quam ſocietatem ex datione pecuniarum & fructuum receptione ſolum ratificarunt ex illis quatuor abſentibus Petrus, & Franciſcus; obijt Matthęus qui non ratificauerat, an ſocietas pro rata Matthęi dicatur finita, & officialis lucretur dictam ratã pecuniarum & fructuũ. & ꝓ parte officialis allegabatur, quod ex quo non dicitur in cõtractu ſocietatis in ſolidum, quod ſocietas contracta intelligatur pro quarta parte, pro quolibet in ſolidum. l. ſi non fuerint in princ. ff. pro ſocio. l. reos. §. cum in tabulis, & ibi Roncagallus nu. 58. verſ. ſocietas coita inter plures ſimpliciter intelligitur partibus virilibus coita. pro parte Petri, & Franciſci, reſpõdetur quod dictũ inſtrumẽtũ fuit factum per ipſum officialem abſentibus perſonis nominatis in dicto inſtrumento, cum quibus omnibus non eſt coita ſocietas, ſed cum illis ſolum, qui dederunt officiali pecunias, & receperunt fructus ſocietatis. ſed ſolum Petrus & Franciſcus dederunt pecunias & receperunt ſoli fructus pecuniarum dictarũ, ergo ipſi ſoli qui dederunt pecunias officiali, conſentierũt non alij qui non dederunt pecunias: & eorum conſenſu ſolum facta eſt ſocietas cum officiali, & ſic officialis cũ illis ſolis qui dederunt pecuniam cõtraxit ſocietatem, non cum illis qui nõ dederunt pecuniam. & iſte actus facti debet attendi non verba prolata ab officiali in contractu ſocietatis, quæ non præiudicãt Petro, & Frãciſco qui dederunt pecunias pro ipſis ſolis, nõ pro alijs, & ipſi ſunt admiſsi ab officiali ex receptione pecuniæ; & qui admittitur ſocius eſt, non qui nõ admittitur. l. qui admittitur. ff. pro ſocio. præterea ex facto inducit cõſẽſus. Menoch. de præſũpt. parte 3. prçſu. 57. nu. 11. & 12. vide quæ dixi in tractatu de cenſib. parte 2. nu. 144. nõ obſtant. l. ſi non fuerint, & Roncagallus allegati per officialem, quia loquuntur reſpectu portionis ſociorum admiſſorum, & hic non eſt caſus noſter: quia nos ſumus in perſonis ſociorum nõ admiſsis ad ſocietatem, qui ſunt Hieronymus & Matthęus; &

pecu-

pecunia ſolum à Petro, & Franciſco ſoluta fuit, & inter Petrum, & Franciſcum habent locũ allegata ex aduerſo non inter ſocios nõ admiſſos ad ſocietatem, per eos qui dederunt pecunias.

Quibus non obſtat quod notarius pro abſentibus ſtipulatus ſit; quia dicta ſtipulatio notarij nihil operatur non ſequuta ratificatione abſentium. Ant. Gabriell. in tit. de verb. obligat. concluſ. 1. num. 100, &c.

Et licet in inſtrumẽto ſocietatis dicatur, quod Petrus, & Franciſcus poſſent ſoli nominare perſonam, ſuper cuius vitæ periculo ſtaret ſocietas; nihilominus cum perſonam non nominauerint cenſetur ſocietas remanſiſſe ſuper periculo vitæ ipſorum ſociornm qui dederunt pecunias. Ant. Gabriell. de verb. oblig. concluſ. 2. num. 2. vbi dicit quod qui ſtipulatur, vel recipit pro nominando non facta declaratione & nominatione, ſibi ſtipulatus eſt; & recepiſſe cenſetur. l. ſecundũ. C. de cõtrahen. & cõmittenda ſtipulat. cum alijs ibi allegatis. iſtud motiuum facit contra officialem, quia Petrus, & Frãciſcus pro ſocijs admiſsi alios non nominauerunt in admiſsione ad ſocietatem, remanſit periculum vitæ dictarũ pecuniarum in perſonis eorum, & nõ in perſonis Hieronymi, & Matthęi, nõ admiſsis in ſocietate quando fuerunt ſolutę pecuniæ, & recepti fructus. & præſertim quia adeſt pactum in dicto inſtrumento, quod exactio fructuum, & ſortis principalis, & diſdictio ſocietatis ſpectet, & pertineat dictis Petro, & Franciſco, qui ſoluerunt pecunias, & ſocietatẽ ratificarunt. & ex iſto pacto demõſtratur, quod Petrus, & Frãciſcus ſunt vere ſocij, nam hæc pertinent ad ſocios tantum, & non ad eos qui non ſunt ſocij, vt ſupra pluries dictum eſt.

Dum dicitur quod officialis voluit facere ſocietatem cum dictis Petro, Franciſco, Hieronymo & Matthæo & nõ potuit ſine omnium ratificatione fieri ſocietas, etiam pro parte ratificantiũ. Put. deciſ. 70. lib. 2. quia reſpondetur quod dicta deciſio Put. non applicatur caſui noſtro: quia ibi ſocius emit pro ſe & ſociis, hic Petrus & Fran. ratificauerunt ſocietatem factam pro ſe ipſis tantum & non pro aliis.

ROM. SOCIETATIS. VI. Nouembris 1581.

199 CVm præſuppoſito quod ſocietas contrahi poſsit ſuper officiis nõ vacantibus, videlicet ſuper officio notariatus & ſcripturis eiuſdem, domini dixerunt ſocietatem non fuiſſe diſſolutam per venditionem tituli notariatus remanẽte dominio ſcripturarum penes veoditorem cum totum officium non ſit alienatum. §. ſoluitur inſtitut. de ſociet. l. ſi id. quod quis. §. primo. & l. verum. §. fin. ff. pro ſoc. Neque obſtat alienatio tituli: quia adhuc remanent ſcripturæ capaces ſocietatis. nec obſtat indiuiduitas contractus: quia cum pars eadem afferat tãtã vtilitatẽ, quam affert totũ: ceſſ t ratio. Bart. in l. cum vſus fructus. nu. 4. ff. de vſufr. leg. & fuit reſolutum in illa ſocietatis de Luchinis coram Domino meo Blanchetto, de qua ſupra num. 187. Non obſtat, quod locatio ad longum tempus transferat dominium vtile in conductorem: quia ſatis eſt quod dominium directum, remanet idque non in vtile; ſed cum reditu ſufficienti & capaci, pro præfata ſocietate. Hæc enim mutatio non habetur in conſideratione niſi per eam non eximatur res ab vſu communi. gloſſa.

gloſſa in dicta l. verum. §. fin. in verbo conditionem pro ſocio. quę deduci poſſunt ex l. cum eiuſdem de edilit. edict. cum ſimilibus non faciunt ad rem, cum loquantur in contractu emptionis, à quo differt ſocietas, quæ nõ eſt eiuſdem naturę, & ex ea re ſuper quaeſt contracta, nõ obſtat quod ſcripturæ notariatus ſint inſeparabiles à titulo: quia vſus interpretatur, hoc ratione alienationis in tertiam perſonam: quia habens ſcripturas cogitur eas vendere habenti titulum, nec poteſt alij vendere: poſſunt tamen ſeparari, de utriuſque conſenſu, & quotidie fieri ſolet, & hoc caſu factum eſſe videmus in pręſenti ſocietate, & ex his ſublata ſunt omnia quæ in contrariũ deducebantur. vide etiam ſupra num. 187. & 165.

200 Ille qui recognouit bonam fidem, facit, quod officialis cẽſeatur fideiuſſor, recognoſcentis bonam fidem, & fideiuſſor habet mandatum à principali ad ſoluendum, & quia obligatio fideiuſſoris ordinatur ad ſolutionem. l. in debitum. vbi gloſſa. & Iaſ. in pr. not. de condit. indebit. & quicquid ſoluit fideiuſſor, tã ratione ſortis principalis, quam fructuum, totum poſtea repetit & ad reſtitutionem ſortis principalis tenetur. l. 2. §. fideiuſſor. vbi gloſſa. in verſ. rumpentibus. ff. mandati. Silueſter in verbo vſura. lo primo. q. 29. quę multo magis ſtante proteſtatione fideiuſſoris cõtra principalem de damnis expenſis, intereſſe & aliis. vide ſupra numer. *69*. & ſequentibus.

201 Dictum eſt ſupra num. 139. quod finita ſocietate ad rationem duodecim pro centinario, fructus non debentur. & num. 178. quod debentur, quid ſi acceſsit ſupplicatio facta Papæ, in qua præmiſſa narrantur, & Papa illam narratiuam & ſocietatem cõfirmat, an ſtante dicta confirmatione licite exigantur fructus finita ſocietate ad rationem duodecim pro centinario, loco damnorum & intereſſe. & die III. Iunij 1575. coram Cotta fuit reſolutum dictam taxationem illicitam, nec confirmatio, ſiue diſpenſatio illi robur aliquod tribuere. cap. ſuper eo de vſur. Couar. variarum reſolutionũ. lib. 3. cap. 1. num. 8. verſ. 2. expreſsius in terminis. Petrus Rebuff. in l. 1. num. 270. verſ. amplia. C. de ſent. quod pro eo quod inter. ea ratione, quia vſuræ ſunt prohibitæ, de iure diuino. cap. quia in omnibus. & cap. ſuper eo. de vſur. & cap. pleriq; 14. quæſt. 4. & Papa non diſpenſat contra ius diuinum, & ſuper pacto vſurarum naturam ſapiente D. Thom. prima. 2. q. 94. art. 5. per totum.

202 Poſtea domini dixerunt diſpenſationem ſubſtineri poſſe in terminis iuris communis, nempe quando probaretur intereſſe lucri ceſſantis & danni emergentis, non autem ſimpliciter & abſolute. Decius conſi. 323. num. 4. quod quidem erit probandum, vt ait Mohedan. deciſ. 208. & vlterius: quia in ſocietate veniunt damna & intereſſe, quando quis diſdicta ſocietate retinet officium, & pecunias, & ſic rem & partem pretij rei ex qua ipſæ officialis percipit fructus. l. ſocium, quod in eo. ff. pro ſocio. & dictum eſt ſupra num. 178. & in illo caſu poſſunt fructus taxari ad certam ſummam, & debentur. gloſſa. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. & iſta opinio videtur habere in ſe maximam ęquitatem, & in qua fundata eſt praxis Romanæ Curiæ, & cui adhęreo. vt dixi ſupra num. 178.

203 Et ſi hæc eſt veritas ſequenda eſt: quia veritas à quocunque prolata ſem

per eſt

per eſt præferenda. c. 10. diſt. 9. vbi Archid. & ante oculos iudicis ſemper debet eſſe veritas. Bald. conſi. 98. lib. 2. & veritatem occultans CHRISTVM negat. c. 80. 11. quæſt. 3. & vendens veritatem DEVM vendit: quia CHRISTVS eſt veritas, ſapientia, ſanctitas, & fortitudo, & quotieſcumque vincimur à vitiis contrariis ſupradictis virtutibus DEVM negamus; & quotiens bene agimus DEVM cōfitemur. c. 83. & 84. 10. quæſt. 3.

204 Hippolytus emit officium de pecunia paterna cum decreto appoſito per patrem in ſupplicatione emptionis officij, quod non poſſet Hippolytus vendere, nec obligare dictum officium & eius fructus patri reſeruatos durante eius vita. ſuper quo officio Hippolytus fecit vnam ſocietatem cum Ioſepho ſuper periculo eius vitæ duraturam ad ſex menſes, & promiſit dare certos fideiuſſores, quos dedit, & vnus illorum recognouit, bonā fidem, & promiſit facere participem dictum Ioſephum de fructibus dicti officij, quos propter incertitudinē conduxit officialis ab eodem Ioſepho pro mercede duodecim ſcut. pro quolibet centinario: & ille qui recognouit bonam fidem promiſit omnes indemnes releuare, & declarauit Hippolytum officialem habere nudū nomen. poſt perfectam & ratificatam ſocietatem, & ſolutis fructibus primi ſex mēſium obiit Ioſeph. Ille fideiuſſor qui recognouit bonam fidem dicebat lucratū fuiſſe pecunias poſitas in ſocietate. hæredes Ioſephi dicunt ſocietatem nullam eſſe: quia officialis non poterat facere participē Ioſephum de fructibus, qui erant patri reſeruati, & nō poterant obligari, neque vendi & propterea officialis in ineunda ſocietate doloſe verſatus eſt; & vbi eſt dolus ſocietas nulla eſt ipſo iure, cum ſit contractus bonę fidei, qui dolum non admittit. vt dictum eſt ſupra num. 24. & 25.

205 Replicat ille qui recognouit bonā fidē quod licet Hippolytus ſit prohibitus alienare officiū & fructus illius, quod intelligitur iſta prohibitio, de illa alienatione, quæ contineret totalem tranſlationem officij in alium, non autem de ſocietate facienda ſuper officio, per quam conſtituitur ius quoddā ſuper officio & fructibus diſtinctū & ſeparatum ab officio, & fructibus, & illorum dominio. Aymo cōſi. 217. nu. 4. Didacus lib. 3. variarum reſolutionum c. 7. nu. 6. & hypotecatio officij, & fructuum nō eſt proprie alienatio. capella Toloſana q. 462. Ruin. conſil. 150. nu. 14. lib. 3. Gratus cōſi. 54. nu. 5. lib. 1. Iulius Clarus in §. emphiteoſis quæſt. 18.

206 Nec videtur eſſe dolus in iſta ſocietate ex parte officialis; nam non fecit, Ioſephum qui dedit pecunias participem in officio, ſed in fructibus ordinarijs & extraordinarijs, & quos ipſe officialis propter incertitudinem cōduxit ad rationem 12. ſcutorum, pro centinario, vt ſupra num. 18. & 204. promiſit illos quolibet anno ſoluere eidem, & ſic pro dictis fructibus ipſe, & fideiuſſores tenentur ex cōducto. l. ſi in lege. § . colonus. verſ. item ex conducto. ff. locati, cum ſimilibus, & locatio & conductio eſt ſimilis emptioni, & venditioni. l. 2. ff. locati, & locatio non mutat, nec transfert dominium. l. non ſolet. ff. locati. vbi gloſſa. Bart. Salicet. & Paul. de Caſtro. ſi igitur locatio fructuum non mutat dominium rei locatæ, vel conductæ, ſequitur quod ſocietas facta ſuper officio, & fructibus, cuius proprietas ſpectat ad alium, non eſt facta cum

aliquo

aliquo dolo & fraude, tam Ioſephi, quam patris Hippolyti.

207 Maximè, quia pro conſeruatione indemnitatis officialis ſunt dati fideiuſſores principaliter & inſolidum obligati, & inter eos eſt vnus qui recognouit bonam fidem, & promiſit omnes indemnes releuare, & declarauit officialem non habere niſi nudum nomen. vnde ſi officialis fructus officij diſtraxiſſet, tanquam alienans rem alienam nõ teneretur niſi ad damna & intereſſe. l. prima. in principio. ff. de actione emptio. & venditio. & ibi gloſſa, Bartolus, Salicetus, & Paulus de Caſtro. Sed hic pater non eſt paſſus damnum, nec pati poteſt propter tot fideiuſſores, nec minus Ioſeph, cui ſemper fuerunt ſoluti fructus conducti ab Hippolyto, & propterea non ſit facta deterior conditio alicuius ex ſupradictis, merito ex ęquitate non poteſt contractus vitiari. Antonius de Butrio conſi. trigeſimoquarto, numero ſecundo, verſiculo de æquitate, quod conſilium ſemper fuit ſecutum à Rota.

208 Præterea facit quod licet res aliena non poſsit alienari in pręiudicium veri domini; tamen in præiudicium venditoris & fideiuſſorum datorũ ab eo, tam pro euictione, quam pro damnis expenſis & intereſſe vendi poteſt. l. rem alienã. ff. de contrah. emptione. Afflict. deciſ. 369. numero ſecundo. Tiraquell. de retr. parte prima. §. primo. gloſſa ſecunda. numero decimoctauo: etiam quod alienatio rei alienæ fiat inter ſcientes, vt notatur in l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. ff. de contrahẽ. emptio. Bartolus in l. ſi is. qui pro emptore. §. fin. ff. de vſucap. licet non noceat talis venditio vero domino, vt dicta. l. res aliena. ff. de actio. empti, & l. alienum & ibi Baldus. C. de furt. & l. prima. C. de vſucapion. pro emptore tamen vendens rem alienam tenetur ad damna, & intereſſe, vt dicta l. prima. ff. de actione emptio. pro quibus eſt data cautio per recognoſcentem bonam fidẽ officiali. vide in tract. de cenſibus parte ſecunda numero 69. & omnino num. 165. & ſeq.

209 Facit etiam quia ille qui recognouit bonam fidem & lucratur pecunias ignorabat officium præfatum nõ poſſe obligari; & propter ignorantiã excuſatur à pena & à damno. capit. ſecundo de conſtitutio. vbi Hoſtiẽſis, Abbas, Felinus & Decius numero 22. & quod ignorantia excuſet, eſt textus in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis, & l. prima. ff. de recepta. Baldus in l. error. quęſtione ſecunda. C. de iur. & facti ignoran. vbi dicit quòd excuſat quo ad pęnam euitandam. Antonius Gabriellus in titulo de regulis iuris, concluſione ſexta, numero octauo, & ibi late declarat quando ignorantia excuſet, vel non excuſet per regulam ampliationes & fallẽtias, & hęc procedũt in ignorantia facti; ſecus eſt in ignorantia iuris. Antonius Gabriellus ibi concluſione ſeptima, & quando ignorantia præſumatur idem Antonius Gabriellus ibi concluſione quinta. de ignorantia ſecundum Theologos & Canoniſtas quando excuſat, vel non, vide gloſſam, Archidiaconum, Turrecremã. & Præpoſitũ diſtinctione trigeſimaoctaua in ſumma, & quod ibi dixi, & in Sacerdotibus Dei ignorantia eſt mater omnium errorum. capitulo primo, & ibi Turrecremata, & alij. diſt. 38.

K Sed

210 Sed quid ſi officialis eſt minor &c. contraxit ſuper officio ſocietatem ſine ſolemnitatibus requiſitis in cōtractu minorum, & propterea ſocietas facta ſuper officio minoris nulla ſit minore volente, ſed eo nolente eſt valida. nam ille qui contrahit cum minore, non poteſt allegare nullitatem contractus facti cum minore. Imola, in capitulo ſi quis præsbyterorum, columna quinta, verſiculo nec obſtat. de rebus Eccleſiæ non alien. & l. nec ex dolo. ff. de dolo. per Ruinus conſi. 40. numero ſeptimo. lib. quinto. Cardinal. conſilio tertio, columna ſecunda. verſiculo nec provalido. Et ſimili modo recipiēs rem ab Eccleſia nullo modo poteſt allegare nullitatem contractus facti cum Eccleſia ea nolēte, ſed bene Eccleſia poteſt contractum nullum dicere. capitulo diuerſis. vbi Abbas numero quarto, & quinto. de clericis coniuga. & dixi in tractatu de contractu min. & mulier. gloſſa decima, numero decimottauo.

211 Prēterea minor non poteſt pro alio fideiubere, tam in ſocietate, quam alio contractu, ex quo eſt prohibitus alienare, & fideiubendo male vtitur ſubſtantia ſua Angelus in l. in perſonam. §. primo. verſiculo in textu, ibi non poterit fideiubere pro alio. ff. de pact. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rubrica quarta. §. ſecundo, gloſſa vltima, carta 208. & fideiubere non licet, quia generaliter nullus in homine debet confidere, vt dictum eſt ſupra numero 80. & dixi in tractat. de contractibus minorū in conſtit. Piceni, gloſſa 8. num. 30.

212 In alio caſu P. fecit ſocietatem cū H. abſente ſuper eius officio, centum ſcut. ſuper periculo vitæ ipſius. P. officialis, prout ipſe. ita aſſeruit eſſe conuentum inter ipſum & H. qui H. poſtea numerauit per apocham bancharià dicta ſcut. 100. dicto. P. & tamen expreſſe ipſe H. nunquā ratificauit dictam ſocietatem, neque dictū pactum ſuper periculo vitæ dicti P. ante quā obiret. P. morte violenta, poſt cuius obitum, agit. H. pro ſorte, & fructibus contra fideiuſſores, qui excipiebant, quod iſta non erat ſocietas licita; quia ſocietas nō fuit expreſſe ratificata, & prēſertim pactum ſuper periculo vitę ipſius. P. officialis, quæ ratificatio expreſſe erat facienda, per ipſummet H. vel per alium habentem ſpeciale mandatum ad ratificandum hoc pactum periculi vitę. l. mandato generali. ff. de procurat. & l. tranſactionis. C. de tranſaction. & pacta ſocietatis debent per principalem, vel nuncium ſpecialem fieri. lege quarta, ff. pro ſocio. & dictū eſt ſupra & gloſſa in lege 2. ff. de act. obligatio. in verbo conſentire. i. ſimul & præſentialiter ſentire & ibi Bart. & additio in littera D. & tunc non ſufficit tacita ratificatio, ſed requiritur conſenſus verbis declaratus à principali, vel nuntio ſpeciali. Bartolus & Baldus in dicta. l. 4. ff. pro ſocio. & ibi Alberic. declarat cōſenſu, ideſt verbis interuenientibus: adeo quòd ſocietas ſic contracta debet eſſe ratificata verbis expreſsis, & non ſufficit tacita ratificatio, quæ colligitur ex ſolutione ſortis, & fructuū, & tanto magis, quia ſolutio fructuum non eſt facta H. ſed ſuo exactori, qui non habebat mandatum ad ratificandum dictum periculum vitæ, & vbi non eſt periculum vitæ illius qui dedit pecunias, vel perſonæ nominatæ per eum non eſt ſocietas, ſed mutuum, de

quo

quo exegit cẽtenarias vſuras, quòd nõ licet, vt dictum eſt ſupra numero 133. & duobus ſequen. & num. 197. ergo H. non poteſt poſt mortem P. agere ad fructus, & ſi quos fatetur pcepiſſe ante obitum. P. illi ſunt computandi in ſortem: quia non ſunt fructus, ſed vſuræ, ex eo quia pecuniæ ex conſenſu expreſſo ipſius H. non erant poſitę ſub periculo vitæ dicti P. prout requiritur in ſocietatibus officiorũ ad hoc vt licitę exiſtant, vt ſupra pluries dictum eſt, & præſertim, numero 185. & 156. & vide Hieronymũ Gabriell. conſi. 78. numero tertio. libro primo.

213 Societas cõtrahi poteſt ſup officio emẽdo per eum qui accepit pecunias, l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatem. &. l. cum ſocietas. ff. pro ſocio. & ſi emat officium cum illa pecunia accepta in ſocietate, valet ſocietas officij ſic cõtracta, & fideiuſſores ſic præſtiti tenẽtur danti pecunias, & diſſdicta, vel diſſoluta ſocietate fideiuſſores dati remanent obligati. Puteus deciſione 67. libro tertio.

214 Sed ſi non ematur officium ex pecunia ſic accepta, & exigantur, vel petantur fructus, ſi ſunt exacti poſſunt repeti, ſi exigantur, ſoluti pariter repeti poſſunt. cap. debitores de iur. iuran. Puteus dicta deciſion. 67. libr. tertio in fine.

215 Quidam Horatius dedit pecunias in ſocietate Mario officiali. euenit, q durante ſocietate Horatius fuit vulneratus lætaliter, & poſt illatum vulnus ſuperuixit vltra quadraginta dies: dubitatur an iſte mortuus ſit ex vulnere, vel ex febri ſuperueniente. Antonius de Butrio in capitulo præterea, de clerico percuſſore, dicit quod ſi intra octo menſes mortuus ſit vulneratus iudex poteſt arbitrari ex qua cauſa mortuus ſit. ſed Abbas ibi dicit, quòd ſi poſt octo menſes moriatur vulneratus, quia ſemper ſtetit infirmus, præſumatur ex vulnere mortuus; ſecus ſi ſanatus ſit & inde mortuus. Gandin. in tractat. malefic. in rubrica de homicidio, dicit ſtãdum eſſe iudicio medicorum. & Alberic. idem tenet in tractat. ſtatutorum, in ſecũda parte, quæſtione 36. Maſcardus de probat. concluſ. 1073. numero quarto, volum. ſecundo, quam concluſ. declarat. numero quinto & ſexto. Sed ſi medici dubitant, præſumitur mortuus ex vulnere. Baldus in capit. primo. quibus mod. feud. amittatur. Petrus de Ancharano conſil. 285. Sozzinus Sen. cõſil. 178. lib. ſecundo. & quod præſumatur vulneratus lætaliter mortuus ex vulnere eſt textus in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. ibi quod ſi mortiferé fuerit vulneratus & poſtea poſt longum interuallum mortuus fuerit, inde annum numerabimus ex die quo vulneratus eſt vbi dicit, quod tunc præſumitur occiſus. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil. ibi ſed ſi vulneratus ex vulnere periit de occiſo agi poſſe. Crotus conſi. 132. numero primo, & ſecundo, lib. ſecundo. Maſcardus de probat. concluſione 1224. numero duodecimo, & concluſ. 1238 numero ſeptimo, in volum. tertio, & concluſ. 1073. numero ſeptimo, & ſequen. vbi ponit multas coniecturas quòd quis ſit mortuus ex vulnere.

Si vulneratus poſt vulnera obierit infra duos dies à die illatorum vulnerum mortuus præſumitur ex vulneribus. Maſcardus de probat. volum. ſecundo, concluſ. 1073. num. 1.

216 Sed quando vulnus illatum non eſt letale, & tunc percutiens non tenetur de occiſo licet mors ſequatur ex dicto vulnere; quia dicitur ex negligentia mortuum eſſe non ex vulnere immediate. eſt caſus in l. qui occidit. §. fin. ff. ad leg. Aquil. ibi ſi vulneratus fuerit ſeruus non mortifere, negligentia autem perierit. vnde actio erit de vulnerato non de occiſo. Natta conſi. 132. num. quarto. lib. ſecundo, quia in qualibet diſpoſitione conſideranda eſt cauſa immediata, quia cauſæ mediate nulla eſt habenda ratio. l. ſociũ. qui in eo. ff. pro ſocio. Natta ibi numero quinto. Maſcardus de probat. concluſ. 1073. num. 12.

117 Præterea ſi quis mortifere vulneratus ſit poſtea ruina, naufragio, vel alio actu mortuus ſit non quaſi de occiſo agi poteſt. eſt caſus in. l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. ad leg. Aquil.

218 Sed ſi poſt vulnus illatum alius eundem vulnerauit & occidit, vterq; tenetur de occiſo. l. ita vulneratus quinquageſimoſecundo. ff. ad legem Aquiliam, ſed prior non tenetur de homicidio, ſed de vulnere. l. item. Mela. §. Celſus ſcribit. ff. ad legem Aquil.

219 Sed quando ſumus in dubio an vulnus ſit letale nec ne, & non conſtat de aliqua negligentia adhibita in curando vulneratum, & tunc vulnus præſumitur letale ex quo mors fuit ſubſecuta. l. aut facta. §. euentus. ff. de pen. Baldus in capit. primo in princ. verſic. ſexto quæro. in titul. quibus modis feud. amitt. & qui allegat non fuiſſe adhibitam diligentiam probare debet. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probation. Crotus conſil. 132. numero ſexto. & ſequen.

220 Et quando eſt illatum vulnus alicui debili, quod vulnus in ſano non fuiſſet letale, & tamen ille debilis mortuus eſt, tũc percutiens tenetur de occiſo. ff. ad leg. Aquiliam. l. qua actione. §. ſed ſi quis ſeruum. Raphael de Raimund. Cum. conſil. 134. columna ſecunda. & Crotus conſil. 132. numero 11.

Si vulnus eſt in capite, gula, pectore & inteſtinis præſumitur vulneratus mortuus ex vulnere. Maſcardus de probat. volumine ſecundo, concluſ. 1073. num. 13.

221 Sed ſi dubium eſt an vulnus ſit letale, & vulneratus poſt vulnus ſibi illatum ſuperuixit aliquibus diebus tandem mortuus eſt, & tunc iudex arbitrari debet an mortuus ſit ex vulnere, vel ex negligentia ſua, adhibito iudicio medicorum quibus in hoc ſtandũ. Anton. in capitul. præsbyterorum. de homicid. Abbas in capit. ſecundo, de cleric. percuſs. Bartolus in .l. finali. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & eſt textus in l. ſemel. C. de re mil. lib. duodecimo Crotus conſil. 132. numero duodecimo & 13.

222 Dixi ſupra numero 169. quod poteſt poni periculum vitæ ſuper perſona exiſtente Venetiis, vel in alia parte mundi, & quod diſdicta ſocietate non probata illius perſonæ vita poteſt dans pecunias illas recuperare ab officiali, & numero 170. dedi cautelam. Euenit caſus quod cum eſſet facta ſocietas ſuper periculo vitæ Ioannis exiſtentis in Hiſpaniis apud patrẽ, & pater ſcribit litteras matri Ioannis exiſtentis in vrbe, qualiter Ioannes obiit in Hiſpaniis in tali Ciuitate de morte naturali, prout extraiudicialiter

ter fatetur mater Ioannis contineri in litteris; ſed mater in eius confeſsione dicebat hoc non credere, quia pater ſæpe ſolet cum ea ludere de vita & morte. Ioannes & alius teſtis dicebat Ioannẽ eſſe mortuum: quia vidit dictas litteras in quibus dabatur notitia de obitu Ioannis in tali loco, tali die, menſis Maij. dubitatur an ex his probetur mors Ioannis. & videbatur dicendũ quod ſic. nam mors quando eſt difficilis probationis, licet eſſet probanda per teſtes de viſu quia vnuſquiſque præſumitur viuere vſque ad centum annos. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſi. Maſcardus qui alios allegat concluſione 1069. numero primo & ſequen. volumine ſecundo. de probat. Ioſeph. Ludouici. deciſ. Peruſin. duodecima, numero ſecundo. Sed quando mors contingit, in longinquis partibus tunc probari poteſt per teſtes de publica voce & fama. Puteus deciſione 519. lib. 2. & deciſione 172. libro tertio. Creſcentius deciſione 166. in fine. nam ſemiplena probatio, eſt probatio plena ſecundum naturam negotij de quo agitur dicit Egid. deciſione 683. verſiculo ad ſecundum. quinimmo mors in longinquis partibus probatur per vnum teſtem de publica voce, & fama & per duos teſtes deponentes per litteras de partibus, & ſic per ſemiplenam ſemiplene, & tunc recipit ſupplementum iuramenti illius qui debet omnino ſcire vnum, & quando ſumus in leuibus & pars non opponat. Egid. dicta deciſione 683. in fine, & ita vidi obſeruari ex præmiſsis parte non opponente, ſed ſi pars opponat huic probationi credo quod non probetur mors.

223 Sed ſi pars opponat & dicat non credere litteris de partibus, & onus probandi mortem ſpectet ad officialem, & ageretur de rebus grauioribus, tunc non ſufficeret talis probatio per famam, vel per litteras de partibus. Maſcardus de probat. concluſ. 1070. num. 3. vol. 2.

224 Et ſimiliter in probanda morte de recenti, & non antiqua non ſufficit probatio per publicam vocem & famam. Maſcardus in dicta concluſ. 1070. lib. ſecundo. numero quarto, & ibi vide alios caſus.

225 Et ſi mors probaretur per vnum teſtem, vt quia teſtis deponat Ioannẽ obiiſſe de tali menſe, & vidiſſe eum mortuum licet non plene probet; tamen facit ceſſare præſumptionem illam, quod quis præſumatur viuere vſque ad centum annos, & tunc ille qui ſe fundat in vita de illo tempore debet vitam probare. Felinus in capit. quoniam frequenter. §. porro. columna final. vt lite non cõteſtata. Ioſeph. Ludouici, deciſione duodecima. nu. decimoſeſto. vbi etiã dicit, quòd ſi iſta probatio per vnum teſtem de viſu iungatur cum alia probatione famæ mortis facta per duos teſtes deponentes de publica voce, & fama mortis; tunc iſtæ duæ probationes coniunguntur, & plene probant mortem Ioannis. nam duæ ſemiplenæ probationes coniunguntur, & plene probant vt in dicta deciſione 12. num. 16.

226 Mors ſufficienter probata dicitur militis qui ingreſſus eſt cum aliis militibus in bello, vt viderunt eum teſtes ingredi in pugna & militari conflictu, qui poſt pugnam finitam non fuit amplius viſus, nec ab illis qui vide-

viderunt ingredi, nec ab aliis eum cognoſcentibus: quo caſu facta hac probatione per teſtes, dicitur mors ſufficienter probata. Campegius in tractat. de teſtibus. Regula 350. verſiculo quarto ſi in magno exercitu, Ioſeph. Ludouici, in deciſione Peruſina trigeſima, numero primo, in quibus locis ponuntur multi modi ex quibus probatur mors, quos vide. Et hæc pro nunc ſufficiant ad laudem Sanctiſsimæ TRINITATIS, & Glorioſiſsimæ VIRGINIS MARIÆ, DEI Genitricis.

FINIS.

VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I.V.C. ROMANI

TRACTATVS DE PACTIS,

ET PROMISSIONIBVS FACTIS PER litigantes pro obtinenda gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam, & quæcunque Tribunalia Vrbis.

Diuiſus in tres Partes.

In prima declaratur Conſtitutio Bonifacij Octaui in cap. 1. de ſententia excommunic. in Extrauag.
In ſecunda Conſtitutio Gregorij XIII. innouantis dictam Conſtitut.
In tertia declaratur quoddam inſtrumentum pactorum, & promiſſionum in caſu victoriæ litis in Vrbe.

PRIMA PARS.

Bonifacij Octaui in cap. 1. de ſent. excom. in Extrauag. comm.

EXcommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, omnes clericos, religioſos, & laicos vtriuſque ſexus, ſiue ſint familiares curiæ, ſiue alij vndecunque, Qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod paruum, vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, aut ex pacto, ſiue promiſſione occulta, vel manifeſta, facta ſub generalibus, & plenarie non expreſſis, ſiue ſit ſub ſpecia-

libus, & expreſſis à parte verbis, quicquam dederint, aut receperint, magnum vel paruum, vel promiſſionem de quacunque re, aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint, pro aliqua iuſtitia, ſiue gratia, pro ſe, aut pro alio, in cauſis vel iudiciis, ſeu aliàs per litteras Apoſtolicas,& quibuſcunque modis, apud Sedem Apoſtolicam obtinendâ. Et hanc ſententiam ad promittentes & acceptantes, dantes & recipientes, duximus extendendam; illos quoque qui aliquem culpabilem in prædictis,& nobis intra dierũ trium ſpatium non retulerint, vel alicui, per quem ad nos verbum fideliter proferatur, ſimili decernimus ſententia ſubiacere. Decernimus etiam vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam, pro prædictis vel aliquo prædictorum abſque ſpeciali noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere, niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſet in mortis articulo cõſtitutus,nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quantum dedit, vel recepit, integraliter pauperibus largiatur. Iuſtitiam vero ſic obtentam nullius prorſus eſſe momenti,volumus,omniq. ſtatuimus carere effectu, & robore firmitatis. ſed etiam ſcienter vtentes ipſis ſimili ſententia excommunicationis aſtringimus.Et reſeruantes nobis abſolutionem eorum cum præmiſſis, in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Bonifacij ſumma notabilia, & propter quid ſit edita.*

1 *Conſtitutionẽ Bonifacij,qui gloſſarunt.*

1 *Excommunicationis verbum an intelligatur de maiori, vel minori.*

2 *Excommunicatio maior à canone, minor à Deo pro peccato mortali.*

2 *Anathema eſt ſolemnis excommunicatio, & quid ſignificet.*

3 *Anathema differt ab excommunicatione, & in quibus.*

3 *Excommunicatio minor differt ab anathemate.*

4 *Excommunicatio non eſt inuentum nouum, ſed longe ante Chriſtum.*

4 *Excommunicatio eſt gladius Spiritus ſancti miniſtratus à ſummis Pontificibus.*

5 *Excõmunicatione in Eccleſia nulla maior pœna.*

6 *Excommunicatur ipſo iure à Deo quando aliquis exiit à veritate & charitate.*

7 *Canon latæ ſententiæ quando inducatur*

7 *Latæ ſententiæ, quæ dictiones ſint.*

8 *Effectus excommunicationis & anathematis qui ſint.*

9 *Hæreſi ſuſpectus eſt exiſtẽs per annum in excommunicatione.*

10 *Forma ſententiæ excommunicationis, quæ ſit.*

10 *Anathema qua forma feratur ab Epõ.*

10 *Forma ſententiæ excõmunicationis contra violatores Eccleſiæ.*

Excom-

11 *Excommunicatio & anathema proferũtur à Deo, à Papa, ab Epiſcopo,& à Iudice.*

11 *Papa habet curã eccleſiaſticæ diſciplinæ ex poteſtate data à Deo Petro, & ſucceſſoribus,& eſt Dei Vicarius.*

11 Petro, quæ poteſtas data fuit à Chriſto.

11 *Romana Eccleſia à* D. N. *Ieſu Chriſto primatum obtinuit.*

12 *In conſtitutione Bonifacij comprehenduntur omnes etiã laici vtriuſque ſexus, ſiue familiares curiæ ſiue alij vndecunque.*

12 Clericorum appellatione, qui contineantur.

13 *Cardinales an ligẽtur ex conſtitutione Bonifacij.*

14 *Religioſorum appellatione, qui veniãt.*

15 *Laici omnes cõprehenduntur in conſtitutione Bonifacij.*

16 *Familiarium appellatione, qui contineantur.*

17 *Vndecunque dictio quid ſignificet.*

18 *Qui relatiuum quos comprehendat.*

19 *Pactum facere quid ſit.*

20 *Pactum pro obtinenda iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam dicitur in Conſtitutione.*

21 Promittere *magnum vel paruum.*

22 *In promiſſione ſine ſtipulatione habet locum conſtitutio Bonifacij.*

23 *In pacto & promiſſione occulta procedit conſtitutio.*

23 *Occultum quid ſit.*

24 *Occulta reuelantur.*

25 *Manifeſta pactione & promiſſione & publica quæ.*

26 *Generalis promiſſio quæ ſit.*

26 *Promiſſio generalis in nudo pacto & in ſtipulatione ſolemni.*

27 *Specialibus & expreſſis verbis promiſſio quæ ſit.*

28 *Quidquam dederint, aut receperint, qualiter intelligatur.*

29 *Dederint vel receperint quĩ ſignificẽt.*

29 *Alternatiua loquutio quid operetur.*

30 *Dans licet non loquatur factum loquitur.*

30 *Factum plus operatur, quam loquela.*

31 *Magnum quid, & paruum quid.*

32 *Exculenta, & poculenta non comprehenduntur.*

33 *Promiſſiones de quacunque re, vel vtilitate.*

34 *De quacunque re, vniuerſalis loquutio eſt.*

35 *Vtilitas quid ſignificet.*

36 *Preces porrectæ pro obtinenda iuſtitia vel gratia quæ,*

37 *Fecerint vel receperint alternatiue.*

38 *Iuſtitia vel gratia.*

38 *Iudex quando excutit manus ab omni munere.*

38 *Iudicium corrumpitur quatuor modis*

39 *Gratia.i.ſupplicatio.*

40 *Pro ſe.i.pro principali.*

41 *Pro alio.*

42 *Cauſa vel iudicium quid.*

43 *In cauſis terminãdis per iudicem quid eſt neceſſarium.*

44 *Cauſæ, vt ſubtiliter tractentur, quid agendum.*

45 *Iudicia ad quid ſunt inſtituta.*

45 *Sedes Apoſt. quæ ſit, & de eius officio.*

46 *Gratiæ obtinentur per litteras Apoſtolicas, vel aliãs.*

47 *Et quibuſcunque modis, hæc verba qualiter intelligantur.*

48 *Apud ſedem Apoſtolicã, dictio, apud qualiter intelligatur.*

49 *Hanc ſententiam ad promittentes, & acceptantes extendendam.*

50 Scientes *culpabiles debent referre* Papæ *intra triduum. & nu.* 51.

50 *Quoque, dictio continuatiua.*

52 *Correctio fraterna quando ſit faciẽda & quando non.*

53 *Correctio fraterna quo ad prælatos eſt de præcepto, quo ad alios de cõſilio, & quando poſſit omitti, & qñ non.*

54 Scire qs dicatur, vt teneatur referre.
54 Denunciatio canonica, quæ ſit, & quis eam facere teneatur.
55 Relatio mandatur in conſtitutione Bonifacij, quæ differt à denunciatione.
56 Referre, & denunciare differunt, & relatio eſt facienda principi.
57 Relatio poteſt per alium fieri Papæ.
58 Abſolutio ab iſta excommunicatione reſeruatur Papæ, *& quid operetur*
59 Abſolutio a dicta ſententia excommunicationis poteſt dari ab aliis de mãdato ſpeciali Papæ.
60 Abſolui ab iſta excommunicatione ab aliis in mortis articulo.
61 Abſolui non poteſt, niſi quantum accepit vel recepit det pauperibus.
62 Reſtituere rẽ cum fructibus an teneatur, qui rem aliquam accepit.
63 Reſtituere non debet danti rem acceptam, & cui.
64 Irregularis efficitur ſuſpenſus à canone propter crimen ſi celebrat, vel interſit diuinis.
65 Excommunicatus *in vim iſtarum conſtitutionum, licet non ſit publicatus non poteſt eſſe in iudicio.*
66 Sententia declaratoria, an requiratur in excommunicatione, quæ incurritur ipſo iure a canone & quando.
67 Citatio partis non requiritur in ſententia lata a canone.
68 Nullius eſt momenti iuſtitia & gratia ſic obtenta.
69 Nullam *facit ſententiam vitium partis, vel delictum.*
69 Nullum eſt quidquid eſt obtentum in rebus eccleſiaſticis data pecunia, vel promiſſa.
70 Effectu omni carere ſtatuimus importat ipſo iure.
71 Robore firmitatis carent, & ſic ipſo iure.
72 Vtentes ſcienter ſimilibus pactis ſunt excommunicati.
73 Vtentes ſcienter ſunt in eadem pœna, quàm facientes.
74 Honores eccleſiaſtici non ſunt dandi gratia & fauoribus.
75 Pacta de quota litis pendẽtis in curia comprehendantur in conſtitutione Bonifacij.
76 In conſtitutionibus Bonifacij & Gregorij, qui comprehendatur.
77 Pœnas *conſtitutionis Bonifacij, & Gregorij, qui euitant.*
78 Pœnæ, *quæ imponũtur ex conſtitutione* Bonifacij *& Gregorij quæ ſint.*
79 Mediatores in conſtitutione Bonifacij comprehenduntur.
80 Condemnari an quis poſſit pro crimine dubio, & occulto.
81 Sordes quid ſint.
81 Auaritia, idolorum ſeruitus; & auarus.
82 Auaritia punitur in iſtis conſtitutionibus.
83 Sordes .i. auaritia.
83 Cauſa finalis faciendi has conſtitutiones, quæ fuit, & vnde colligitur cauſa finalis.
84 Sententia lata per ſordes, an teneat.

1 HÆC conſtitutio ſic ſummari poteſt, ꝙ omnes clerici, religioſi, laici vtriuſq. ſexus, ſiue curiales, vel de quacumque parte mũdi exiſtant excommunicantur facientes pacta aut promiſſiones, etiam per ſtipulationem de quacunq. re, aut vtilitate conſequenda pro aliqua iuſtitia vel gratia obtinenda, ſub quibuſcunque modis penes ſedẽ Apoſtolicam, & extenditur ad non reuelantes culpabiles Papæ, & abſolutio ab excommunicatione, ſoli Papæ reſeruatur, præterquam in mortis articulo

culo, dummodo det pauperibus, quæ receperint, & iuſtitia vel gratia ſic obtenta eſt nulla ipſo iure, & caret omni effectu, & ſcienter vtentes ſunt in ſimili excommunicatione.

Nota, quòd omnes homines de mundo non debent facere pacta, promiſſiones, & dationes de quacunque re, vel vtilitate alicui perſonæ pro obtinenda iuſtitia, vel gratia in curia Romana.

Nota ſecundo, quòd abſolutio excommunicationis reſeruata Papę declarat quòd facientes cōtra hanc conſtitutionem ſunt excommunicati ipſo iure.

Nota tertio, quòd non datur abſolutio, niſi reſtituatur quod receperit.

Nota quarto, quòd iuſtitia, vel gratia ſic obtenta eſt nulla ipſo iure.

Nota quinto, quòd vtentes ſunt in ſimili excommunicatione.

Cauſa, propter quam facta eſt iſta conſtitutio fuit, vt curia ab omni ſorde & labe munda remaneret, vt dicitur in principio cōſtitutionis Gregorij, cum bonæ leges ex malis moribus procreantur.

Hanc conſtitutionem gloſſauit Ioannes Monachus Cardinalis vir iuriſconſultiſſimus, & in gloſſa excommunicamus dubitat an intelligatur de excommunicatione maiori, vel minori, & opponit de cap. 1. de except. lib. 6. §. ſi quis igitur, videlicet vt quis declaret an de maiori vel minori excommunicatione excōmunicatus exiſtat. Sed hanc oppoſitionem ſoluit ex c. pen. de ſent. excommunic. ex. dicens, quòd excommunicatus à iudice intelligitur excommunicatus maiori, & minori excommunicatione, & reſpondet contrariis. Sed quando verbum, excommunicamus, profertur à iudice, vel à canone per viā ſententiæ, tunc intelligitur de maiori, ad hoc, vt excōmunicatio aliquid operetur: & Nauarrus ſuper conſtitutione Gregorij num. 8. in fine idem tenet poſt varias oppoſitiones factas & ait, Sententiam excommunicationis dupliciter incurrimus. Primo dū ſententia notamur à iudice, vel à iure. Secundo, dum peccatum mortale committimus, ex quo excommunicamur à Deo, & tradimur Sathanæ. c. 20. §. verum, & c. 21. 11. q. 3. & declarat optime gloſſa in cap. 15. 11. q. 3. dum excommunicatio profertur à canone ipſo iure, quæ dicitur maior excōmunicatio, cum imponatur in maiori crimine. Minor vero imponitur à Deo pro quolibet peccato mortali, vt in dicta gloſſa. Decius in l. in obſcuris. num. 14. ff. de reg. iur. & de excommunictione maiori, & minori, & qualiter maior à communione fidelium excludit, minor à ſacrorum participatione, ſiue excommunicatio ſit lata à iure, vel ab homine. Rebuff. in praxi beneficiali in declaratione nouæ prouiſionis. in verſ. teq. abſoluentes. num. 3. & 4. Iulius Clarus q. 77. in principio in practica crimin.

2 Et anathematizamus, & ſic ex ſuperna maledictione eſt excommunicatus, vt dicit Abbas in rubr. de ſent. excom. & in cap. cum non ab homine. num. 23. de iudic. & ibi Decius num. 60. dicit, quòd anathema eſt ſolemnis excommunicatio, & ibi additio dicit, quòd ſecundum Hebræos ſignificat extremam deteſtationem, & ferri ſolet contra eos, qui ſunt deteſtabiles ex aliquo delicto, & præſertim de quibus non eſt ſpes, vt reducatur ad pœnitentiam, & ſic tanquam quid extremum infligitur, & non eſt dandum anathema, niſi pro crimine mortali, & contra incorrigibilem, quia

eſt

eſt æternæ mortis damnatio.c. 41. & ibi gloſſa 11.q.3.& anathemate quis ſeparatur à conſortio fidelium.c. 24. §.eſt & alia. 11.q.3.& Papa Siluerius miſſus in exilium fraudulenter à Belliſario duce exercitus anathematizauit eum,& omnes qui decipient in futurum Epiſcopos pariter anathema marantha fierent in conſpectu Dei & angelorum.c.30.23.q.4.vbi gloſſ.exponens anathema marantha declarat vſque ad aduentum Domini, niſi peniteat de anathema marantha Paulus ad Corint. 1.c.16.in fine. & anathema ſignificat ſeparationẽ à Deo. c.9.in fine.24.q.3. & in c.12.3.q.4. dicitur,quòd anathema ſeparat à corpore Chriſti, ꝙ eſt Eccleſia, & quiſquis excommunicatione ſeparatur à conſortio fidelium, quia anathema ſignificat ſubiacere ſeparationi.c.24. §.eſt & alia.11.q.3.& in d.c.9. 24.q. 3.dicitur,nihil aliud anathema ſignificat, niſi à Deo ſeparationem, & eſt ſuperna maledictio. Berous in cap. ſi quis presbyterorum num. 7. de reb. eccl.non alien. Ioan. Monach. in hoc c. 1.declarat quid ſit anathema,& vnde dicatur. Felin.in c. Rodulfus. nu. 33.de reſcript.

3 Differt anathema ab excommunicatione.c. 11.§.notandum.& c.12.3. q.4. ibi,Engeldrudam vxorem Boſonis non excommunicatione, quæ à fraterna ſocietate ſeparat, ſed etiam anathemathe, quod ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt Eccleſia) recidit, & anathematizati ſunt ſeparati ab eccleſia, & ibi gloſſa dicit,quòd anathema eſt maior excõmunicatio,& Præpoſit.in d.§.notãdum dicit quòd anathema eſt ſolennis excommunicatio, cum aſſiſtentia Epiſcoporum, & candelis accenſis lata. Excommunicatio non fertur candelis accenſis,& maior excommunicatio eſt idem quòd anathema, minor vero excocommunicatio differt ab anathemate, vt dictum eſt ſupra. Additio ad Decium in c.cũ non ab homine. nu.6c. de iudic. ait, excommunicatio fertur in eum, de quo ſpes eſt, ꝙ peniteat, & corrigatur, & eiicit ſimpliciter extra communionẽ fideliũ, ſed anathema addit deteſtationẽ, & ita debere intelligi d.c. 12.3.q.4.& in d.c. cũ nõ ab homine. Decius num. 62. dicit, quòd anathema differt ab excõmunicatione maiori in ſolemnitate nõ in effectu;quia anathema competit ſolis Epiſcopis, & non inferioribus, vel quòd anathema ſit maior excommunicatio,minor vero ipſa excommunicatio,& Berous in c.ſi quis presbyterorum num.7.de reb.eccl.non alien. & tandem omnes conueniunt, quòd anathema ſit maior, quam excommunicatio.

4 Excommunicatio non eſt inuentũ nouum, ſed longe ante Chriſtum natum erat in vſu apud Græcos, Romanos, Gallos,& alias nationes dicit Tiraquell. de retract. proximitatis.§. 1. gloſſ.9.num.271.& nu.275. verũ excõmunicatio apud fideles eſt gladius, quo percutitur à ſanctiſſimis Epiſcopis, publicos, & occultos peccatores, & arceantur & ſeparantur à liminibus Eccleſiæ,vt dicitur in vita ſancti Dũſtani Archiepiſcopi Cantaurienſis,in tomo 3. vitarum ſanctorum Patrum Surij,& propterea S. Babila martyr, Patriarcha Anthiochenus eiecit ab eccleſia Anthiochena Imperatorem orbis homicidam, vt in eius vita per Surium tomo 1.Io. Chriſoſtomus Eudoxiam Imperatricem prohibuit eccleſiam intrare: nam cum eſſet in foribus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ illi in ingreſſu ſe oppoſuit, & ipſa vidit Angelum ſpecie admirabilem,

forma

forma terribilem, qui ſtinxerat Romphеam, & horribiliter arcebat eam ab ingreſſu Eccleſię in vita S.Io.Chryſoſtomi tomo 1. Surij, S. Baſilius Iuliano Apoſtatę, & Valenti Imperatoribus ſe oppoſuit, vt in vita Baſilij tomo 1. Surij B. Ambroſius ſe oppoſuit in eccleſia Mediolanenſi Theodoſio Imperatori, vt in eius vita tomo 2. Surij, & cap. 41. §. idem cum Dauid. 2. q. 7. & vide quæ dixi in c. 10. nu. 2. diſt. 96. Quare dicendũ eſt, quòd excommunicatio eſt gladius Spiritus ſancti miniſtratus à Summis Pontificibus Romanis, & Epiſcopis totius orbis, contra peccatores, & contemnentes mandata Apoſtolica, & nunquam ſub hac forma & poteſtate ab aliquibus ante Chriſtum miniſtrata fuit, & afficit animas hominum excommunicatio non ſolum in vita, ſed poſt mortẽ, quia excommunicati mortui nõ poſſunt in eccleſia permanere, vt in vita ſancti Benedicti tomo 2. Surij. licet aliquando animæ mortuorum ab excommunicatione abſolui poſſint, vt in dicta vita ſancti Benedicti, & ſententia excommunicationis fertur à Deo principaliter, & à canone miniſtraliter: quia non eſt homo qui ligat ſed Chriſtus. Ioan. de Lignano in tractatu de cenſura eccleſiaſtica. §. 4. nu. 19. & 20. allegat c. nemo. 11. q. 3. vide etiam infra num. 9. & ſacerdotes portant claues, cum quibus excludũt excommunicatos ab Eccleſia. c. 41. §. ſicut enim. 2. q. 7.

5 Excommunicatione in eccleſia nulla maior eſt pœna. cap. 17. ibi, quia pęna in Eccleſia nulla maior eſt. 24. q. 3. & ibi gloſſa, & Archid. dicit, quòd excommunicatio quoad effectum eſt maior omnibus aliis pœnis, quia tollit animam. cap. 41. 11. q. 3. ibi, quia anathema eſt æternæ mortis damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter corrigi non potuerint, & quòd non ſit maior pœna in Eccleſia Dei, Rota deciſ. 10. num. 1. in fine. de ſent. excomm. in nou. Iulius Clarus in practica criminali q. 77. in princ. Berous in c. ſi quis presbyterorum. poſt num. 7. de reb. eccleſ. non alien. verſ. præterea communiter dici ſolet, quòd excommunicatio eſt maior pœna quam Eccleſia imponere poſſit, & intelligi debet de anathemate, vt declarat gloſſ. in c. fi. 3. q. 4. nã excõicatus Chriſtianus à ſacerdotibus ſathanæ traditur, cum excommunicatus ſit extra Eccleſiam, extra quam eſt diabolus, & quos tradidit Apoſtolus ſathanæ excommunicauit: Chriſtus vero eſt in Eccleſia. cap. 32. 11. q. 3. quia excommunicari eſt ſeparari à corpore Chriſti. c. 33. per totum. 11. q. 3.

6 Excommunicatur ipſo iure à Deo cum aliquis exit à veritate, & à charitate de caſtris Eccleſiæ, etiam ſi per Epiſcopi vocem, minime abiiciatur. c. 7. 24. q. 3. ſi quis percuſſerit clericũ vel monachum, anathematis vinculo ſubiacet, & nullus Epiſcoporum ipſum præſumat abſoluere, niſi mortis vrgente periculo. cap. 29. 17. q. 4. vbi gloſſa dicit, quòd iſte canon non eſt latæ ſententiæ, ſed quotiens Papa mãdat non poſſe excommunicatum abſolui ab alio, quam à ſe, cenſetur excommunicatus ipſo iure, dicit Rebuf. in praxi benef. in declaratione nouæ prouiſionis, in verſ. teq. abſoluentes. num. 11. in fi. Iulius Clarus in pract. crimi. q. 77. verſ. percutiens, uel in caſu in quo ipſo facto incidit in ſententiam excommunicationis, vt in c. ad falſariorum. de crimine falſi, ibi, nos enim omnes falſarios noſtrarum literarum, cum fautoribus, & defenſoribus

bus anathematis vinculo decernimus innodatos. vbi gloſſa dicit, quòd ſunt ipſo iure excommunicati.c.1. 2. & 3. 24.q.1.Innoc.in d.cap.ad falſarioru. propter verbum, innodatos, dicit, quòd illud eſt canon latæ ſententiæ, & excõmunicatio incurritur ipſo iure. Ant.de Butr. in 2.not.Hoſt.col.1. & propter verbum innodatos, dicit quòd illud eſt canon latæ ſententiæ in §,nos enim.in princ.& Io.And.ibi. de excommunicatis ipſo iure ponuntur multi caſus à Iulio Claro in d. q. 77. in practica criminali. & Summiſtæ omnes in verbo excommunicatio. Ioan.de Lignano in tractatu de cenſura eccleſiaſtica §.3.nu.9. dicit, quidã ſunt caſus, quibus per iura quis incidit in excommunicatione ipſo iure,& ibi numerantur 52.caſus, poſt Hoſt. in ſumma de ſent.excommun.& dicit quòd fertur etiam à canone ſententia excommunicationis, ſed requirit miſterium hominis.& in §.7.num.15.& 16.numerat 102.caſus, in quibus fertur ſententia excommunicationis à Deo mediante lege mortua, vel canone ipſo iure.vide Fel.in c. Rodulfus. nu.28.de reſcr.& dicetur infra in declaratione huius cap. 1.in verſic. ipſo iure.

7 Nam canon latę ſententiæ inducitur quando canon loquitur per verba præſentis temporis. Dominic.in cap. quidam.in 4.notab.5.q. 1. Præpoſit. ibi notab. 5. Felinus in c. Rodulfus. num.28. de reſcript. ibi eſt præſentis temporis,& erit ac ſi diceret ex nunc prout ex tunc te, ſi non obedieris, excõmunico. & doctores in cap. præterea il 2 de appellat. & verba, ſit anathema maranatha eſt latæ ſententiæ. Felin.in d.cap. Rodulfus num. 33. & dictiones mox, ipſo iure, ipſo facto, & ſimilia ſunt latæ ſententiæ. Tiraq. in l.ſi vnquam. C.de reuoc.donat. in verbo reuertatur. nu.21.dicit, quòd verbum, ſeu participium præſentis tẽporis in dubio eſt latæ ſententiæ, etiã ſine dictionibus, eo ipſo, ipſo iure,& ſimilibus, vt ibi num.26. vſque ad nu. 31. De verbis præteriti temporis, an importent canonem latæ ſẽtẽtiæ. Tiraquell.in d.gloſſa reuertatur.nu.32. vſque ad num.38. De verbis & participiis futuri temporis Tiraq. vbi ſup. num. 39.vſque ad num.41.& ibi vide declarationes & fallentias.

8 Effectus vero excommunicationis & anathematis varij ſunt, & primò, quia anathema ſeparat à communi unione fidelium,& Deus ſeparat animum ſuum à cuſtodia, & gratia anathematizati, cap. ſi quis. de reb.eccleſ.non alienand. excommunicatio animam percutit, & excommunicatus traditur ſathanæ, & ſub eius cuſtodia conſtituitur, quia priuatur gratia diuina. cap.6. 24.quæſt.1. & ibi gloſſa dicit, quòd Papa ligat excommunicatione aliquem quo ad eccleſiam militantem. Berous in dicto c.ſi quis.de rebus eccleſ. non alienand. num. 11. & 59. & alios effectus ſententiæ excommunicationis ponit Ioan. de Lignano in tract.de ſent.excomm §.13. & 24.per totum.

9 Alius effectus eſt, quòd qui per annũ ſtat in excommunicatione maiori, ſiue lata ſit à canone, ſiue ab homine propter perſeuerãtiam & contemptum abſolutionis eſt ſuſpectus de hæreſi. cap.graue de pœnis. nam qui Deum non timet, & ſeparat ſe ab Eccleſia eſt ſuſpectus de hæreſi. cap. ad abolendam. primo reſponſo. de hæretic. Ioan.de Lignano in tract. de cenſura eccleſiaſtica §.14. numero 1. & 2. & expreſſe cauetur in concilio Tridentino ſeſſione 25. capit. tertio.

in fine

in fine. de reformatione.

10 Forma ſententiæ excõmunicationis latæ ab homine quæ ſit,quia quando fertur à canone nõ requiritur forma, cũ incidens in canone, ſine actis formæ præambulæ ſit excommunicatus. Ioan.de Lignano in dicto tractatu de cenſura eccleſiaſtica.§.17.num. 1. Sed in ſententia ferenda ab homine in excommunicatione, ſecus eſt. Primo ferenda eſt in ſcriptis, & continere debet cauſam expreſſam, ex qua fertur dicta ſententia, & excommunicato exemplum huius ſententię dandum eſt infra menſem, ſi iudex dans ſententiam requiſitus fuerit ab excommunicato. capit. primo de ſententia excommunicatio. lib. 6. & capit.ſacro.eodem titulo extra.Anathema vero quando profertur, debent duodecim ſacerdotes epiſcopum circumſtare, & candelas accenſas, & ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis, vel excommunicationis proiicere debent in terram, & conculcare pedibus. Deinde epiſtolas per diœceſim, vel parochiam mittat, continentes excommunicatorum nomina, & cauſas excommunicationis. cap. 106. 1.quæſtio. 3. Forma vero ſententiæ ferendæ contra violatores Eccleſiæ eſt, Auctoritate Dei, & iudicio ſancti Spiritus à gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus quoaduſque reſipiſcant,& Eccleſiæ Dei ſatisfaciant capit. 107.vndecima quæſtio.tertia. vbi gloſſa dicit, quòd violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati.

11 Et quia excommunicatio, & anathema profertur à Deo, à Papa, ab Epiſcopo, & à iudice; ideo dicitur in textu dicti cap.1. Bonifacij,ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra. Ex parte Dei dicitur,quia quis excommunicatur iudicio ſancti Spiritus. cap. 107. 11.quæſtio. 3. & cap. 6. diſtinct. 32. dicitur ex parte Dei omnipotentis,& beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & in cap. 15. diſtinct. 81. dicitur ex parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate. vbi Archid. Dominic.Præpoſit. & Turrecrem. & illa verba, auctoritate Petri & Pauli, & noſtra, quia Papæ eſt cura eccleſiaſticæ diſciplinæ, cum paſtoris officium ſit, ne per plura ſerpant dira contagia; ideo ſeparanda eſt ab ouibus ſanis morbida. cap.17. 24. quæſt.3. & Petrus ex poteſtate ſibi tradita,tradidit Ananiam & Zaphiram mentientes morti. cap. 16. 23. quæſt.8. & accepit Principatum à Domino, & Romana Eccleſia remanet in eius inſtitutis. capit. 16. 24. quæſtio. 1.quia Dominus dixit, Ego tibi dico, quòd tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & ſic ſuper Petro ſolo ædificat Eccleſiam ſuam Dominus. capit.18. 24. quæſtio. 1. & Petrũ Deus elegit in ſummum ſacerdotem dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit. Gratianus in ſumma. §. inter eos diſtinct. 21. & primus accepit à Domino poteſtatem ligandi, & ſoluendi, & primus ad fidem populum vigore ſuæ prædicationis adduxit. cap. 2. diſtinct. 21. cui Petro data fuit ſocietas Pauli Apoſtoli vaſis electionis, qui ſub Nerone cum Petro, vno & eodem die agonizatus eſt. cap. tertio diſtinctio. 21. & Romana Eccle-

B ſia

ſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo ſaluatore Noſtro Ieſu Chriſto primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias mundi, & totum Chriſti gregem aſſequuta eſt. cap. ſecundo. diſtinct. 22. & Pontifex Romanus eſt Dei Vicarius in terris. in concilio Tridentino ſeſſione 6. cap. primo. de reformatione. & in ſeſſione 10. ibi, maxime Pontificibus Chriſti Redemptoris Noſtri in terra Vicariis, & eis ſuprema poteſtas in Eccleſia tradita eſt. in eodem concilio ſeſſione 14. cap. ſeptimo. de reformatione. Et ad Romanum Pontificem vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio ſpectat. in dicto concilio Tridentino ſeſſione 25. cap. primo. de reformatione. ad finem. vnde Bonifacius bene dixit, Ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate, & noſtra excommunicamus; quare maxime timenda eſt excommunicatio, quæ procedit à Deo per mediam perſonam Pontificis ſui vicarij in terris.

12 Omnes clericos, religioſos, & laicos vtriuſque ſexus, ſiue ſint familiares curiæ, ſiue alij vndecunque. Ioannes Monachus hic in gloſſa dubitat, an clericorum appellatione comprehendantur Epiſcopi, & arguit primo contra quòd non, per capitulum inquiſitores de hæreticis libro 6. vbi quòd inquiſitores non poſſunt contra Epiſcopos procedere, niſi in ſpecie nominati exiſtant; hic non ſunt nominati, quod argumentum ſoluit propter generalitatem textus, qui dicit, Omnes clericos, religioſos, & alios vndecunque. Nam qui omne dicit, nihil excludit. Nauarrus ſuper conſtitutione Gregorij de datis & promiſſis, ſub numero decimo. verſ. ſexto noto. dicit eſſe veram opinionem Ioannis Monachi, quòd clerici appellatione comprehenduntur Epiſcopi, quia & ipſi ſunt vere clerici, & clericorum appellatione presbiteri, & diaconi continentur. capit. 38. in fine. 11. quæſtione prima, & presbyteri idem ſunt quod Epiſcopi cap. 24. diſtin. 93. & cap. quinto & ſexto diſtinctio. 95. & ibi hoc tenent Archidiaconus, Dominicus, & Præpoſitus. præterea appellatione clericorum canonici continentur. cap. cum tibi. 18. extra de verborum ſignificationib. immo appellatione clericorum Cardinales comprehenduntur. Præpoſitus in capit. Anaſtaſius. numero primo, diſtinct. 19. & latius in cap. 1. diſtin. 21. numero primo. & ibi eſt textus optimus in principio.

13 Et propter hoc Ioannes Monachus hic infert ligari ex hac conſtitutione Bonifacij Cardinales; quia factum contra hanc conſtitutionem eſt malum in ſe, & committens in illud quanto eſt maior, tanto grauius peccat. capit. quinto. diſtinct. 40. homo Chriſtianus grauius peccat propter magnitudinem peccati, aut altitudinem dignitatis, & plus peccat clericus, quàm laicus in eodem genere delicti. Nauarrus vero in conſtitutione Gregorij not. 6. arguit ad partes, & pro affirmatiua, quòd comprehendantur facit ſex argumenta, & pro negatiua tres, taudem tenet, quòd non comprehendantur. Primo, quia ſunt ſpeciali nota digni, Secundo, quia Cardinales priuarentur officio Cardinalatus: nam

in.

in conſtitutione Gregorij priuantur officio, & beneficio, & fierent infames. tandem dicit videri probabile, quòd Cardinales comprehendantur vt alij quatenus prohibita in his conſtitutionibus ſint contra ius naturale, diuinum, aut Concialiare, vel Papale, quo ipſi ligantur, & quo ad pœnam intrinſecam nullitatis obtentorum, & pœnam excõicationis, & quo ad pœnam ordinariam extraordinariam inferendam, & reſtitutionem rei ſic iniuſte acceptæ; nõ autem quo ad pœnas rigidas, priuationis ipſo iure beneficiorum, officiorum, & inhabilitatis ad ea. & quia hæc conſtitutio eſt facta à Papa ſine collegio Cardinalium, & ſit ſimilis regulis Cancellariæ odioſis, quæ de ſtylo & conſuetudine non ligant Cardinales. Ego enim non credo, quòd in Cardinalibus ſimilis cogitatio paciſcendi, promittendi, dandi, vel recipiendi pro iuſtitia, vel gratia obtinenda cadere poſſit, cum ſint pars corporis papæ, & poſſint quæcunque voluerint pro ſe obtinere à Papa; ſed ſi quid acceperint pro obtinenda iuſtitia, vel gratia pro alio; quia acceptum eſt turpe lucrum. l. ſecunda. ff. de conditio. ap. poſit. & ob id aliquid facere videtur contra præceptum Decalogi, id eſt, improborum queſtuum, qu i. quæſtus improbi furto ſimiles ſint, quia furti nomine omnis improba & illicita vſurpatio rei alienę continetur. capit. decimotertio. §. furti. 14. quæſtione quinta. capit. vndecimo. §. furti. 32. quæſtione quarta. & de hoc infra latius dicam, & in hoc plus peccat maior, quàm minor, nihilominus in omnibus me remitto interpretationi Santiſſimi Domini Noſtri Papæ, & alterius melius ſentientis. & quòd appellatione clericorum comprehendantur Cardinales tenet Bellamera in capitulo Anaſtaſius. diſtinctione decimanona. & vide quæ dixi in capitulo primo. diſtinctione 21. numero octauo. & in capit. primo diſtinctio. 23. vbi in textu dicitur clericos Cardinales adhibeant.

14 Religioſos. Et religioſorum appellatione veniunt omnes religioſi profeſſi, quia dictio, religioſus, eſt generalis, & comprehendit religioſos cuiuſcunque ordinis religioſorum, & monachorum quorumcunque. gloſſa in clement. tertia, de procuratoribus. Abbas in capitulo ex parte. numero primo. de poſtulando. & Caſſan. in cathalogo gloriæ mundi parte quarta. conſideratione 52. & multis ſequentibus. & Rebuff. ſuper concordatis de nominatione facienda. §. primo. in verbo religioſis. carta 97. vbi quòd omnis Chriſtianus poteſt vocari Religioſus.

15 Omnes laicos vtriuſque ſexus. Et ſic comprehendit omnes. Nauarrus in conſtitutione Gregorij numero 10. verſ. ſexto noto. dicit, quòd hæc conſtitutio eſt generalis quo ad omnes perſonas eccleſiaſticas, & laicas mares & fœminas plebeias & nobiles, dignitate prędítas, vel non præditas, & ſic comprehendit omne genus hominum facientium ſimilia pacta promiſſiones, & omnia hic prohibita. & quia verba ſunt clara non egent probatione. gloſſa in l. à procuratore, C. mandati. cap. ſolitæ. de maior. & obed.

16 *Siue ſint familiares curiæ.* Familiarium appellatione, veniunt omnes

nes cohabitantes in domo alicuius, expenſis domini domus, dato quòd ſit liber homo, & in aliquo non obligatus; ſed largo modo dicuntur familiares omnes exiſtentes ſub alicuius imperio de iure. Felinus in cap. in litteris, numero primo de teſtibus. in curia primo ſunt familiares Papæ, qui numerantur à Gomeſio in proœmio regularum, quæſtio. 6. col. fina. Sunt etiam alij actu deſeruientes Papæ, & Cardinalibus, qui numerantur per Gomeſium ſuper regula de impetrant. benefic. vacant. per obitum famil. Cardinalium. quæſtione 13. & ſequent. & per Mandoſium in dicta regula quæſt. 10. & ſunt familiares etiam quòd aliquando abeſſe contingant. cap. finali de verborum ſignificationib. lib. 6. & ibi gloſſa Ioan. Monach. Ioannes Andr. Philipp. Franc. Anchar. & alij. vide Nauarrum in conſtitut. Grego. numero 6. & 45.

17 Siue alij vndecunque. i. quicunque alij de quolibet loco, vel Curia. Albet. in repertorio in verbo, vndecunque. capit. ad decorem. in gloſſa vndecunque. de inſtitut. & ſic comprehenduntur quicũque alij talia delicta perpetrantes vbicunque locorum. Nauarrus in conſtitutione Gregorij numero 12. dicit quòd hæc conſtitutio eſt generalis quo ad loca originis, vel domicilij. & includit omnes homines de mundo faciẽtes prohibita in dictis conſtitutionibus pro obtinenda iuſtitia, vel gratia apud ſedem Apoſtolicã per ſe vel per alios; maxime quia Gregorius extendit eam ad conſulentes, auxiliantes, & fauentes. Nauarrus in dicto numero duodecimo.

18 Qui aliquod pactum fecerint. Qui idest, omnes ſupra nominati, quia relatiuum qui repetit præcedentia cum omnibus qualitatibus ſuis. Barto. in l. ſi quis ſeruum. §. finali. ff. de legatis 2. numero 5. & de iſto relatiuo, an reſtringat vel ampliet præcedentia, vide Iaſonem in l. cunctos populos. numero primo, & 3. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica. vbi ponit regulam, ampliationes, & fallentias.

19 Aliquod pactum fecerint. id eſt, aliquam pactionem duorum, pluriumve in idem placitum, & conſenſum. l. prima. ff. de pactis. quia pactum eſt duorum conſenſus, atque conuentio. l. 3. in principio. ff. de pol lic. videlicet, vt alter alteri aliquid det vel præſtet, vel non det, nec præſtet. l. 3. in principio. ff de actio. & obligat. & ſic pactum eſt duorum pluriumve conſenſus in idem ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum, alteri ab altero. Et hoc modo eſt intelligendum in præſenti conſtitutione, id eſt, vt fiat pactum inter litigantem apud ſedem Apoſtolicam, & aliam perſonam de ſupra nominatis de dando aliquam rem, ſiue pecuniam non litiganti ad effectum obtinẽdi iuſtitiam de illa lite ſic pendente in curia coram iudice delegato vel deputato, vel exiſtente penes ſedem Apoſtolicam.

20 Pactum pro obtinenda iuſtitia apud ſedem Apoſtolicam dicitur in hac conſtitutione, & improbatur cum tantis pœnis, videtur ſimile pactum, quod fit à litigantibus de dando procuratori, vel aduocato certam partem rei deductæ in iudicium & de qua litigatur, in caſu victoriæ litis, vt in l. ſi qui aduocatorum. C. de poſtulando. vbi Barto. Bald.

Bald. Salic. Paulus de Caſtro Angel. Aret. Romanus, notant quòd aduocatus qui de quotalitis paciſcitur debet officio aduocationis priuari, quia eſt deprædator. & ſic iſta lex videtur eſſe ſimilis conſtitutioni Bonifacij.

21 Seu aliquod paruum vel magnum promiſſerint, vel promiſſionem receperint, & ſic per ſtipulationem, quia verbum promiſſio in inſtrumento vel ſcriptura prolatum importat ſtipulationem: nam notarius nunquam conficit inſtrumentum niſi inter præſentes §. nos autem in auth. de tabellion. nam quando in ſcriptura tabellionis præſentia partium ponitur, ſtipulatio præſumitur. l. 1. C. de contrah. & committ. ſtipul. Caccialup. in tractat. de pactis q. 4. num. 4. adeo quòd ſi fiat promiſſio de dando per litigantem aduocato vel procuratori ſcut. duo mill. de re quæ litigatur in præſentia aduocati, vel procuratoris, acceptantis promiſſionem, cenſetur facta promiſſio per ſtipulationem, & illa verba vel promiſſionem receperint, id eſt acceptauerint promiſſionem.

22 Sed etiam habebit locum hæc conſtitutio in ſola promiſſione ſine ſtipulatione propter illa verba aliquod paruum vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, & ſic loquitur alternatiue, & in primo capite de ſimplici promiſſione, & ſic de pollicitatione; quia ſimplex promiſſio eſt pollicitatio quæ eſt ſolius promittentis ſponſio, quę abſenti fieri poteſt, per nuntium vel epiſtolam, ſed cum dirigitur acceptatur. l. pactum ff. de pollicit. Caccialup. in dicto tractatu de pact. q. 5. num. 6. & in iſta pollicitatione & promiſsione procedit hæc conſtitutio ſecundum Nauar rum in conſtit. Gregor. nu. 13. verſ. tertio etiam quòd nihil ſit datum, ſed ſolum promiſſum.

23 Aut ex pacto & promiſsione occulta, & ſic etiam in promiſsione occulta, id eſt quæ nulla ratione probari poteſt. nam de occulto negotio nullus loquitur & talia occulta crimina non habent vindictam in hoc ſæculo, vel occultum eſt illud quòd ſcitur à duobus vel tribus Alberic. in dictionario in verbo occultum. Ant. de Butrio in tract. de notorio artic. 1. num. 3. Amadæus in tractatu ſyndicatus num. 60. Antonius Corſett. in ſingularibus in verbo occulte, & occultum dicitur quòd impoſsibile eſt probari Decianus conſ. 93. num. 65. lib. 2. Occulta etiam ſunt ea quæ fiunt de nocte, & eſt difficilis probationis. Decianus in dicto conſ. 93. num. 14. lib. 2. licet Deus velit quòd nihil occultum ſit quòd non reueletur Decianus in dicto conſ. 93. num. 115. & occultatio ſubtractioni comparatur & dolum indicat: Aymo. conſ. 36. num. 18. 19. & 34. lib. 3. & facit indicium fraudis, contra minorem mulierem & ruſticum. Aymo. conſ. 376. num. 10. lib. 3. & licet hominibus occultetur peccatum tamen Deo non occultatur; quia videt mentem occultantis, & animam vitiis & paſsionibus ſeruientem, & in corde eius nõ ſe diligi, ſed aut auaritiam aut libidinem, vel ſimilia diligere, & iſtum dominus tradidit ſathanę: nam Deus diſcedit à mente eius, & fugit à cogitationibus malis, & deſideriis eius indignis c. 21. 11. quæſt. 3. & ibi gloſſa dicit quòd diabolus habet in eo poteſtatem, & ideo faciens pacta & promiſsiones huiuſmodi occulte per excommunicationem & anathema latum in dictis conſtitutionibus ipſo iure traditur ſathanę, alienatur a corpore Chriſti, id eſt Eccle-

ſia & communione fidelium. prout etiã Simoniacus occultus excõmunicatus eſt. gloſſa in c.7.q.1.cum de peccatis occultis non iudicat eccleſia, ſed ſolus Deus. c. erubeſcant impij, vbi etiam gloſſa. diſt. 32.

24 Quod enim ea quæ occulta ſunt reuelẽtur, dixit Saluator noſter, Math. cap. 10. & Marc. cap. 4. ipſe enim Deus reuelat veſtigia occultorum, vt in Eccleſiaſt. c. 4. & ſic iudicio Dei pacta huiuſmodi occulta reuelantur. nam quidam produxit inſtrumentum in quo aderant ſimiles promiſsiones illicitas & prohibitas à iure ciuili & Canonico, & petebat illorum pactorum exequutionem, fuit oppoſitum de dictis conſtitutionibus, vnde illa productione fuerũt certi facti pupilli & innocentes quos promittentes, & recipientes opprimere nitebantur, & oppreſsi ab omnibus iuuandi, & ſubueniendi ſunt. c.5. in fine. 2. q. 1. & ibi gloſſa prout Deus operatus eſt, vt occulta manifeſtarentur ab ipſo delinquente pro liberatione innocentium: homo enim videt quæ in facie Deus intuetur Cor; & de occultis cordis ſolus Deus iudicat, cum Deus ſit teſtis, accuſator, & iudex. Turrecr. in c. 11. in fine diſt. 32.

25 Vel manifeſta, ſcilicet pactione & promiſsione manifeſta & publica; quia manifeſtum dicitur illud quòd ſecretum non eſt, & poteſt probari, & non intelligitur manifeſtum pro notorio. c. manifeſta. 2. q. 1. & c. 11. diſt. 32. vbi Dominic. & Præpoſit. nu. 1. & Turrec. ibi in verſ. de manifeſtis exponit, id eſt ipſius rei euidẽtia aut ꝓpria confeſsione ſponte ſua facta, aut legitima probatione per teſtes, vel inſtrumenta. & ibi etiam dixi, num. 2. & manifeſtus actus quando dicatur declaraui. c. 33. num. 2. diſt. 50.

26 Facta ſub generalibus & plenarie non expreſsis, ſcilicet verbis, & quæ ſit promiſsio generalis & quando noceat, quia confeſsio generaliter facta non nocet vſurario cum in ſpecie fieri debeat. Bald. conſ. 98. lib. 1. num. 4. nam illud quòd eſt incertum re, & in genere, non dicitur promiſſum nec pollicitatum. l. ſalarium. C. mandat. l. triticum. ff. de verb. oblig. Aymo. conſ. 913. num. 8. lib. 5. Verum in hoc textu generalis promiſsio facta cuicunque pro iuſtitia, vel gratia obtinenda, facit vt quis incurrat pœnas harum conſtitutionum; quia ex generali promiſsione facta alicui, videlicet iudici procuratori vel aduocato, & curiali propter fauores conſequendos, vt poſsit quis gratiam vel iuſtitiam obtinere. & promiſsio generalis poteſt eſſe hæc, adiuua me penes. N. iudicem, vel alium ad obtinendam iuſtitiam vel gratiam, & ego recognoſcã labores tuos, vel vt dicit Ioan. Monachus hic in quarta gloſſa, ponit exemplum in eo qui dicit alicui non ero tibi ingratus; quia honeſtum eſt vt laborans pro alio recognoſcatur, & multa tacita tenent, quæ expreſſa vitiant. Et idem ſi verbo nihil dicit, ſed facto deponit, vel rogat non ſolitum rogare & ſimilia. Nauarrus in conſtitutione Gregorij nu. 21. not. 10. ad oſtendendum quòd non omnis generalis promiſsio comprehenditur in dictis conſtitutionibus, ſed ſolum illa promiſsio generalis facta pro iuſtitia vel gratia obtinenda, illicita tamen, iure naturali vel humano antiquiore iſta conſtitutione, & impugnat ea quæ dicit Io. Monachus ſub num. 23. & declarat verba huius textus, id eſt quod uerbotenus dixit promittendo aliquid in genere ratione litis quàm habet in curia. arg. l.

ſcien-

ſciendum §.dictum ff.de edilit.edict. & ibi gloſſa & Angel.eo quia promiſſio promittentem obligat,& verificatur iſta promiſſio in nudo pacto, in ſimplici pollicitatione, & in ſtipulatione ſollemni; & ea dicta vel promiſſa ſola admittenda ſunt quæ ſic dicuntur vt præſtetur non vt iactetur. dicta l. ſciedum §.ea tamen ff.de edilit. edicto, & ideo attenditur dicta generalis promiſsio licet plene expreſſa non ſit.pro quibus facit Archid. in c. 1.de re iud.lib.6.nu.1.& 2.Ioan. And. nu. 1.& 2. Anchar.num.2.Dominic.num. 2. verſ. quæro, dum dicimt de expectatione tacita vel expreſſa, vel conuentionali quæ moueat iudicem ad iudicandum & curialem vel alium ad procurandam victoriam litis,vel gratiam obtinendam, vel quia tacito conſenſu conueniunt vt l.2.ff.de pact. ibi etiam tacito conſenſu conuenire intelliguntur, & præſumitur aliquid eſſe inter partes conuentum & ſpecies tacite conuentionis ponuntur in dicta l.2.& in l.4. ff.de pact.

27 Siue ſit ſpecialibus & expreſsis à parte verbis: vt puta promitto dare duo mille Petro in caſu victoriæ litis, vel gratiæ obtinendæ, & ille operando conſentit apud iudicem vel alios, vel ponas exemplum quòd verbis expreſsis contrahatur ſtipulatio ex interrogatione & reſpõſione cum quid dari fieriue nobis ſtipulatur.l.1.§.verbis ff. de actio. & oblig. & inſtit. de verb.oblig.in princ. & ſic ſpecialibus & expreſsis verbis pactum vel promiſsio ex interrogatione & reſponſione fit.

28 Quidquam dederint aut receperint,magnum vel paruum,ideſt quicquid dederint vel receperint, & dictio quicquam eſt dictio geminata, & vniuerſalis Alex.poſt Imolam in l. Baliſtam num.6.verſ.tamen Imola ff. ad Trebell. & comprǽhendit rem & fructus rei.l. 3. §.cum Pollidius ff. de vſuris, ibi quicquid ex bonis eius ad ſe perueniſſet,ſuaſi fructus perceptos à Pollidio bona fide reſtituendos. & Florianus in l.item ſi fundi ff. de vſuris & eſt dictio diſtributiua & vniuerſalis. Corne.conſ.289. num. 5. lib.4. & eſt præciſa & omnia compræhendit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt.8. num.13.

29. Dederint vel receperint, & ſic datio ſola, & receptio ſola prohibetur ex quo textus loquitur alternatiue,& in alternatiuis electio illius eſt cuius gratia alternatiua poſita eſt. Aymo. conſ. 899.num.7. lib. 5.& in alternatiuis electio eſt debitoris.l.3.ff.de eo quòd certo loco & Rebuff.ſuper concord. in rub. de regia ad prelat. nomin. facienda §. 1. in gloſſa ſeu licentiatum, & tunc in alternatiuis electio eſt debitoris, cum quælibet partium eſt in obligatione vt in caſu noſtro, nam litigans, promittit ad hoc vt recipiens obligetur ad faciendum cum iudice vel alio vt dans conſequatur iuſtitiam;ſecus quando vna pars tantum eſt obligata, vt declarat Tiraquell. de retract. parte 1. §. 3. gloſſa 3.num. 16. ideo qui dat, vel qui recipit pro iuſtitia vel gratia conſequenda incidit in pœnas huius conſtitutionis.

30 Ioan. Monachus hic interpretatur textum dans aliquid, licet non loquatur, tamen factum loquitur, quia in ſimulatis operibus mendacium eſt factum ſicut loqnutio,nam dicens ſe Chriſtianum, & non faciens opera Chriſti, mendacium eſt.c. 20. 22. q. 5. vbi gloſſa dicit quòd factis mentimur ſicut verbis, & plus eſt facere quàm dicere.l. ſi tamen. §. ei qui ſeruum.

tum ff.de edilit. edicto. Nauarrus in conſtitut.Greg. num. 25. verſ. decimo tertio nota.& not.14. dicit quòd omnis datio vel receptio proueniens ex dictis malis promiſſionibus pro obtinenda gratia vel iuſtitia comprę henditur in dicta conſtitutione: quia factum plus operatur, quàm dictum ſiue paruum vel magnum ſit illud ꝙ datur: quia ita diſponitur in hac conſtitutione Bonifacij, & offerens aliquid pro obtinendo beneficio, detectus eo ipſo eſt excommunicatus c. 1.§.diuerſis penis 1.q.1.Nauarrus in dicta conſtitut.Gregor. num. 46. Et vt quis Chriſtianus vere vocari poſſit faciat quæ dicit Paulus ad Philipp.c.4. De cetero fratres, quæcunque ſunt bona, quæcunque pudica, quæcunque iuſta,quæcunque ſancta, quæcunque amabilia,quæcunque bonæ famæ,ſi qua virtus eſt, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quia in his factum, non loquitur malum, prout loquitur in ſimulatis operibus.

31 Magnum vel paruum, magnum erit ſi quis promittat alicui pro obtinenda victoria in lite,ſcut. duo millia,& alteri ſimiliter duo millia & alteri mille & quingenta, quia modus pecuniæ qui venit in contractu eſt extimandus,vt puta quantitas transactionis vel litis extimabitur. l.cum ij §.modus quoque ff.de tranſact.& ibi gloſſa,modus ſcilicet magnus vel paruus. Paruum vel modicum dicitur vſque ad viginti ſolidos c.57.12.q.2. & in l. id eſt. ff. de dolo interpræatur modicum vſque ad duos aureos, tamen relinquitur arbitrio iudicis dicit gloſſa in auth. vt ij qui oblig. §.ſed & ſi quis, & Menoch. de arbitrar. iudicum lib. 2. centuria 2. caſu 145. num 4. Nihilominus iſta ſumma magna vel parua data pro iuſtitia obtinenda, facit vt quis incidat in pœnam harum conſtitutionum, & ſicut ſimoniaci, non excuſantur à conſuetudine vt dicit gloſſa in c.15.1.q.3. ita non excuſantur in caſu iſto dando magnam vel paruam quantitatem. vide etiam Nauarrum ſuper conſtitutione Gregorij num.20.& 21.

32 De exculentis & poculentis quæ à partibus dantur iudicibus in Natali Domini, vel aliis feſtiuitatibus principalibus, ſecundum vrbis conſuetudinem dubitat Nauarrus in conſtitutione Gregorij & num. 35. & 36. & tenet quòd iſta datio exculentorum & poculentorum non compræhendatur:quia non dantur mala intentione & animo, ſed ex quadam conſuetudine,& quia eſculenta & poculenta quę triduo conſumi poſſunt de iure in certis locis & à certis perſonis poſſunt recipi. l. ſolet §. non vero ff. de offic. proconſ.in regno Neapolitano prohibentur Xenia Iudices & Officiales accipere, & alij Auditores vt per Afflictum in conſtitutione apud conſiliarios, in conſt. reg. Siciliæ per totum Boer.deciſ.153. nu. 25. in prouincia Marchiæ in lib.2.conſtit. c. 4. in hac conſtitutione non prohibentur Xenia ſed res magna vel parua pro iuſtitia obtinenda & ſic munera vt puta veſtes & ſimilia; ideo in his me remitto ſaniori iudicio.

33 Vel promiſſiones de quacunque re, aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint vel receperint, & ſic prohibetur ſola promiſsio vel receptio de quacunque re,aut vtilitate vt per Nauarrum in conſtitutione Gregor. num. 25. nam ſi vnus ſolus promittat, vel alius ſolus ſine promiſſione recipiat, videlicet ſi vnus promittit & alter non recipit, vel ſi recipit & alter non promittit incidit in pœna

nam propter dictionẽ vel, quæ eſt alternatiua,& ponitur inter diuerſa,Abbas,Fel. Dec. & Ripa in c.inter cæteras.de reſcri.Alex.conſ.193.vbi additio lib.2.Barbat.conſ.33.nu. 13. lib. 2.vide etiam Nauarr. in conſt.Greg. not.8.num.13.

34 De quacunque re. & ſic vniuerſaliter de omni re, nam dictio quicunque, eſt vniuerſalis. Probus in additione ad Ioannem Monach. in c. quicunque de hæret. lib. 6. Pariſ. conſ. 33.nu.18. lib.4. dicit quòd comprehendit omnem rem. Corn.conſ.237. num.16. lib. 4. dicit, quòd eſt dictio vniuerſalis, & plus importat quàm generalis diſpoſitio,& rei appellatione iura corporalia & incorporalia cõtinentur, & ad omnem obligationem & contractum pertinet. Alber.in dictionario in verbo rei appellatione. Rebuff.in praxi beneficiali de permutatione.num.3. & dictio,quicunque, comprehendit maſculum & feminam. Rebuff. in l.1. ff.de verb.ſign.car.10. verſ.ſexto extende.

35 Aut quacunque vtilitate propter hoc conſequenda.i. quocunque commodo, fructu, vel emolumento neceſſario, vel delectabili, quia ſeruit utilitati qui recipit commodum, ſiue in re, ſiue in vſu rei, pro ſe, vel ſuis animalibus, vel familia, vel in nobilitate; nam vtilitatem recipit, qui dignitates, vel officia recipit, ſicut dicimus in ſimonia, in qua ſi Epiſcopus dat decimas, vel oblationes laicis perſonis id eſt, militibus, ſeruitoribus, vel conſanguineis eſt ſimoniacus, & connumerandus inter hæreticos. cap.13.& 14.1.q. 1.& pro conſequenda vtilitate in futurum, & ſic non pro vtilitate præſenti, ſed pro futura conſequenda.

36 Preces porrectæ pro indigno pro obtinenda iuſtitia vel gratia. Credo quòd porrigens incidat in pęnas iſtarum conſtitutionum; quia preces ſimoniam inducunt pro indigno porrectæ.gloſſa in cap.6. 8.q.1.& gloſſa in ſumma 8.quæſt.2.dicit quòd patrocinia aut conſiſtunt in pecunia, aut in obſequio, aut in precibus, & preces carnales porrectæ pro indigno inducunt ſimoniam, & fauores vendentes antiquitus puniebantur. Nauarr. hic num.45.& qui corrumpit iudicẽ, vel emit gratiã, ſunt ſimoniaci, quia pecunia & fauoribus emũt iuſtitiam, vel gratiam. gloſſ.in cap.venientes. 1.quæſt.3.Rebuff.in tract.de pacific. poſſeſſor.num. 198.vide infra par.2. num.6.& 25.

37 Fecerint,vel receperint adeo quod ex iſto modo procedendi alternatiue tantum tenetur faciens, q̃ recipiens promiſſionem de quacunque re, vel vtilitate in iudicium deducta,vel non deducta propter dictionem,quacunque, quæ eſt dictio vniuerſalis, vt dictum eſt ſupra num.34. & propter alternatiuam, vel,de qua dictum eſt ſupra num.28.

38 Pro aliqua iuſtitia, vel gratia. id eſt, pro quacunque iuſtitia, vel gratia, nam dictio, aliqua, eſt vniuerſalis.l.creditorum.11.ff.de verb. ſignif. vbi Rebuff. car. 103.& facit l.fideiuſſo.2.ff mand.ibi, quodlibet triticum. & in cap. ſolitæ.de maior.& obedien. quia pro iuſtitia adminiſtranda iudex nihil debet recipere, immo gratis eſt miniſtranda. Nam iuſtus excutit manus ſuas ab omni munere,& habitat in excelſis.cap.66.11.quæſt.3. & tunc excutit manus ſuas ab omni munere, quando alteri non obſequitur, non accipit pecuniam, non recipit fauores, non vincitur odio, vel amore.cap. 14. 1.quæſt. 1. Iudicans

odio vel gratia non poteſt de ſubditis digne iudicare. cap.61.11. quæſt.3.& qui mouetur ex motu ſuæ voluntatis non ex meritis cauſarum condemnãs innocẽtem odio, vel gratia, priuatur officio iudicandi.cap.8.11. quæſt. 3. nam iudex bonus nihil debet facere ex ſuo arbitrio, vel propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges & iura pronuntiet; & ſicut ſe habet negotij natura decernat, & examinet cauſæ merita non mutet.cap.4. §. bonus iudex. & §.qui iudicat.3.q.7.vbi gloſſa dicit quòd debet iudicare ſecundũ allegata, & in actis probata, & fauendo accuſatori non probanti condemnat innocentem. cap. 33. §. deinde. 23.quæſt.4. & Chriſtiani qui iudicis officium exercent, ſunt Dei miniſtri. cap.45.23. quæſt. 4. nam humanum iudicium quatuor modis corrumpitur, timore, cupiditate, odio, & amore, dum amico vel propinquo iudex complacere vult.cap.78. 11.quæſt.3. nec ex receptione, vel promiſſione factum cauſæ mutare, exinde ſperãs premium remunerationis, fraudem in Deum committit; quia iuſtus ex fide viuit, & vbi non eſt iuſtitia, ibi non non eſt ſana fides, & vbi charitas & dilectio proximi non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia.c.29.24.q.1. & qui iuſtũ damnat mortificat innocentem. cap. 88. 11.q. 3. & innocens iniuſte à ſuo miniſterio non eſt deiiciendus.cap.2. vbi num.5.dixi.diſtinct.74.

39 Vel gratia.i.pro ſupplicatione gratiæ obtinenda à Summo Pontifice, vel eius miniſtris tam ſuper beneficiis eccleſiaſticis, quàm aliis cauſis:nam datio pecuniæ eſt ſacrilegium, & ſimoniacum:nã qui largitur munera pro ambitu eccleſiæ, domum Dei emere præſumit, & ſacrilegium committit. c.1.2.& 8.1.q.3.& per totam dictam quæſtionẽm 3.& Ioan.Monach.in prima, & aliis gloſſis coſtit.Bonifacij.& Nauarr. in conſtitu. Gregorij nu.29. & num.51. verſ.ſecundo infertur, dicit quòd ſi aliquid detur, vel promittatur pro obtinẽda ſola ſupplicatione vel ſignatura gratiæ, vel quomodocunque obtineatur incurruntur pœnæ ſupradictæ, & ſic ante obtentam gratiam, non poſt, fit iſta prohibitio, vt declaratur infra.

40 Pro ſe. & ſic in principali, qui pro ſe iuſtitiam vel gratiã obtinere vult, & promittit vel dat, vt ſupra, clericis, laicis, familiaribus, magnum vel paruum incurrit pœnas dictarum conſtitutionum. Nauarrus in conſtitutione Gregorij in 11.not.nu. 21. & nu. 29. & 45. quia per ſe, aut ſubmiſſam perſonam ſimonia omnis prohibetur. c. 3.in prin.1.q.7.

41 Aut pro alio. Vt puta procurator, proxeneta, curialis, & quæcunq. alia perſona promittat, aut det pro alio pro conſequenda gratia, vel iuſtitia incurrit dictas pœnas. Ioan. monac. hic. & Nauarrus num. 45. quia in ſimonia prohibetur datio & promiſſio per ſe vel per aliam ſubmiſſam perſonam.c.3.1.q.7. vbi prohibetur Regibus & quibuſcunque perſonis, ne per ſimoniam vel fauorem fieri faciant promotiones. & ibi Archidia.& Præpoſitus.

42 In cauſis vel iudiciis. Cauſa enim eſt materia, & origo negotij, & dicitur à caſu quo venit, nec dum patefacta examine diſcuſſionis, quæ dum proponitur cauſa eſt, dum diſcutitur iudicium, dum finitur iuſtitia. Iudiciũ vocatur quaſi iuriſdictio, & iuſtitia quaſi iuris ſtatus:iudicium autem prius inquiſitio vocabatur, vnde & auctores iudiciorum vocabãtur præpoſiti quæſtores, vel quæſitores.cap. forus.

forus. de verborum ſignif.& ibi gloſſæ, & doctores declarant quid ſit cauſa, vel iudicium, & ex quibus conſtet, & quid ſit cauſa declarat Rebuff. ſuper concordatis in rubrica de cauſis .& in l. rei appellatione. ff. de verbor. ſignifi.vbi latiſſime, & cauſæ aliæ ſunt eccleſiaſticæ,aliæ ſeculares, aliæ ſpirituales, aliæ criminales,aliæ ciuiles, & quæ ſint declarantur in gl. in ſumma 11.q.1.Specul.in c.1.de poſtul.lib 6.nu.35.& ſeq.

43 In cauſis terminandis per iudices non ſolum eſt neceſſaria ſcientia, ſed poteſtas, ſcientia requiritr vt iudex diſcernat inter lepram & lepram, vt negotia quælibet finem accipiant,vel in abſolutione innocentium, & condemnatione delinquentium, quæ abſolutio, vel condemnatio poteſtatem requirit. Grat.in Summa diſt. 20. & cauſæ eccleſiaſticæ ſunt terminandæ ſecũdum canones cõciliorum,& conſtitutiones Pontificum Romanorum, & ſi præmiſſa non adſunt, tunc dicta Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, & aliorum ſanctorum ſunt retinenda, & ad Apoſtolicam ſedem referenda. c. 1.diſtinct.20.& ibi dixi num. 2. & 3.

44 Et cauſæ vt ſubtiliter tractentur, quærendum eſt genus cauſæ, id eſt, quæ actio ſit intentata, & an ciuilis, vel criminalis, & modus probationis videlicet an per teſtes vel inſtrumenta, & an agendo vel excipiendo, vel directe de crimine actum ſit.c.7.2.q. 1.& aduocatus bonus primo quærat, quę competat actio, quæ ſit natura actionis competentis,& illius circumſtantias tam in agendo, quàm in excipiendo,aliàs nihil boni facere poteſt. cap.7. 2.q. 1. & in omni negotio ea, quæ ſunt neceſſaria tam in actione, quam in exceptione ꝓponere debet, vt de exceptione ingratitudinis docet Ioannes de Garronibus doctor Gallus in authent. ex teſtamento. C. de ſecun. nupt. & dixi in tractatu dę remiſſoriis. cap.5. per totum. & numero 33.

45 Iudicia inſtituta ſunt ne quis ſibi vltionem ſumere præſumat, gloſſ.in c.1.23. q. 1.& quatuor modis peruertitur iudicium, timore, cupiditate, odio, & amore.c.78.11.q. 3. & ideo ab iſtis ſummis Põtificibus in iſtis cõſtitutionibus prohibentur pactiones, promiſſiones,dationes,& alia ſub grauiſſimis pœnis, ne ſubuertatur iudicium apud ſedem Apoſtolicam.i. iuxta ſedem Apoſtolicam, & ſic in curia Romana quæ poſita eſt iuxta ſedẽ Apoſtolicam. nam conſtitutiones eccleſię ſunt factæ à Petro & Paulo, & ſucceſſoribus; & ideo ab omnibus obſeruandę ſunt. c.10. diſt. 11. vbi dixi num.2. poſt Turrecrem. & Præpoſit. num.1. quia Eccleſia Romana eſt caput omnium eccleſiarum mundi, & ea ſola ſequenda eſt, & dicitur ſedes Apoſtolica ſummus Pontifex, qui ſedet in ſede Petri.cap.1.diſt.12.& ibi dixi, num.2. & 3. & ſeq. & quę iubet Romana Eccleſia ſalutifere debet impleri, & qui non obſeruat pręcepta illius inimicus & hoſtis eius eſt.c.2. diſtinct. 12. vbi dixi num.2.& ſeq. quia eſt fundata à Chriſto Ieſu,& Papa illius auctoritate vtitur,quia Dominus dixit Petro, Tu es Petrus, & ſuper hãc fidei Petram fundabo Eccleſiam meam. c.1.& 2. diſt. 22. & Romanæ Eccleſiæ iudicium à nullo inferiore poteſt retractari.c.10.9.q.3. & ſemper immaculata manſit,& manebit.c. 14. §.ſancta.24.q.1. & eſt poſita magiſtra totius orbis terrarum. & quidquid dubitatur vbiq. ab ea ratio eiuſdem dubitationis requiritur.c.18.17. quęſtio. 2. & ius & auctoritatẽ ſacris

canonibus impartitur, & non ligatur eis, & habet ius condendi canones, quia caput eſt & cardo eccleſiarum. cap.16.§. is ita.25.q.1. Ideo iudicia Rom. eccleſiæ ſunt ab omni labis ſuſpitione purganda. maxime de cõtentis in iſtis cõſtitut. Bonif. & Greg. & in Leuitico c.19. dicitur, Nolite facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, pondere, & menſura, ſtatera iuſta, & ęqua ſint pondera, iuſtus modius, ęquus ſextarius. & tandem Dominus iubet, vt cuſtodiant pręcepta ſua, & vniuerſa iudicia ſua; & ideo dixit Bonifacius apud ſedem Apoſtolicam, in qua reſidet Papa.

46 Seu aliàs per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque modis obtinenda, vt ſit ſenſus pro gratia obtinenda per literas Apoſtolicas, & quibuſcunq. modis gratię obtinentur per literas quę expediuntur in Cancellaria Apoſtolica ſub plumbo, obtinentur per literas ſacræ pęnitentiarię per breue Apoſtolicum, per ſupplicationes ſignatas manu Papę, vel pręfecti ſignaturę gratię, & ſi quis ꝓ obtinẽdis iſtis gratiis, quia ſumus in caſu difficili ad eas obtinendũ à ſupradictis prępoſitis ſignaturę gratię, & qui vult gratiam obtinere per ſe, vel per alios, vt ſuperet has difficultates ſi dat, vel promittit, vel paciſcitur cũ aliquo tacite, vel expreſſe pro obtinẽda dicta gratia in magna, vel parua quantitate, incurrit pœnas dictarum conſtitutionum. vide etiam Nauarrum in conſtitutione Gregorij num. 29.

47 Et quibuſcũque modis. & ſic vniuerſaliter quomodocunque apud ſedem Apoſtolicam iuſtitia obtineatur, nam dictio, quibuſcunque, eſt uniuerſalis. cap. quia plerique. de offic. ord. lib.6. vide ſupra nu.34. & ſic pro quocunq. caſu vel cauſa. Rebuf. in l. maiore.156 verſ. modus pro caſu. car. 754. ff. de verb. ſignifi.

48 Apud ſedem Apoſtolicam, id eſt, coram ſede Apoſtolica, & in eius pręſentia, quia dictio, apud, aliquando pro coram accipitur. l. de iure. ff. ad municipales. ibi, apud præſidem prouinciæ agere debet. Rebuff. ſuper concord. de Regia nominatione ad prælaturas. §. 1. in glo. apud. & in l. penes 63. ff. de verb. ſign. verſ. interdum. Alber. in dictionario in ver. apud. & ꝙ fit coram iudicibus delegatis à Papa dicitur fieri apud ſedem Apoſtolicã, vel coram ſede Apoſtolica in iudiciis ſiue cauſis, quia iudicia ſiue cauſæ nõ fiunt coram Papa, ſed coram iudicib. delegatis à Papa, & coram fieri dicitur, ꝙ fit coram aliquo, etiam ꝙ non intelligat illud ꝙ fit. l coram 209. vbi Alciat. & Rebuff. ff. de ver. ſig. aliquãdo pro penes ponitur apud, ut puta ea quæ ſunt apud ſedem Apoſtolicã, non ſunt in ſede Apoſt. nã ꝙ eſt apud ripam fluminis, non poteſt dici eſſe in mari vel flumine. Corn. conſ. 196. num. 5. lib. 4. Ideo cauſæ, quæ ſunt delegatæ à Papa iudicibus Ro. Cur. nõ ſunt in ſede Apoſtolica, ſed apud ſedem; & ideo credo, quod cauſæ delegatæ à Papa iudicibus Romanę Curiæ, ſiue ſint auditores Rotæ, ſiue auditor Cameræ, vel alter iudex ordinarius vrbis, vel Referendarius, vel clericus Cameræ, vel Prælatus, ſiue ſit cauſa ſpiritualis, profana, criminalis, vel miſta, in quibus cauſis, ſi promittatur, paciſcatur, detur pro obtinenda iuſtitia apud ſedem Apoſtolicam, id eſt, apud illos iudices delegatos à Papa, quòd incurrunt dantes, promittentes, paciſcentes, & recipientes omnes illas pœnas contentas in dictis conſtitutionibus: & hoc quando dictio, apud, ad perſonas,

vel

vel locum refertur. l. penes 63. ff. de verborum ſignif. & tunc ſignificat iuxta, vt apud ignem, id eſt, iuxta ignẽ, & ſic apud ſedem Apoſtolicam, id eſt iuxta ſedem Apoſtolicam, vt dicunt humaniſtæ, & grammatici, & hæc vltima interpretatio valde placet. vide etiam Nauarrum num. 29. qui multa dicit ſuper conſtitutione Gregorij. & beneficia vacare apud ſedem Apoſtolicam qualiter dicantur in cap. præſenti. de præbend. lib. 6. Rota deciſ. 17. de præbend. in antiquis declarat, quæ declaratio magis placet quàm illa Nauar. in dicto numero 29.

49 Et hanc ſententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes & recipientes duximus extendendã. & hanc ſententiam, ſcilicet excommunicationis & anathematis extendit Bonifacius ad promittentes, & acceptantes promiſſiones: nam promittentes ſunt excommunicati, & ſimili modo acceptantes promiſſiones, & vlterius dantes & recipientes. Ioannes Monach. in ſua gloſſa dicit, quòd hæc clauſula loquitur in proxeneta qui dedit parabolam, & commodum ad alium deuenit, & quòd ſupra damnantur contractus, hic ſequela contractus proueniens ad alios ſcienter. Nauarrus in conſtitutione Gregorij num. 30. notab. 20. tenet idem. Mihi autem videtur, quòd ſupra Bonifacius non loquatur de acceptatione promiſſionis & pacti, nec de dante & recipiente datum; ſed de promiſſione ſimplici, vel de receptione ſimplici; ibi mamagnum vel paruum promiſerint; & poſtea ſequitur, vel promiſſionem receperint, & quicquam dederint, & ſemper loquitur alternatiue. Sed in iſta clauſula loquitur de promittente, & acceptante, & de dante & recipiente, & ſic extenſio fit ad caſum ſuperius non expreſſum: quia ſupra de promiſſione, vel receptione ſemper cum alternatiua, hic cum dictione, &, coniunctiua, & ſuperius nunquam dixit de acceptatione promiſſionis, ſed receptione, & recipere non eſt acceptare promiſſionẽ, nam recipio, & accipio differunt. l. cum quis. §. dotem. ff. de dote prælegata, ibi, dotem tam magis recepiſſe, quam accepiſſe: nam recipere, eſt quod datum eſt recuperare, & ſignificat iterum capere, vt dicunt humaniſtæ; ideo in textu huius conſtitutionis pro acceptatione capi nõ poteſt, vel quatenus capiatur fuit expreſſum per verba alternatiua, non coniunctiua; ideo extenſio ad caſus ſuperius non expreſſos, eſt optima.

50 Illos quoque, qui aliquem ſciuerint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum trium ſpatium non retulerint. continuat extenſionem pœnarum præfatarum per illam dictionem, quoque, ad alios non reuelantes, & ſequentes caſus, nam dictio quoque eſt continuatiua præcedentium. Albericus in dictionario in dictione, quoque. & Rebuffus ſuper concordatis, in titulo de collationibus. §. ſtatuimus il ſecundo, carta 241. vbi multa ponit de dictione quoque.

51 Qui aliquem ſciuerint. Ioan. Monachus hic in gloſſa, dicit quòd ſciẽs tenetur referre & denunciare Papæ illud quòd ſcit, & probare poteſt. c. 8. 22. q. 5. Nauar. in conſtit. Greg. nu. 37. dicit ꝙ tres dies currunt ad denunciandum poſt factã fraternã correctionem, & ante non currunt, quia d. cõſtit. eſt facta circa relationes delictorũ occultorũ cõtra pręceptũ dñi, & in

& in hoc non eſt obediendum Prælato;ſed mihi videtur,& primo circa ea quæ dicit Ioan. Monachus in gloſſa, quòd relatio ſit facienda per eum qui poteſt probare, quod nō quadrat intelligentię huius textus, qui non loquitur ſimpliciter de facto quod poteſt probari ſcripto vel teſtibus, ſed etiam de facto penitus occulto & noto vni ſoli, vt dictum eſt ſupra nu.23. & propterea gloſſa Ioan. Monachi reprehenditur ibi ab additione,& allegat concil.Trid.ſeſſ.14.c.7. dum loquitur de caſibus reſeruatis, & ſic de eo,qui occultum homicidium commiſerit, qui non poteſt ad ſacros ordines promoueri, nec illi aliqua beneficia conferenda ſunt. Secundo non fit iſta relatio ad hoc, vt procedi poſſit contra promittentem, vel acceptantem ad pœnas in dicta conſtitutione expreſſas, ſed ne ipſe ſciens,& non referens incidat in pœnas dictę conſtitutionis, & propterea tenetur referre Pontifici per ſe, vel alium, illud ꝙ ſcit de dicta promiſſione, & acceptatione facta pro iuſtitia vel gratia obtinenda.& idem dr̄ in affigente libellū famoſum ſi non publicetur affigēs ab eo qui vidit eum affigere eſt ipſo iure excommunicatus.c.2.5.q.1.vide omnino cap.8.22.q.1.& c.19.2.q.1. in quibus declaratur qualiter reuelatio ſit facienda Papæ.

52 Quantum ad illud Nauarri de correctione fraterna ego volui videre B. Thomam 2.2.quæſt.33.ad 7.verſ.ad quintum allegatum per Nauar. in cōſtitutione Gregorij num.37.dum dicit quòd Prælato non eſt obediēdum, quia prius obediēdum eſt Deo quàm homini.Sed eſt aduertendum quòd illud dictum diui Thomæ non facit in pręſenti caſu,ſed tertium dictum diui Tho. ibi ꝙ quando imminet periculū multitudinis nō habent locum verba Domini, quia frater peccans nō peccat in te tantum, ſed eſt in nocumentum corporale proximorum vel ſpirituale; & ponit exemplum in eo qui vult tradere hoſtibus ciuitatē occulte, & in hæretico, qui auertit homines à fide, & ſic non ſolum peccat in ſe, ſed in alios, tunc oportet ſtatim procedere ad denunciationem, vt huiuſmodi nocumentum impediatur. & infert, quòd in iſto caſu nō eſt facienda fraterna denūciatio, niſi exiſtimet per huiuſmodi ſecretam admonitionem poſſe Papa talia mala impedire. Hęc diuus Thomas.Ægidius Bellamera in cap.4.num.16.& 19.extra de teſtibus. allegans diuum Thomam dicit, quòd duplex eſt correctio fraterna; vna quæ eſt actus charitatis tendens ad emendationem delinquentis & hęc pertinet ad omnes; alia vero eſt actus iuſtitię, tendens ad bonum commune,quod non ſolum per admonitionem,ſed per punitionem procuratur vt alij timentes pœnas à peccato deſiſtant. Et talis fraterna correctio pertinet ad ſolos Prelatos,qui nō ſolum habent admonere,ſed puniendo corrigere,& in delicto committendo correctio fraterna eſt de præcepto non autem in commiſſo. Decius in c. cum non ab homine,num.38.de iud. Prępoſit.in cap.peccauerit.num.8.2. q.1.dicit quòd communis opinio eſt, quòd ad impediēdum peccatum committendum quilibet tenetur ſub peccato mortali ad denunciandum proximo ne peccet;in peccato commiſſo ex triplici capite poteſt omitti, vt ibi num.9.Hic circa paciſcentes, promittentes,& dantes,& recipientes ſumus in peccato, & delicto commiſſo contra legem Pontificis prolatā pro bono publico,vnde non eſt opus denunciatione

ciatione Euangelica, vel correctione
fraterna, ſed eſt locus delationi ad
Pontificem, vt faciat quidquid ſibi vi
debitur, maxime quia huiuſmodi de-
linquentes excommunicati non poſ-
ſunt ab aliquo abſolui, niſi à Summo
Pontifice, quæ eſt ei reſeruata in di-
ctis conſtitutionibus. Abbas in c.fin.
col.3. verſ.aut habemus. de tempor.
ordin. Nam iſtud delictũ inducit pri-
uationem beneficiorum ipſo iure vl-
tra infamię notam. Abbas in d.cap.fi.
col.4.verſ. cauſa autem quare, & di-
ctum diui Thomæ Alfonſus in practi
ca criminali canonica in tit.de denun
ciatione Euangelica, concluſ.3.ſequi
tur & allegat alios tenentes eandem
opinionem. præterea nos non ſumus
in denunciatione Euangelica, & ſic
circa ea quæ proueniunt ex pręcepto
Domini: ſed circa ea, quę proueniunt
ex iure poſitiuo Pontificis, & iſta non
vocatur denunciatio Euangelica, ſed
iudicialis. Alfonſ.in dicta pract.cri-
min. de denunciatione iudiciali cap.
1.quare videtur, quòd dicta per Na-
uarrum non applicentur.

53 Ægid.Bellamera in d.cap.4.nu.5.
de tempor.ordin. declarans cap. 15.
Matt. Si peccauerit in te frater tuus,
dicit illud dictũ quo ad Pręlatos eſ-
ſe de pręcepto, quo vno ad alios de
conſilio; & nullus tenetur ad eam, ni-
ſi ſicut ad alia opera charitatis, vel ni
ſi ſit talis ad quem ratione officij, vel
curę ſpectet correctio fraterna. quan
tum vero ad alios multa concurrere
debent, vt teneatur ad correctionem
fraternam. de correctione fraterna vi
de gloſſam in c.19.2.q.1.& ibi Archi.
examinat hanc materiam per nouem
columnas, Domin. Præpoſit. & Tur
recre. quos vide. præterea correctio
fraterna tripliciter omitti poteſt, vno
modo abſque peccato quando ex cha-
ritate correctionem omittit. Secũdo
cum peccato mortali omitti poteſt,
vt puta quando quis peccanti adula-
tur. Tertio cum peccato veniali, quan
do timore vel cupiditate omittit pec
cantem corrigere. Turrecrem.in c.3.
nu.3.diſt. 83.

54 Sciuerint intra triduum nobis non
retulerint. Scire dicitur, qui rei de
qua agitur teſtis fuit, aut vidit, aut cõ
ſcius aliquo modo cognouit, aut ille,
de cuius delicto agitur ſibi indicauit,
vel ſit notarius q pacta ſcripſit de mã
dato paciſcentium. c.8.22.q.5.& ibi
gloſſa dicit, quòd illud cap. loquitur
in cauſa denunciationis, vbi modica
ſcientia aliquam fidem facit.& ibi Ar
chid.verſ.in eadem gloſſa col.2. dicit
de denunciatione Euangelica, cano-
nica, & regulari, & quis teneatur fa-
cere has denunciationes, & de alia iu
diciali publica, quę competit iudici
ex mero & puro eius officio, & fit per
eius officiales, & in factis notoriis tã-
tum; & de alia iudiciali priuata, quę
competit leſo ratione ſui intereſſe: &
quid competat in eis, vide Abbatem
late in cap.nouit.nu.48.& ſeq. & nu.
59.& num.61. de iudic. quas denun-
ciationes reaſſumit Alfonſus in pra-
ctica canonica lib.2.per totum fere.

55 Sed videtur quòd hic nõ tractetur
de denunciatione, ſed de relatione fa
cienda Pontifici: nam dicitur in con-
ſtitutione Bonifacij, ſi non retulerit
Papę, & qui indicat crimen alterius
bono zelo illi qui prodeſſe poteſt nõ
dicitur maleuolus: nã qui vult ex cha-
ritate crimen alterius probare, audi-
tur, & non peccat.c.1.5.q.5.& ibi gl.
& amicus non eſt omnis qui parcit,
nec inimicus omnis qui verberat, &
meliora ſunt vulnera amici, quã oſcu
la inimici, & melius eſt cum ſeuerita-
te diligere, quam lenitate decipere.c.

2.&.

2.& ſeq.5.q.5.Ideo delatio de qua in conſtitutione Bonifacij quæ habet in punitatem delicti non eſt pernicioſa ſed facienda, tam pro ſalute deferentis, cui eſt promiſſa impunitas, quàm pro ſalute delati vt reſipiſcat, & liberatur à peccato & ab excommunicatione in qua detinetur, maxime quia referre nō eſt accuſare. Archid. in c. fin. diſt. 11. & in furto occulto Præpoſ.in c.2.num. 10. diſtin. 13.& Turrec.num.3.& ibi dixi num.9.

56 Præterea verbum referre differt à verbo denunciare; nam referre ſignificat ad conſultationem principis ferre, & ipſum conſulere vt iudicet vel conſtituat quid iudicandum ſit.l.moris §.ſed enim ff.de pœnis, ibi verum referre ad principem debet, vt ex authoritate eius pœna, aut permutetur,aut liberentur.l.verum §.ex facto ff. de minor. ibi ad imperatorem retulit;& in Deuteronomio c.1.dicitur referte ad me & ego audiam. nu. 17. Rebuff. in l. deteſtatio 40. verſ. ad principem referre col. 4. ff. de verb. ſignific. & ſic Papæ facienda eſt relatio per ſcientem dicta pacta, & non dicit propter quid ſit facienda iſta relatio, & forſan vt conſulat animæ delinquentis, non ad effectum ferendi nouam ſententiam; quia iam lata eſt ipſo iure in hac conſtitutione,nec minus cauſa faciendi nouumproceſſum, pro aliqua alia pœna imponenda; quia hoc non dicitur in hac conſtitutione.in conſtitutione Gregorij dicitur, quòd detegenti huiuſmodi ſceleris complices fautores & ſocios impunitas conceditur. ita dicendum quòd Bonifatius facere volebat,quòd referenti concedit immunitatem, & non erit excommunicatus, prout ſi non vult referre iam condemnatus eſt, ideo debet fieri relatio Pontifici vt euitet pœnas & excommunicationem.

57 Vel alicui per quem ad nos verbū fideliter proferatur, ſimili decernimus ſententia ſubiacere. dat etiam alium modum euitandi excommunicationis ſententiam latam cōtra non referentes,& eſt vt hoc factum proferatur, id eſt dicatur alicui ſcilicet officiali Papæ,etiam ſi ſit iudex ordinarius almæ vrbis aut fiſcalis procurator, vel alius Papæ officialis, & facta iſta propalatione miniſtris Papę erit à pœna ſecurus;aliàs non, cum decernatur huiuſmodi ſententia excommunicationis ſubiacere. & nota quòd ſupradicta omnia fieri debent intra triduum à die ſcientiæ, & elapſis tribus diebus iſte remanet excommunicatus, & credo quòd requiratur Papæ abſolutio etiam quòd poſt triduum referat.

58 Decernimus etiam vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prędictorū abſque ſpeciali mandato, noſtræ abſolutionis beneficiū valeat obtinere. Nauarrus in conſtitutione Gregorij.num.38. ait, quòd quotiēs abſolutio excōmunicationis eſt Papę reſeruata, iam ipſo iure excōmunicatio in conſtitutione Papæ lata eſt: nā ſi Papa non reſeruaſſet ſibi abſolutionem alij inferiores abſoluere poſſent. Io. Monachus hic in gloſſa nam & in c.nuper.§. in ſecundo extra de ſententia excommun.dicitur,quòd quando conditor Canonis eius abſolutionem ſpecialiter ſibi non retinuit, eo ipſo aliis facultatem relaxandi cōceſſiſſe videtur. hic Papa ſpecialiter retinuit ſibi facultatem abſoluendi,ergo aliis prohibuit abſoluere, vt declarat Io. Monach. hic in gloſſa 9. Nauarrus in conſtitut.Greg.num.38.

Ea

59 Ea propter ille qui vult obtinere abſolutionem à ſententia excommunicationis incurſa pro prædictis, vel aliquo prædictorum debet ſpeciale mandatum Papæ obtinere pro abſolutione faciẽda cum narratiua totius negotij,& cui,& quibus,& qñ, & pro qua re,& quantum datum ſit.& tunc cum ſpeciali mandato poteſt fieri abſolutio & non aliàs. Oldradus conſil. 145. additio ad Felin. in c. Rodulphus.num.39.in fine littera A.de reſcript.& quando quispoſſit abſoluere in excommunicatione in omni caſu, dicitur per Ioan.de Lignano in tract. de cenſura Eccleſiaſtica. §. 26. per totum.

60 Niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſit in mortis articulo conſtitutus; & ſic videtur quòd hic ſit data licentia alii abſoluendi excommunicatos in vim iſtarum conſtitutionum in mortis articulo tantum: quia conſtituti in mortis articulo ad Papam accedere non poſſunt, & ſolum iſte caſus excipitur in iſta conſtitutione.

61 Nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur niſi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur;& conſtitutus in mortis articulo abſolui ab aliis non poteſt niſi quantum dedit, vel recepit det pauperibus.& ſic tam dans quàm recipiens quantum dedit, vel quantum recepit pauperibus dare tenetur vt poſſit abſolui. & Ioan. Monach. in gloſſa hic dicit, quòd ſi non habet quid reſtituat dans vel accipiens, tunc luat in corpore: quia in pœnis pecuniariis prouenientibus ex delicto,quòd non poteſt in burſa male agens facere, luat in corpore. l. fin. ff. de in ius voc. l. 1. in fine. ff. de pœn.c.finem §. fin.de dol. & contum. & ſi ſoluendo non ſit,arbitrio iudicis puniatur.c.ſi res 14. q. 1. & vbi certa pœna ſtatuta non eſt, iudicis arbitrium locum habet. ſed quia in mortis articulo conſtitutus ſi nou habet modum reſtituendi, vel dandi pauperibus quòd habuit, vel recepit, non poteſt abſolui quia Papa dedit certum modum qui ſeruandus eſt, & credo quòd ſine ſpeciali ordine Papæ abſolui non poteſt; nihilominus me remitto ſaniori conſilio.

62 Sed quid ſi accepit rem,an teneatur reſtituere rem cum fructibus pauperibus. & Nauarrus in conſtitutione Gregorij, num. 45. multa adducit in beneficio quæſito per ſymoniam,& tenet quòd non. ſed in textu hic dicitur quantum recipit integraliter pauperibus largiatur, reſpectu illius quantitatis vel rei receptæ vel datæ pro obtinenda gratia vel iuſtitia, & non in maiori ſumma aucta reſpectu fructuum, vel aliarum acceſſionum, & ita credo in caſu iſto dicendum eſſe.

63 Et non debet recipiens rem acceptã dãti reſtituere nec ſi recepiſſet poteſt vti cõmodo retẽtionis, quia in vtroque caſu turpitudo verſatur, & vterque incidit in factum damnatum. l. 1.ff.de condit.ob turp. cauſ. in fine,& c. cum ab omni, extra de vita, & honeſt. cleric.quia quòd gratis fieri debuit in pactũ lucroſum nõ debuit conuerti.l.ſi veſtimenta ff. de condit. ob turp.cauſam, & c. nemo de ſymonia, & turpe lucrum à poſſeſſore extorquebit,& dabit pauperibus.l.Lucius. ff. de iure fiſci. & per remedium datum in conſtitutione non tolluntur remedia antiqua. Nauarrus hic nu. 44. dicit quòd in conſtitutione Bonifacij ponuntur tres pœnæ. prima excommunicationis,ſecunda nullita-

tis obtentæ iuſtitiæ vel gratiæ, tertia reſtitutio male acceptorum. Didacus in regula peccatum libro ſexto, parte ſecunda §.3. numero primo, & per totum.

64 Suſpenſus à Canone propter crimen ſi celebrat vel diuinis ſe ingeſſerit irregularitatis laqueo ſe inuoluit. c.1. & ibi additio de ſententia & re iudic.lib.6.ad finem,vbi Archid. nu. 6. dicit, quòd non poterit abſolui ab iſta irregularitate, niſi à ſolo Papa quam ibi Papa ſibi reſeruauit, & Io. And. num. 6. dicit quòd ſuſpenſus à Canone etiam propter crimen, tunc irregularitatem incurrit quando Canon hoc exprimit prout exprimitur in dicto cap.1.in fine.& num 8.declarat quid ſit irregularitas. Dominic.in dict.cap.1.§. ſcituris,numero primo, dicit quòd ſuſpenſus à iure ſuſpenſione officij,ſi celebret poſtea, incurrit irregularitatem, & ibi multa de ſuſpenſo à iure vſque ad num. 7. & Ancharan. num.4.& 5.& Philip. in dicto §. ſcituris declarat circa eos, qui ſuſpenſi ſunt à canone, & à Deo nam à Canone ſuſpenduntur propter crimen notorium,à Deo propter crimen occultum. & quando propterea incurratur irregularitas ibi declaratur, & facit c. 21. 11. q. 3. & hæc ſecũda dicitur excõ.minor. Decius in l. in obſcuris.ff. de reg.iur.n.13.& 14.

65 Excommunicatus in vim iſtarum conſtitutionum licet non ſit publicatus,non poteſt eſſe in iudicio,nec poteſt eſſe teſtis nec contrahere, & nihil facere de prohibitis excommunicato.Felin.in c.Rodulphus. num.39. in fine de reſcript.& ibi additio.& eſt ratio quia excommunicatio ſeparat hominem à cõmunione hominum & ſacramentorũ,& à gratia & cuſtodia Dei. Rot.deciſ. 26.de ſententia & re iud.in antiq.Natta conſ.580. nu. 20. Ant.Gabr.concluſ.1.de reſt. ſpoliat. num.54.& ſeq. Rebuff. ſuper cõcord. de excom.uitan.in gloſſa. verſ.25.

66 Et an in ſententia quæ incurritur, ipſo iure ex canone quando requiratur ſententia declaratoria & quando non, & dicunt Doctores quòd non: ſed ſatis eſt ſi declarat delictum eſſe commiſſum, quia pœna ſequitur à iure. Felin.in c. Rodulphus de reſcript. num.35.& 36. quando delictum non eſt notorium:ſed ſi eſt notorium non requiritur alia declaratio vt per eundem Felin.ibi num.37. Ant.Gabriel. lib.7.de criminibus concluſ.11.& 12. ponit regulas & fallentias,& Hypol. de Marſiliis in rub.ad legem Cornel. de falſis.num.32.& ſeq.

67 Nec requiritur partis citatio in ſententia lata à canone ipſo iure ſi factum non eſt diſcuciendum, ſecus ſi factum eſt diſcuciendum. Felin. in dicto cap. Rodulphus de reſcriptis. num. 41. & in hoc caſu factum non eſt diſcutiendum,quia dicitur in conſtitutione Bonifacij iuſtitiam ſic obtentam nullius prorſus ſit momenti. nam vitium partis facit ſententiam nullam ipſo iure vt dicetur infra. nu. 69. Io.Monac.in gloſſa Momenti hic.

68 Iuſtitiam ſiue gratiam ſic obtentam,nullius prorſus eſſe momenti volumus.iſta verba nullius eſſe momenti volumus, cum ſint præſentis temporis, important canonem latæ ſententiæ ipſo iure. Felin. in c. Rodulphus.num. 28. de reſcript. Dominic. in c.quidam in 4.not.5.quæſt.1.& ibi Præpoſ.not.5.& erit ac ſi diceret, ex nunc prout ex tunc ſententiam ſic latam annullamus. Doctores omnes in c. præterea il 2. de appellat. extra, & dictiones mox, ipſo iure, ipſo facto, ſunt latæ ſententiæ. Felinus in dicto

cap.

cap.Rodulphus.num. 33. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur. num.21.C.de reuocand.don. & num. 26.vſque ad num. 31.verba ipſo iure important totaliter actum nullum. Sozzin.conſ.76.num.1.lib.1.

69 Ioan.Monach.in gloſſa, momenti hic dicit quòd vitium partis vel defectus facit ſententiam vel gratiam nullam. cap.1. de reſcript. lib. 6. ibi ipſo iure reſcriptum vel proceſſus per ipſum habitus non valeat :& ibi gloſſa dicit quòd ſine partis exceptione & oppoſitione eſt nulla ſententia, quam Ioan.And.Philippus Franc. & Probus in additione Io. Monachi ſequuntur. & quicquid eſt acquiſitum pecunia irritum & inane exiſtit cap. 5.1. quæſt. 3. & Nauarrus in conſtit. Gregorij num. 38. ideo quilibet tam pro iuſtitia quàm gratia obtinenda debet manus excutere ab omni munere.c.114.t.q.1.quia ſententiæ irritantur & inanes habentur. c.7.§.quia de immunit. eccleſia. & quicquid eſt obtentum in eccleſiaſticis rebus data vel promiſſa pecunia nullum eſt. c.5.1.q.3. & in c.3.de offic. ord. lib. 6. dicitur nullius penitus ſit momenti, vbi Arch. exponit penitus, id eſt prorſus ex toto ſit, id eſt conſtat, ſiue conſiſtentiam habeat,momenti,id eſt vigoris. Alber. in dictionario in verbo momenti, & ita exponenda conſtitutio Bonifacij quòd ſententia ſit ipſo iure nulla ſine aliqua partis inſtantia, quia Papa tulit ſententiam. Felin.in c.Rodulphus.num.28. & 30. cum loquatur Papa in tempore præſenti & intẽdat oĩa ipſo iure irritare.

70 Omnique ſtatuimus carere effectu. & ſic ipſo iure,nam iſta verba important ipſo iure actus nullitatem.c. ad aures de reſcript. ibi vires nolumus obtinere. Abbas in c.quòd ſuper his de fid.inſtrum.& c.nihil eſt col. 5. de elect. Felin. in dicto cap. Rodulphus.num.27.de reſcript.& ſtatutum eſt, ſententiã præfatam carere omni effectu,& ſic omni exequutione; effectus enim ſententiæ eſt ipſa exequutio, ergo ſi caret effectu, caret exequutione. & effectus ſententiæ eſt ipſa exequutio, & ſententiæ cauſa ceſſante,ceſſat ſententia.Tiraq.in tract. ceſſante cauſa.nu.232.Decianus cõſ. 74.num.39.lib.3.

71 Et robore firmitatis. & iſta verba pariter important actus nullitatem ipſo iure.Domi.in c.cæterum col.1.de reſcript.lib.6.facit.c.ne captandæ de præbend.etiam in 6. Felin. in d.cap. Rodulphus,nu. 30. de reſcript. adeo quòd priuati poſſeſſione in vim talis ſententiæ ſpolio agere poſſunt vt dicetur infra.

72 Sed & ſcienter vtentes ipſis, ſimili ſententia excommunicationis aſtringimus. vbi Io.Monach.in gloſſa penultima,dicit quòd vtens ſcienter malefactis ſimili pœna irretitur, & Nauarr.nu.38.verſ.25.noto,nam fautores eorum ſunt excommunicati,& hi ſunt ſcienter vtentes dictis ſententiis & gratiis c. 7. de immunit. eccleſ. in principio,& falſarij litterarum Apoſtolicarum cum fautoribus & defenſoribus ſuis, ſunt anathematizati; & vtentes falſis litteris, ſi clerici,officiis & beneficiis ſpolientur; ſi laici, ſubiaceant tamdiu excommunicationi donec competenter ſatisfaciant. cap. 7. extra de falſis,& l. 8.C.ad leg. Corn. de falſ. ibi non poſſunt defenſores crimen falſi euitare, & in l.4.dicto titulo de falſis. C. ibi qui falſis reſcriptionibus vtuntur digna coerceantur pœna:ita hic vtentes ſunt ſimili ſententia excommunicationis innodati; adeo quòd pœna impoſita facientibus vten-

vtentibus eſt impoſita, & vide etiam infra parte tertia num. 50. & Hypolit. Marſ. conſ. 70. num. 19. & ſeq. Caſſan. ſuper conſuet. Burg. rub. 2. §. 1. num. 23.

73 Et reſeruantes nobis abſolutionem eorum, cum præmiſſis in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus. & ſic vtentes ſcienter ſunt in eadem pœna in qua facientes exiſtunt; & propterea Bonifacius eorum abſolutionem ſibi reſeruat, ex qua reſeruatione ſunt ligatæ manus inferiorū, vt abſoluere non poſſint tales excommunicatos. Dominic. in c. ſi abbatem col. 2. verſ. ex quo infert de elect. lib. 6. & dictum eſt ſupra num. 58. nam ſi Papa ſibi abſolutionem ſupradictorum nō reſeruaſſet, epiſcopi & pœnitentiarij Papæ poſſent ſic excommunicatos abſoluere. Cald. conſ. 12. de ſententia excommun. Gundiſal. Villadiego in tractatu de legato. quæſt. 9. num. 8.

74 Præterea gratia & fauoribus non ſunt dandi honores eccleſiaſtici, ſed meritis & bonis operibus; & qui aliter facit, contra Chriſtum facit. c. 14. 8. quæſt. 1. nam ad honores & dignitates quis vocari à Deo debet, ſicut Petrus, cui Dominus dixit; Petre amas me, paſce oues meas. cap. 9. 8. quæſt. 1. & Petrus teſtimonium vitæ Clementis fecit, quem elegit in ſucceſſorem, dicens quòd Deum colebat, homines diligebat, erat caſtus, ſtudiis diſcendi deditus, ſobrius, benignus, iuſtus, patiens, ſciens ferre iniurias nonnullorum, qui in verbo Dei inſtruuntur. cap. 2. & 7. 8. quæſt. 1. & tales debent eſſe qui appetunt honores eccleſiaſticos, & bona, vt ſint vocati à Deo vel Spiritu ſancto; non gratia, pecunia, & fauore, ea conſequi, quæ cum orationibus & bonis operibus quærenda ſunt. cap. 16. §. propinquis 8. quæſt. 1.

75 Videndum eſt an in hac conſtitutione Bonifacij compræhendantur pacta de quota litis de quibus dictum eſt infra parte tertia num. 19. & ſeq. & num. 65. & ſeq. & videtur quòd ſic. Primo quia impugnatur pactio vt ſupra num. 19. Secundo promiſſio in parua vel magna quantitate, vt ſupra num. 21. & ſequentibus. Tertio datio & receptio pro iuſtitia obtinenda, etiam quod non ſint de bonis litigioſis vt ſupra num. 29. & ſeq. cum dicatur in hac conſtitutione de quacumque re aut vtilitate, vt ſupra numero 34. & 35. Quarto dicit de quacunque re, aut vtilitate conſequenda propter hoc; & ſic compræhendit tempus præſens & futurum, id eſt poſt victoriam de re conſequenda, & in iudicium deducta, vt dictum eſt infra parte tertia num. 19. & ſeq. & propterea videtur quòd cōtra paciſcentes de quota litis ſit locus conſtitutioni Bonifacij in tribus pœnis. Primo in excommunicatione, Secundo in reſtitutione acceptorum, Tertio in nullitate ſententiæ obtentæ per paciſcentem de quota litis, de quibus pœnis dictum eſt ſupra. vide & infra parte tertia numero 65.

76 Et in iſtis conſtitutionibus Bonifacij, & Gregorij, primo comprehenduntur omnes paciſcentes. Secundo, promittentes. Tertio, acceptantes. Quarto, dantes. Quinto, recipientes. Sexto, non referentes Pontifici infra triduum. Septimo, audentes facere ea quæ prohibentur in conſtitutione Gregorii. Octauo, dantes & recipientes. Nono, dantes conſilium. Decimo, dantes auxilium. Vndecimo, complices. Duodecimo, fautores. Tertiodecimo, ſocij. Decimoquarto vtentes, & producentes. Decimoquinto, media-

mediatores, & notarij vel iudices, vt infra parte 3.num.57.& 58.Decimoſexto, omnes clerici, religioſi, laici vtriuſque ſexus, curiales, & alij vndecunque.Nauarr.in conſtit.Gregor not.8.num. 13.

77 Illi vero euitant pœnas conſtitutionum Gregorij & Bonifacij. Primo qui referunt Pontifici infra triduum huiuſmodi pactiones promiſſiones & alia ſupradicta, num. 50. Secundo in conſtitutione Gregorij conceditur impunitas his qui rem adhuc incognitam detexerint, vt in ſecunda parte infra.num.53.

78 Pœnæ quę imponuntur contra paciſcentes & promittentes pro iuſtitia obtinenda apud ſedem Apoſtolicam ex conſtitutione Bonifacij ſunt tres. Primo in excommunicatione & anathemate incurſo ſtatim poſt factum pactum promiſſio datio vel receptio, Secundo in nullitate iuſtitiæ obtentę, etiã ipſo iure & ſine partis oppoſitione.Tertio in pœna reſtitutionis acceptorom de quibus dictum eſt ſup. in princ.& nu.68.& ſeq.& nu.61.

79 Mediatores in conſtitutione Bonifacij comprehenduntur, vt dicit Io. Monac.in conſtit.Bonifac.in 3. gl.in fi. propter illa verba dictæ conſt.illos quoq., qui aliquẽ ſciuerint culpabilẽ in prædictis,& mediator huius ſceleris ex quo participans in crimine, criminoſus eſt. cap. nuper.& c.ſi concubinæ, de ſent. excom. & mediator in ſimoniaca prauitate patitur pęnas ordinarias ſimoniacorum. c. cum ſuper de confeſ.& ibi Abb.& omnes.& in c. 1.de teſtib.lib.6.& vocantur iſti mediatores,Proxenetæ.c.pen.diſt.91.& mediator poteſt eſſe teſtis ſi vult.c. 1. vbi Probus in additione Io.Mona. de teſt.nu.1.lib.6. & quibus caſibus poſſit mediator teſtificari Alex.conſ.13. nu.14.lib.1.& in caſu ſimoniæ poteſt, & in caſu huius conſtitutionis, quia admittuntur complices & ſocij.

80 Dicitur in textu conſtitutionis Bonifacij, Aut ex pacto, vel promiſsione occulta, de qua dictum eſt ſupra, hic incidenter quæri poteſt, an quis poſſit condemnari pro crimine dubio & occulto à iudice. & videtur dicendum ꝙ non,quia occulta ſoli Deo cognita, & reſeruata ſunt.c.12.2. q. 1. vbi Arch.& Domi.in 1.not.& Præpo. nu.1.aiunt,ꝙ donec cauſa non poteſt liquidari iudiciali probatione, dicitur eſſe ſub Dei iudicio, & nõ iudicio huius ſeculi, quod de occultis non iudicat.& iudex qui iudicat de occultis facit Deo iniuriam,cui ſunt omnia aperta;& ideo ei omnia ſunt reſeruanda. & quando iudex in occultis iudicat, vult Deum præuenire, cum iudicet quòd ignorat, & ſic probatur, ꝙ iudicans in occultis eſt ſuperbus, arrogans, &indoctus. c.conſuluiſti.20. §.occulta.2.q.5.& in re dubia non poteſt certa ſententia ferri,c.gratiæ.74. & c.quãnis.75.11. q. 3.& ideo iudex accuſatori non ſtatim credere debet. c.non ſolum.77.vbi gl.11.q.3. ſed in dubio in hoc ſeculo ſemper reus eſt abſoluendus;quia dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, & in manifeſtis hominibus ſolum permittitur iudicare.c.2.de re.iur.extra.& ibi gl. dicit, quòd in dubiis abſoluitur reus, quia eſt benignius.c. 3. de probat. & quando obſcura ſunt iura partiũ,contra actorem iudicatur.c.5.in fi.de fide inſtrum.

81 In conſtitut.Greg.in prin. dicitur, Vt domus & curia noſtra à ſordibus expurgetur: videndum eſt quid ſint ſordes, & ſunt Auaritia vel pretium, ait Nauarrus hic nu. 4. verſ.2. vbi dicit, quòd auaritia prohibita fuit ante

leges

leges humanas, & auaritia eſt idolorum ſeruitus. c.20. 1.q. 1. & auarus idolorum cultor nominatur ab Apoſtolo, quia cultum Deo debitum dat nummo. Gratianus in ſumma 26. q. 5.& auaritia eſt idololatria,& idololatria infidelitas & fornicatio. glo.in c.5.28.q.1.æquiparatur etiam hæretico auarus ſciens;quia auarus cũ ſcientia vincit in ſcelere hæreticum:nã hæreticus neſciens auaro ſcienti coequatur.c.21.6.q.1. & ibi Grat.in §.verũ. & gloſſæ,& additiones.vide inf.parte 2.num.2.

82 In conſtit.Boniſ.innouata à Greg. paciſcentes,promittentes, & recipiẽtes puniũtur:nam paciſcitur cupidus pecunia,vt faciat habere victoriam litis promittenti. & Nauar.hic d.nu.4. reducit omnia contenta in iſtis conſtitutionibus ad dationẽ,promiſſionem, receptionem, & pactiones, quæ omnia tendunt ad cupiditatem,& auaritiam, merito ſordes à Gregorio nuncupantur.

83 Et à ſordibus, id eſt, ab auaritia, domum, id eſt, familiam noſtram, & curiam,id eſt, omnes, qui curiam ſequuntur, expurgetur, id eſt, munda exiſtat.Primo innouamus coſtitutionem Bonifacij, de qua dictum eſt ſupra.Secundo circa tres caſus de nouo occurrentes, quos caſus vocat maxima ſcelera, vt inf.in 2.par.à nu.6. vſque ad decimum, & committentes dicta noua ſcelera punit variis pęnis,vt j.d.par.2.per tot.ea propter trauſeũdum ad ſecũdam huius tract. partem & interpretationem conſtitut. Greg. cum Dei auxilio.& ad tollendum auaritiam, ſordes, & ſcelera à domo Papæ,& à curia fuit cauſa finalis mouendi Papam ad faciendum hanc conſtitutionem. quæ cauſa finalis ex proœmio colligitur,vt dixi alibi,& cauſa finalis præſumitur fons cauſarũ, & eſt illa,quę ſecundum iuris rationem debet eſſe finalis.Bal. in l. cã quam.nu. 1.C.de fideico.& Tiraq.in tract.cauſa ceſſan.limit.1.num.64.& ſeq.

84 Sentẽtia lata per ſordes,id eſt, prece,timore,odio, vel fauoribus, aut ꝑ dolũ, vel ambitionẽ iudicis tenet mero iure.ſed iudex eſt puniendus ſecundum Vãtium de nullitate in titulo ex defectu proceſſus nu.2.& nu.136. ſed ſecundum conſtitutionem Grego. eſt nulla ipſo iure, vt dicetur infra in 2. par.

VER-



VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I.V.C. ROMANI

TRACTATVS DE PACTIS,

ET PROMISSIONIBVS SVPER Conſtitutione Gregorij.

SECVNDA PARS.

Tenor Conſt. Greg.

AB ipſo Pontificatus noſtri principio quammaxime poſſumus enitimur atque contendimus, vt domus, & curia noſtra à ſordibus expurgetur. Cui rei ſalubri conſilio incumbens fel. record. Bonifacius Papa VIII. excō municauit, & anathematizauit omnes clericos, religioſos, & laicos vtriuſque ſexus, ſiue familiares curiæ, ſiue vndecunque alios, qui aliquod pactum facerent, ſeu quid paruum vel magnum promitterent, vel promiſſionem reciperent, aut ex pacto, vel promiſſione occulta, vel manifeſta, ſiue ſub verbis generalibus, & plene non expreſſis, ſiue ſpecialibus, & aperte expreſſis facta, quicquam darent, aut reciperent, pro iuſtitia ſiue gratia, ſiue pro ſe ſiue pro alio, in cauſis vel iudiciis, ſeu aliàs per litteras Apoſtolicas, & quibuſcunque aliis modis apud ſedem Apoſtolicam obtinenda. & eam ſententiam ad promittentes, & acceptantes, danteſq. & recipientes du-

xit

xit extendendam . Illos etiam , qui ſibi intra triduum non renunciarent eum quem in culpa eſſe ſcirent , vel alicui per quem ad ſe fideliter referetur ſimili voluit ſententiæ ſubiacere . Ac decreuit , vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam abſque ſpeciali mandato ſuo abſolutionis beneficium valeret obtinere, niſi in mortis articulo conſtitutus : ſed nec quiſquam admitteretur ad abſolutionis gratiam, niſi prius erogatum eſſet pauperibus quantum ille dediſſet,vel etiam recepiſſet. Iuſtitiæ verò , ſiue gratiæ expeditiones ſic obtentæ nullius prorſus eſſent roboris , vel momenti, & ſcienter illis vtētes ſimi li ſententia innodauit,ac reſeruans ſibi abſolutionem eorum cum prædictis ad pœnas ſimiles in omnibus obligauit . Sed hoc ſcelus ita hodie in mores inductum eſt,vt plerique cupiditate improbi quæſtus potentioribus ſuffragationibus adnixi, huiuſmodi negotiorum expeditiones huc illuc conquirentes turpiſſime nundinētur. Alij alios quos gratia præſtare arbitrantur,donis, pollicitationibusque ambiant . Quidam etiam ſe talium operam, atque induſtriam pretio & muneribus quæſiſſe affingant, quæ cum peſſima ſint , & curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſſime offendant, in eos, qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati, conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris & pœnis omnibus innouamus; eaſque omnes extendimus ad audentes qualecunque horum facinorum,quæ adſcripſimus,danteſq. illis,& aliis ſupradictis auxilium conſilium,vel fauorem. Quin etiam eos omnes,omni beneficio & officio eccleſiaſtico,& ſeculari,ſiue tēporali,ſiue perpetuo,ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe declaramus. Et præterea infamiæ ſubiectos perpetuo, ac inhabiles ad il la,& alia eſſe declaramus. A quibus etiam prout quæque res erit,tales pœnæ exigantur,quæ cæteris ſint exemplo. Illis tamen,qui rem adhuc incognitam,compliceſq. ac fautores,& ſocios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1574. Nonis Nouembris. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Publicatæ per Curſores die 8. Nouemb. 1574. & affixæ ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis,& Principis Apoſtolorum de Vrbe , necnon Cancellariæ Apoſtolicæ , & in acie Campi Floræ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Conſtitutionis Gregorij tenor.
2 Papæ officium quòd ſit circa curiam & familiã ſuam.
3 In conſtitutione Bonifacij qui excommunicantur.
4 Scelus dandi & promittendi pro obtinenda iuſtitia, vel gratia quod ſit. & num. 5.
4 Mos & conſuetudo idem ſunt.
6 Conſtitutio Gregorij vltra conſtitutionem Bonifacij ponit tres caſus nouos.
6 Caſus noui in conſtitutione Gregorij qui ſint.
6 Fumos vendere quid ſit.
6 Fauores vendentes committunt ſimoniam.
7 Conſtitutionis Gregorij ſecundus caſus, & quos reſpiciat. & nu. 8.
9 Animam perdit qui dat aurum pro obtinenda gratia.
10 Conſtitutionis Gregorij tertius caſus quis ſit.
10 Mendaces qui ſint.
11 Curiam quæ grauiſſime offendant.
11 Cauſa finalis quæ eſt.
12 Curiæ qui nocent, Papæ nocent, & ipſe ſui gregis adiutor eſſe debet.
12 Principis officium quod ſit.
14 Puniendi qui ſint iuxta conſtitutionem Gregorij.
15 Papa nõ debet pati ſuos ſubditos opprimi machinationibus malorum.
16 Conſtitutio Bonifacij innouatur à Gregorio.
17 Conſtitutio Bonifacij pro indubitata haberi debet & propter quid.
18 Conſtitutiones Bonifacij. & Greg. propter quid factæ.
18 Furti nomine quid comprehendatur.
19 Audentes facere ſimilia facinora puniuntur ſimilibus pœnis.
19 Extenſio conſtitutionis Bonifacij quid operetur.
20 Audaces qui ſint.
21 Audentes facinora contenta in conſtitutione Gregorij puniuntur.
22 Auxilium dantes ſimilibus pœnis puniuntur, & qui dant auxilium.
24 Conſilium dantes puniuntur dictis pœnis & quare & qui ſint.
25 Fauores vendere qui dicantur.
26 Fauor reſpectu iuſtitiæ peruertit iudicium.
27 Premiis & patrociniis nullus eligi debet ad epiſcopatum.
28 Præmium offerens pro obtinenda dignitate plecti debet.
29 Iuſtitiam ementes pecunia vel munere ſimoniam committunt.
29 Simoniam committit dans pecuniam pro iuſtitia obtinenda.
30 Sententiæ venales latæ à corruptis iudicibus nullæ ſunt.
31 Sententia iniuſta nulla eſt, & apud Deum, & eius eccleſiam non grauat.
32 Fauor, conſilium, & auxilium, quæ præſtantur ſine datione, & promiſſione licita ſunt.
33 Pactio, datio, vel promiſſio etiam non ſecuto effectu operatur, vt quis incurrat pœnas conſtitutionum, & quare.
34 Fauere in arte magica qui dicantur.
34 Fauor debet aliquid delicto adiicere.
35 Conſilio & perſuaſione infertur iniuria, & quando.
36 Quin dictio quid ſignificet.
37 Is, ea, id, pronomen quid operetur.
38 Beneficij appellatione quid comprehendatur.
39 Officia eccleſiaſtica quæ ſint.
40 Officium boni ſerui quod ſit.
40 Serui quales eſſe debent, & qui fugien

di, & qui amandi ſint.
41 *Officia eccleſiaſtica cum iuriſdictione, & ſine quæ ſint.*
42 *Officia ſecularia, & temporalia, quæ ſint.*
43 *Ipſo iure quid operetur.*
43 *Dictiones, latæ ſententiæ quæ ſint. & num. 44.*
44 *Careat viribus importat ipſo iure.*
45 *Infames, qui ſint.*
46 *Infamia facti, & iuris.*
47 *Inhabiles ad officia, & alia præmiſſa, qui efficiantur.*
47 *Volo, & nolo, verbum ſit conſtitutio.*
48 *Pœnæ qualiter & quomodo ſint imponendæ.*
48 *Pœnæ arbitrariæ, & extraordinariæ, quæ ſint.*
49 *Exemplum aliis præbet pœna delinquentis.*
50 *Impunitas conceditur his qui reuelauerint rem incognitam.*
51 *Complices qui dicantur.*
52 *Socius contra ſocium criminis quando teſtimonium ferre poſſit.*
53 *Fautores publicandi.*
54 *Impunitas quid ſignificat.*
55 *Datum conſtitutionis Papæ.*
56 *Pœnæ impoſitæ in Conſtitutione Gregorij quæ ſint.*
57 *In dubio nullus condemnandus.*
57 *Probationes in criminalibus quales eſſe debent.*
58 *Calumniator quis ſit, & qualiter puniatur.*
59 *Detractores, & calumniatores ſunt ſimiles inimicis.*
59 *Homicidæ ſunt accuſatores & detractores.*
60 *Mala proſunt bonis, & ſancta nocent malis ad iudicium.*
60 *Perſequentes Chriſtianum ſunt Chriſti inimici.*
61 *Innocens aduerſus ſententiam iniuſtā ab omnibus ſubueniri debet.*
61 *Sententia iniuſta ab inimico lata præſumitur.*
61 *Iuſtitia vbi non eſt, non eſt fides.*
62 *Iniuſtitiam faciens veritatem occultat, & iram Dei ſuper prouocat.*
62 *Veritatem vendens Chriſtum vendit ſicut Iudas.*
63 *Iuſtum & verum quærere debent lites tractantes.*
63 *Lites tractandæ cum veritate, & non cum falſitate.*
64 *Peccato conſentiens eſt maledictus apud Deum.*
65 *Libellus & ſententia qualiter formandi in hac conſtitutione.*

1 AB ipſo Pontificatus noſtri exordio quam maxime poſſumus enitimur atque contendimus, vt domus, & curia noſtra à ſordibus expurgẽt. Hoc principiū huius cōſt. oſtēdit ꝙ officiū ſummi Pōtific. eſt inuigilare, impigro affectu ꝓ ſtatu omnium eccleſiarū incitatus diuinis præceptis, & Apoſtolicis monicis: nam ſi quid dignum reprehenſione inueniat ex ignorātia, vel p̄ſumptione celeriter reuocare debet, vt ſeruet mandatum Domini datum Petro, cui dixit amas me: & Petrus dixit ei, Tu ſcis Domine, & Dominus ait, Paſce oues meas: quia qui negligēter paſcit oues, non amat dominum c.2.25.q.1. Sed Gregorius volens oſtendere ꝙ amabat Dominum dicit quòd ipſe omni conatu, & intentione, nititur domum ſuam, & curiā à ſordibus, ideſt actionibus ſceleſtis expurgare, & mūdare. Nam qui ſeruum vel filium non corri

git

git, eos non amat; nam charitas feruet ad corrigendum & emendandum malos mores. c. 36. 23. q. 5. nam qui parcit vitiis nõ eſt miſericors, nec innocens qui parcit peccato, cum ad innocentem pertineat, non ſolum non facere malum, ſed punire peccantem ad hoc vt corrigatur, & alij eius exemplo terreantur. c. 37. & 38. 23. q. 5. & hoc intendit facere Gregorius in hac conſtitutione. vide ſupra par. 1. num. 81. & ſequen.

3 Poſtea inſerit totum tenorem conſtitutionis Bonifacij Octaui, vſq. ad verſ. Sed hoc ſcelus, ſuper qua conſtitutione Bonifacij dictum eſt ſupra vſque ad num. 83. Cum omnia verba dictæ conſtitutionis ſint particulatiter declarata, & in qua excommunicantur omnes in quacunq. parte mundi exiſtentes clerici, laici vtriuſque ſexus, & curiales paciſcẽtes, promittentes, dantes, & recipientes magnum, vel paruum, pro iuſtitia, vel gratia obtinenda apud ſedem Apoſtolicam, annullando gratiam, vel iuſtitiam ipſo iure, mandans quòd dantes aut recipientes non abſoluantur niſi reſtitutis receptis.

4 Gregorius vero in ſua conſtitutione dicit. Sed hoc ſcelus, id eſt, pactionis, dationis, & promiſſionis pro iuſtitia vel gratia obtinenda, ita hodie in mores inductum eſt, id eſt, in conſuetudinem, quia mos & conſuetudo idẽ ſunt, vt in l. de quibus. ff. de legibus. vbi gloſſ. Bart. & doctores, & Rebuff. in l. pronũtiatum. §. matrem familias. & in l. probrũm. ff. de verb. ſig. & l. more. ff. de acquir. poſſeſſ. qui mores illiciti ſunt, quia contra conſtitutionem Bonifacij, & iura: & quæ ſunt contra legem, licita fieri non poſſunt. l. pacta quæ contra. C. de pactis. vbi pacta quę turpem cauſam continent, non eſſe obſeruanda. l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pactis. & turpes ſtipulationes nullæ ſunt. l. generaliter. cum l. ſeq. ff. de verborum oblig. nec valet iuramentum ſuper eo quòd natura turpe eſt preſtitum. c. nõ eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. c. cum contingat. de iure iur. quia lex reſiſtit iuranti. Corn. conſil. 78. num. 9. lib. 1. dixi in tract. de contract. min. gloſ. 2. num. 56.

5 Nota, ꝙ hæc datio pro iuſtitia vel gratia obtinenda hic vocatur ſcelus, & in ſimonia vocatur deteſtabile ſcelus. in c. 2. de ſimo. in extrauag.

6 Quæ conſtitutio Greg. ponit vltra conſtitutionem Bonif. tres caſus nouos. quorum primus eſt, ꝙ pleriq. cupiditate improbi quæſtus, potentiorum ſuffragationibus adnixi huiuſmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes turpiſſime nundinẽtur. Id eſt, multi auiditate lucrandi adiuti auxilio potentiorum expeditiones gratiæ & iuſtitiæ, in quacunque parte ſint, quærentes vt illas turpiſſime emant, vel vendant. & Nauar. hic nu. 45. ait quòd tales vendentes fauores circa ſpiritualia, etiam ꝙ ſint principes, & Monarchæ eccleſiaſtici vel ſeculares committunt ſimoniam, & incurrunt pęnas, & cẽſuras. & actus nullus eſt, ſi ſimonia fuerit realis in ordine, vel beneficio. c. 2. in extrauag. de ſimon. & tenentur reſtituere ea, quæ acceperunt. c. de hoc. de ſimo. Rom. conſil. 317. & Dec. conſ. 118. in prin. dicunt, quòd qui promittit alicui voces patronorum in beneficio iuris patronatus ſimoniam committit. Et vlterius ille, qui facit pactum cum eligentibus, ad dignitatem eligi non poteſt. gloſſa pragmat. ſanct. in cap. ſicut. §. ego enim. in gloſſa temporalis. vbi additio. & cap. 1. & 2. & per totum 1. quæſt. 3. & ſic iſte primus caſus loquitur

quitur de his qui turpiter emunt, & vendunt expeditiones faciendas apud ſedem Apoſtolicam, propter fauores quos dicunt habere, qui quærunt tales expeditiones. contra quos inuehit Rebuff.in l.42.ff.de verborum ſigni.car.318.verſ.improbe,& Nauar. hic num.40.

7 Secundus caſus eſt, Alij alios, quos gratia præſtare arbitrantur, donis, pollicitationibusque ambiunt. Id eſt, alij quærunt eos, quos multum poſse apud Papam iudicant, vt cum donis & promiſſionibus faciant eis obtinere gratiam & iuſtitiam apud quoſcúque miniſtros iuſtitiæ vel gratiæ. & ſic auaritiæ cecitas, & damnatæ ambitionis improbitas, homines inducunt ad faciendum quæ à iure interdicta ſunt exquiſitis fraudibus. cap. auaritiæ.de electione lib. 6. vbi Ioannes Monachus dicit, quòd auaritiæ cecitas, & ambitionis improbitas attribuitur. & ibi Probus num. 4. ait, quòd qui pecuniæ obediunt faciũt venalia iuſtitiam, & gratiam. & Alber. in dictionario multa pulchra de ambitione dicit in verbo, ambitio. & auarus hæretico æquiparatur. capit. quæ ergo. 6. quæſtio. prima. & ambitioſus quærens aliam eccleſiam, ab vtraque eſt repellendus. cap. ſi quis. 7. quæſtio. prima. ambitioſi natura quæ ſit deſcribit Archidiaconus in c. 3.diſtinct.47. & Præpoſit. & Turrecrem. cap. 5. numero 7. diſtinctione 161. & ambitionem in terram deſidecans confuſionem in cęlum deſiderat. ap.12.diſt.40.

8 Et iſte ſecundus caſus reſpicit certos ſollicitatores, vel curiales, qui vt aliquid lucrentur promittunt exiſtentibus, & venientibus ad curiam pro expeditione cauſarum, vel gratiarum obtinendarum à miniſtris ſedis Apoſtolicæ, vel à Papa, & dicunt quòd ipſi mediãte N. qui multum poteſt cum expeditoribus iuſtitiæ, & gratiæ, obtinebunt omnia; ſed oportet illi dare aliqua munera, & iſti incidunt in pœnas conſtitutionis Gregorij, quæ ſunt quinque, vt infra dicetur:& in pœnis conſtitutionis Bonifacij, quæ ſunt tres, & incidunt in pœnas l.1.ad leg.Iul de ambitu, de quibus Nauar.hic num.41.

9 Et nota ꝙ qui dat aurum pro obtinenda gratia, perdit animam, & gratiam non ſuſcipit, quæ gratis datur. c. 14.& 15.1.q.1.& pecunia male quæſita corpus & animam maculat. c. 16. & damnatur hæc datio in tertiam, & quartam generationẽ. d.c.16.§. quia ergo.1.q.1.

10 Tertius caſus eſt ibi, Quidã etiam ſe talium operam, atq. induſtriã, pretio, & muneribus quæſiſſe affingant. Id eſt, alij ſunt, qui ſimulant quæſiuiſſe illos homines ita potentes apud omnes Romanæ curiæ iudices,& præpoſitos ſignaturæ gratiæ pecunia, & muneribus, vt inducant egentes exburſari illas pecunias quas ipſi lucrari intendunt.& iſti homines in pœnis harum conſtitutionum incurrunt, & vlterius ſunt mendaces, & ſic in peccato mortali.c.12.22.quæſt.2.& mẽdacium non ſolum conſiſtit in falſis verbis, ſed in ſimulatis operibus. c. 19.§.vt ita.22.q.5. prout in hoc caſu cum illi fingant feciſſe aliquid quod non fecerunt. Nauarrus hic num.42. & in vita Alexandri Seueri Imperatoris quidam Turinus multa fingendo vendebat infamando Imperium Alexandri; quem poſtea Alexander accuſari iuſſit, & probatis omnibus per teſtes in foro in palo ligari, & fumo necari iuſſit, dicente precone, qui fumum vendidit, fumo punitur.& Ma-

nu-

nutius in Adagiis fumos vendere, & Nauarrus hic numero 45. & infra numero 23.

11 Quæ cum peſſima ſint, & curiæ prædictæ exiſtimationem grauiſſime offendant. hæc tria noua ſcelera, cum ſint peſſima, quia grauiſſime offendunt curiæ exiſtimationem; ideo ſuper illis optimus Pontifex prouidere intendit. & hæc eſt cauſa finalis propter quam Papa fecit iſtam conſtitutionem: quia cauſa finalis eſt illa, quæ principaliter in agendo actu, ab agente conſideratur, quæ ipſum præcipue mouet, & inquam ipſius mens dirigitur. & finalis vere eſt hæc, quia vltima ad exequutionem, licet prima ſit quo ad intentionem. Bart. in l. ambitioſa. nu. 19. ff. de decret. ab ord. faciend. Couarruuias in cap. 20. num. 2. lib. primo. variarum reſolut. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limitatione 1. num. 52. Aymo. conſil. 192. num. 21. Ait quòd cauſa finalis eſt illa, quæ tendit ad commodum concedentis, vel alterius tertij, qui multos allegat. hæc cauſa tendit ad commodum concedentis, & curiæ, cum eius finis ſit purgare curiam à malis hominibus ſimilia delicta facientibus, quia Papa pro omnium eccleſiarum ſtatu impigro affectu inuigilare debet. cap. 2. 25. quæſtio. prima.

12 Et Principis officium eſt liberare ui oppreſſos de manu calumniatorum, ac peregrinis, pupillis, & viduis auxilium præbere, cum facillime à potentibus opprimantur; & non patiper eorum conniuentiam, vt eorum bona à malis tollantur, vt Deus cuſtodiat regna eorum. capitulo 23. & 24. vbi gloſſa 23. quæſt. 5. Nam reges ſunt conſtituti ad tuitionem eccleſiarum, pupillorum, & viduarum, & ad refrenationem rapacium. cap. 26. dicta quæſt. 6. & principes ſint vltores iræ Dei contra eos, qui male operantur. cap. 27. & 29. 23. quæſtione quinta.

13 Pręterea qui curiæ nocet, Papæ nocet, & ipſe ſui gregis vltor & adiutor eſſe debet. c. 8. 23. q. 8. ideo datur impunitas reuelantibus has pactiones, & non reuelantes puniuntur; quia ſciens ſit particeps delicti. Abb. in c. 1. num. 9. de reſtit. ſpo. & Dec. in c. 1. num. 33. de offic. del. & Fel. in c. quantæ. col. 2. de ſen. excom. & additio ad Decium d. num. 33.

14 Sequitur in conſtitutione Gregorij, In eos qui talia agunt animaduertendũ fore arbitrati: id eſt eos qui talia agunt puniendos fore iudicauimus, nam animaduerſio pro punitione ponitur. l. ſi quis in hoc. C. de Epiſcopis & clericis, vbi gloſſa animaduertatur, id eſt, puniatur. Primo expeditores qui quærunt expeditiones. Secundo illi, qui dicunt, quòd cum donis & promiſſionibus omnia obtinebunt. Tertio illos, qui dicunt omnia obtinuiſſe donis, & promiſſionibus.

15 Et hæc animaduerſio fit, quia optimus Princeps non debet permittere fraudibus, & machinationibus ſuos ſubditos à ſimilibus hominibus opprimi; & contra eos ſeuera vindicta procedere, cum ſui gregis vltor & adiutor eſſe debet. cap. 8. 23. quæſt. 8. & cap. 2. 25. quæſt. prima. & maxime, quia hæc grauant curiæ extimationem: quæ grauamina tollenda ſunt pœnis & mulctationibus grauiſſimis, quia ſummi ſacerdotes iniuſtitias remouere debent, præſumptiones abſcindere, obbrobriis, & calamitatibus locum non præbere. cap. 6. 3. q. prima.

Sequitur

16 Sequitur in conſtitutione Gregorij, conſtitutionem prædictam cum ſuis cenſuris & pœnis omnibus innouamus, ideſt conſtitutionem Bonifacij nouam facimus cum ſuis cenſuris & pœnis. nam innouare ſignificat nouam facere dictam conſtitutionem, & propterea tenor dictę conſtitutionis fuit inſertus, vt de certa ſcientia dicta innouatio facta videatur. Cardin. in Clem. dudum de ſepul. in primo & ſecundo notabili, & ibi additio. & qui innouat, renouat, reparat & confirmat canones qui in deſuetudinem abierunt dicit Nauarrus hic. num. 42. verſ. tertio, & Paulus 2. innouat conſtitutiones contra ſymoniacos ęditas per alios Pontifices in Extrauag. 2. de ſimonia. & iſta innouatio cum ſuis cenſuris facta eſt, vt timore ſupplicij quis abſtineat à malo. c. 1. & 2. diſt. 4. ideo videtur hæc conſtitutio vtilis vt dicit Nauarrus not. 26. num. 39. hic.

17 Sed quia conſtitutio Bonifacij erat inſerta in volumine Extrauagantium commu. in c. 1. de ſententia excom. & gloſſata à Ioan Monacho clariſſimo Doctore, & Cardinali pro indubitata haberi debet. Hieronymus Clarius in prohemio Extrauagãtium communium col. 1. verſ. dicuntur indubitatę, vide quæ dixi in tractatu de cenſibus parte ſecunda numero 136. & nihilominus ad cautelam fuit innouata à Gregorio, cum prętenderetur reuocata à Clemente V. authore Palude diſt. 18. q. 3. & Nauar. hic. n. 1.

18 Iſtæ conſtitutiones factæ ſunt à Summis Pontificibus ad reprimendum cupiditates improborum quæſtuum fieri ſolitorum ab hominibus quærentibus ex pactione promiſſione & receptione pecuniarum iuſtitiã, vel gratiam obtinere apud ſedem Apoſtolicam ne incidant in furtum. & ſic ne aliquid faciant contra pręceptum Decalogi; nam furti nomine omnis illicita vſurpatio rei alienæ intelligitur, non enim rapinam permiſit qui furtum prohibuit. c. 13. §. furti 14. quæſt. 5. & c. 11. §. furti. 32. q. 4. & gloſſa in dicto c. 13. dicit, quòd aliquo prohibito ſunt prohibita omnia ſimilia & quę ſequuntur ex illo. nam omnis raptor eſt fur, & furtum eſt fraudulosa rei alienæ contrectatio inuito domino. l. 1. §. 1. & l. qui ius §. verare. ff. de furt. Archid. in c. dicto c. pœnale col. 2. verſ. in gloſſa 14. q. 5. dicit cum in Decalogo dicatur non furaberis, nomine furti extenditur & comprehenditur omnis illicita vſurpatio rei alienæ, attenta diffinitione furti facta à legiſtis. prout fur & latro eſt qui occupat locum epiſcopi viuentis. c. 10. 7. quęſt. 1. vbi Præpoſitus & Dominic. not. 1. dicunt quòd furtum committitur etiam in re immobili; & ſic qui occupat bona aliena cum dationibus & promiſſionibus furtum committit, vltra quòd occupet bona aliena. ideo dicta pacta & promiſſiones in conſtitutionibus pręfatis vocantur ſcelera peſſima. Nauarrus hic. num. 39. verſ. 26.

19 Eaſque omnes extendimus ad audentes qualecunque horum facinorum quæ adſcripſimus; id eſt pœnas in conſtitutione Bonifacij poſitas, extẽdimus ad illos qui audẽt facere, aliquod ex dictis factis ſceleſtis in conſtitutione noſtra poſitis. & in c. fin. in fine ne clerici vel mon. dicitur, hoc extendi volumus & mandamus, & ibi gloſſa dicit, ſcilicet præmiſſas pœnas de quibus ſuperius facta eſt mentio. & in c. fin. de ſimon. dicitur mãdatum Apoſtolicum etiam ad Abbatem extendi. & ibi Innoc. dicit quòd extenſio

ſio fit quòd conſulatur ſaluti animarum dantis & recipientis.& Hoſtienſis,ibi in §.conſultationi. verſ. hic ergo fuit intentio,vt tã Monachi quàm Abbates corrigerentur;& ideo fit extenſio, quia per hoc prouidetur animabus vt nulli præiudicium pręparetur, etiam quòd ſit pœnalis conſtitutio. Ant. de But. ibi col. 1. verſ. videte, ait quòd hoc mandatum Papę eſt exequutiuum iuris interpretati & Abbas. num. 12. atteſtatur quòd hæc eſt interpretatio communis. vnde extenditur hæc conſtitutio Bonifacij ad audentes & alios in conſtitutione Gregorij expreſſos principaliter ab eodem,& non acceſſorie,vt dicit Nauarr. hic. num. 43. quia verba Gregorij ſunt clara quòd extendit contra audentes,& alios dictas pœnas poſitas in conſtitutione Bonifacij, & ſic principaliter non acceſſorie: quia vna lex non eſt acceſſoria alteri legi, ſed lex vtilis reipublicæ,prout erat conſtitutio Bonifacij,erat adiuuanda extenſione ad alios caſus non expreſſos. l. hoc modo. 63. ff. de condit. & demonſtr. vbi gloſſa, videlicet ad caſus expreſſos in dicta conſtitutione Gregorij.

20 Et ideo extendit ad Audentes talia facinora,quia facientes ſimilia delicta ſunt temerarij. Card. in Clem. 1. de baptiſmo. num. 4.& audacia ſemper accipitur in malam partem, & dicuntur audaces illi qui faciunt contra ius. Card. in clem. 1. num. 2.& ibi additio. de offic. iud. ord.& eſt text. in c. cum qui de præbend. in 6. ibi pœnæ ſaltim formidine à ſuę temeritatis audacia refrenetur,& Nauarr. hic. not. 23. num. 38. verſ. audentes. & audacia ſonat in malum auth. habita. C. Ne fil. pro patre ibi,vt nullus de cætero tam audax, vbi gloſſa dicit quòd audacia in malam partem accipitur. & l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10.& in l. quantæ audaciæ & quantæ temeritatis ſit publicanorum factiones. ff. de public.

21 Qualecunque horum facinorum quę adſcripſimus; ſcilicet conquirentium expeditiones hac illac vt ſupra num. 6. & ambientium donis & pollicitationibus pręſtare gratiam vel iuſtitiam vt ſupra. n. 7.& fingentes opera potentium acquiſiuiſſe gratiam vel iuſtitiam vt ſupra. num. 10. vnde qui audet aliquod horum facinorum in pœnas conſtitutionis Bonifacij incidit; videlicet in cenſuris & pœnis, vt ſupra in conſtitutione Bonifacij. nu. 1. & ſeq. item in nullitate gratiæ vel iuſtitiæ,vt ſupra in dicta parte prima nu. 68. & ſeq. Tertio in reſtitutione acceptorum,vt ſupra parte prima numero 61.

22 Danteſq; illis & aliis ſupradictis auxilium,id eſt aſſocians aliquem ex ſupradictis ad actum maleficij vel ſcelerum prædictorum, dicitur pręſtare auxilium. Bald. in l. 1. not. 12. C. de rapt. virg.& qui cum delinquente ſtat armatus, dicitur ex propoſito eum aſſociaſſe. Bald. in l. 1. C. de ſeru. fugit. & pro auxilio præſtito in actu ipſo delicti imponendo, venit eadem pœna qua tenetur principalis. Bart. in l. is qui opem. ff. de furt. Surdus conſilio 40. n. 44.& 45. lib. 1.& fautores & auxilium pręſtantes, pœna ſimili qua principales puniri debent c. 1. de offic. deleg. & qui opem furi dat furti tenetur. l. is qui opem. ff. de furt. & c. quanto de ſententia excom.& ibi gloſſa,quòd hi fouere etiam dicuntur qui cum poſſint manifeſto facinori deſinunt obuiare. & error cui non reſiſtitur approbatur; & veritas ſi non defendatur opprimitur; & cum poſſis

per-

perturbare peruerſos,& negligis,nihil aliud eſt quàm fouere; & qui conſentit errori alieno polluitur. c. 1. 3. 4. & 5. diſt. 83. & ſic qui dat auxilium ſupradictis incurrit dictas pœnas. vide etiam Maſcard. concluſ. 159. nu. 20.& ſeq. vbi declarat vol. 1.

23 Nam auxilium & fauorem præſtare videtur bannito Aduocatus vel procurator præſtans ei patrocinium. Bart. in l. poſt legatum §. ſunt qui putant. num. 1. ff. de his quibus vt indigni. Angel. Aret. in tractat. malefic. verſ. & Andræam auxiliatorem. num. 6. verſ. Sed aduerte & ibi additio. Guido Papæ ſing. 640. & quibus pœnis puniantur auxiliatores Menoch. de arbitrariis iudicum lib. 2. Centuria. 4. car. 346. per totum. Egid. Boſſius in titulo de mandato ad homicidia. nu. 66.& Maſcard. concluſ. 159. in principio vol. 1. Hypol. Riminald. conſil. 310. num. 2. & ſeq. lib, 3.

24 Conſilium dantes ſupradictis ſimilibus pœnis puniuntur, vt hic; quia conſulens plus peccat quàm faciens, quia cauſam mali præbet. c. 19. 23. q. 5. gloſſa in c. 31.& 32. 24. q. 3.& conſulere dicitur quicunque monet, perſuadet, aut precatur vt illud faciat. Bart. in l. non ſolum §. mandato. ff. de iniuriis. Nauarrus hic. not. 7. nu. 12. & conſulens raptum cum committente excommunicatũr. c. 4. 37. q. 2. & ex conſilio quis tenetur ſicut ex facto c. 22. ex conſilio diſt. 1. de pœnit. & in magia ex ſolo conſilio quis punitur, c. 6.& 9. 26. q. 5. conſulens delictum fieri in perſona alicuius tenetur pari pœna ſicut faciens; etiam ſi ille erat facturus illud delictum ſine vllo conſilio. ſed tum conſulens mitius punitur, & hoc niſi reuocaſſet dictum conſilium, & intimaſſet illi contra quem datum fuit dictum conſilium, & illi cui dedit. Felin. in c. ſicut dignũ col. 3.& in c. 1. de homicid. Egid. Boſſus in titulo de mandato ad homicidium. nu. 59.& ſeq. Decius in l. conſilij. ff. de reg. iur. vbi late. & etiã Cagn. & aduocati qui vincunt cauſas per falſas allegationes, tenentur in conſcientia. Abbas in c. 1. not. 4. de iur. calumn. & in c. paſtoralis de re iudic. & ex quibus actibus probetur, vel præſumatur datum conſilium alicui in aliquo facto. Maſcard. concluſ. 419. vol. 1.& conſiliarius præbet alteri auxilium & ſuadere poteſt ad bonum vel ad malum. Hypolit. Rimin. conſil 310. numero vndecimo & ſeq. lib. 3.

25 Vel fauorem, id eſt principum beneuolentiam, ſimulato commendationis officio per occaſionem familiaritatis pretio vendere. vnde Martialis, Vendere nec vanos circum palatia fumos. & quidam Zoticus, ſub Eliogabalo imperatore tantũ valuit, vt ab omnibus officiorum principibus ſic haberetur quaſi domini maritus eſſet; & omnia Eliogabali dicta, & facta vendebat, fumis quàm maximas diuitias ſperans, & multis multa pollicebatur, vt oẽs falleret & egrediens ab illo ſingulos aud iret, dicens hoc de te audiui, hoc de te locutus ſum, hoc de te futurum eſt; vt ſunt homines huiuſmodi, qui ſi admiſſi fuerint ad nimiam familiaritatem, principum famam non ſolum malorum, ſed & bonorum principum vendunt. & qui ſtultitia, vel innocentia imperatorum, qui hoc non perſpiciunt, infami rumigeratione paſcuntur. hæc Lampridius in vita Eliogabali. & in vita Alexandri Seueri imperatoris, narrat multa de quodam Turino familiari dicti imperatoris qui omnia vendebat ſic fingendo: & quem tandem

dem punire fecit, dicente in foro pręcone, fumo perit qui fumum vendidit. de his qui fumos vel fauores vendiderunt vide Manutium in Adagiis, Fumos vendere. vide ſupra num. 10.

26 Fauorem dantes pro iuſtitia, vel gratia alicui ex ſupradictis num. 19. incidunt in pœnas harum conſtitutionum, quia reſpectu iuſtitiæ fauor peruertit iudicium. Io. Monach. in c. 1. n. 6. de re. iudic. lib. 6. vti Probus nu. 13. dicit quòd propter fauores vnius partis alteri in iuſtitiam facere non debemus. cap. 1. §. illud vero 14. q. 1. vbi gloſſa ait quòd in illicitis neminem iuuare debemus c. 93. 11. q. 3. vbi quòd ſeruus in malo non debet domino temporali obedire ſed Deo. Archid. in c. quicumque de hæretic. lib. 6. & ibi Io. And. num. 5 Anchar. num. 5. Io And in c. propoſuit col. 2. verſ. ſi vero de clerico excom. vel inter. & ibi Abbas. nu. 6. & vlterius alicui non eſt fauendum, ſi alteri fiat in iuſtitia c. ex tenore de foro compet. quia non debet vnius conditio per alterum fieri deterior. & vide in cap. ad falſariorum de crimin. falſi. & electus in epiſcopum ſuffragiis potentum, quibus pecuniam dedit, ſymoniā committit. c. 1. 1. q. 6. nec præmia, nec patrocinia in dignitatibus quærendis interuenire debent. c. 1. & 2. 8. q. 2. & Ioannes Cirier. de primogenitura. q. 10. num. 6. lib. 1.

27 Nam eligi ad epiſcopatum quibuſcumque præmiis aut patrociniis quarumcumque perſonarum nullus debet; nam electus per patrocinia, obedire tenetur pręſtantibus patrocinia. & ſic minuitur dignitas epiſcopalis & eccleſiaſtica, nec ſeruatur illius ordo. c. 1. 8. q. 2. nec minus epiſcopus eligi debet lucro proprio ab eligentibus, qui dum in lucro cogitāt, merita perſonæ eligendæ non examinant c. 2. 8. q. 2. & ideo ſimonia prohibetur omnibus electoribus per ſe, aut ſubmiſſam perſonam. c. 3. in princip. 1. q. 7. & ſimoniam committūt qui ex cauſa retributionis humanæ, ſpiritualem gratiam accipiunt. cap. 11. 1. quæſt. 3.

28 Et quicunque pro accipienda ſacerdotij dignitate quodlibet præmiū fuerit detectus obruliſſe, eo ipſo eſt excommunicatus: & plectuntur tam dantes quàm recipientes diuerſis pœnis. c. 7. 1. q. 1. & in iſtis conſtitutionibus dantes & accipientes excommunicantur. ipſo iure pro iuſtitia, vel gratia obtinenda. & ſic eſt ſimilis diſpoſitio in vtraque conſtitutione tam in ſimonia in ordinibus, quàm gratia, vel iuſtitia obtinenda.

29 Emētes pecunia vel munere iuſtitiā ſimoniā committūt. nam fuerunt eiecti vendentes & ementes de templo à Domino, & illi ſunt vendentes, qui illud quòd debent, pecunia vendere intendunt; & iſtud eſt iuſtitiam vendere, ideſt pecuniarum largitione defendi; qui cum nolint debitum proximo ſoluere quòd iuſtum eſt, emunt peccatum dato præmio patronis. c. 10. 1. q. 3. vbi gloſſa dicit qui emit iuſtitiam committit ſymoniam. capit. fin. 14. quæſt. 5. & c. 66. 11. quæſt. 3. ait quòd acceptio nummorum pro iuſtitia præuaricatio veritatis eſt. & in c. 37. 2. q. 6. dicitur quòd ſententia pecunia data nulla eſt: quia dans pecuniam ſymoniam committit, ſi cauſa eſt eccleſiaſtica. & gloſſa. in c. 10. 1. quæſt. 3. & ibi Præpoſ. num. 7. & Diuus Thomas in 4. diſt. 25.

30 Sententiæ venales latæ à corruptis iudicibus nullę ſunt, etiam quod ab eis non ſit appellatum. c 41. §. venales 2. q. 6. quæ eſt l. 7. C. quando prouo-

care non eſt neceſſe,vbi Paul.de Caſt. ait quòd ſententia lata à iudice corruptio pecunia eſt ipſo iure nulla, & non eſt opus appellatione; & ſic iſte textus eſt conformis huic conſtitutioni quo ad iuſtitiam obtentam ex corruptione, & ibi etiam gloſſa. & Bart.& alij;ſed ſi ſententia ex gratia, vel fauoribus lata ſit,valet dicunt gl. & Bart.in dicta l. 7. quando prouoc. non eſt neceſſ. Sed contra eorum dicta faciunt conſtitutiones Bonifacij, & Gregorij,vt dictum eſt ſupra parte prima,num 69. & ſequentibus. & Salic.in l. 1. col. 4. & fin. verſ. quia aut pecunia interuenit.C.de aduocat.diuer.iud.

31 Et ſententia iniuſta nulla eſt. cap. 35.11.quæſt.3.& apud Deum & eius eccleſiam iniqua ſententia neminem grauare poteſt,.& ab ea abſolutio nõ eſt petenda.cap. 46. 11.q. 1.& iniuſtum iuſtum dicẽs abhominabilis eſt apud Deum. cap. 57.11. quæſt. 3. & eſt ratio:quia qui dicit malũ bonum, mortaliter peccat,cum quilibet ſcire teneatur hoc eſſe bonum,& illud eſſe malum.cap.58. 11. quæſt. 3. & ideo iniuſta ſententia apud Deum curanda non eſt, quia non grauat.

32 Et Nauarrus in conſtitut. Gregorij. num. 43. verſ. aduertendum tamen,quòd aliquando datur cõſilium, auxilium,vel fauor ſolum ad obtinendum gratiam, vel iuſtitiam, ſine datione,promiſſione & pacto, aliquando cum pactione, promiſſione & pacto.& dicit quòd in priori caſu non incurritur aliqua pœna; quia non fuit datum, auxilium, conſilium, vel fauorem datione,promiſſione,& pacto, ſed pro celeriori expeditione illius negotij. & tunc non incurruntur pœnæ conſtitionis Gregorij.

33 Sed ſi fauor conſilium vel auxilium præſtatur vt faciat promiſſionem, pactionem, dationem, & receptionem,quæ promiſſio,pactio,datio,vel receptio ex dicto conſilio non eſt ſequuta, non incurritur pœna harum conſtitutionum. ſed ſi facta eſt promiſſio,pactio,datio,vel acceptatio,& non ſequuta gratiæ vel iuſtitiæ victoria vel obtentio, tenet Nauarrus ꝙ ſic: quia conſtitutio Bonifacij alternatiue loquitur in octauo not. num. 13.verſ.3.ꝙ ad incurrendas pœnas. & dicit quòd ſufficit vnum illorum nominatorum in conſtitutione Gregorij interueniſſe, & non requiri obtentionem iuſtitiæ vel gratiæ; quia ſufficit vt incurratur in dictis pœnis qui vtatur modis prædictis pro obtinenda gratia vel iuſtitia; & quòd ſufficit pactum de dando, licet non detur quod promiſſum eſt, & ſicut conatus facit quem incidere in crimen læſę maieſtatis.l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.ita in caſu iſtarum conſtitutionum. & ſolus conatus corrumpendi iudicem punitur, etiam ſi non ſequatur corruptio. Bald. in auth. nouo iure,C.de pen.iud.l. imperator Seuerus.ff.de iur.fiſc.& l. ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ & cler.& Felin. in tractatu quando conatus, numero 3. & licet num. decimo quarto allegeт Nauarrus aliqua in contrarium,tamen illis reſpondet numero decimo quinto quem vide.& Maſcardus concluſ. 138. volumine primo, numero quinto. Anton. Gabriell. in titulo de crimine concluſ. 1.num.9.

34 Fauere dicitur alicui in arte magica per eum qui ſcribit alicui, vt faciat quòd habeat librum ad artem magicam exercendam. & tales fautores reprobantur in capitulo ſecundo in princ. & §. hæretici de hæret.

in

in 6. eo quia illi q recepit litteras nõ accuſauit ſcribentem ſancto officio inquiſitionis, vt per Carrerium in tract. de hæret. num. 106. & ſeq. Hypolit. Rimin. conſil. 414. numero viceſimo tertio, libro quarto. & conſilium & fauor debent aliquid delicto adiicere ad hoc vt quis puniatur vt principalis committens; aliàs eſſet nudum conſilium, & nudus fauor, qui nihil adiiceret.

35 Leuius punitur. Berouſ. conſil. 192. num. 9. lib. 3. & conſilio, & perſuaſione infertur iniuria, quando perſuaſit illi qui nolebat iniuriam facere. Berous conſil. 202. numero viceſimo, libro tertio, & quando actualiter caſus eſt ſequutus, & iniuria actualiter facta. Berous ibi numero viceſimo primo. Dinus in cap. nullus de reg. iur. in 6. Bart. in l. ſæpe in fine. ff. de verb. ſignif. & offenſio propter conſilium facta in re, vel in perſona punitur. Berous dicto conſil. 202. numero viceſimo quarto. & qui mandat interficere aliquem per aſſaſſinos, etiã non ſequuta morte eſt excommunicatus cap. 1. de homicid. in 6. quia æque principaliter excommunicat mandantem ſicut occidentem. & in decimis, ſi aliquis religioſus retrahit aliquos à ſolutione decimarum, eſt excommunicatus religioſus & adiutores. clem. cupientes §. 1. de pœnis, & qualiter opem auxiliumque ferat l. ſæpe 53. §. item dubitatum ff. de verb. ſign. & ibi Rebuff. cart. 389. & ſeq. & ibi Alciat. quòd ſi conſilium præſtatur pro doloſa intentione coniunctim intelligitur, & placet iſte intellectus.

36 Quin etiam eos omnes omni beneficio ipſo iure priuamus, quin idest potius vel immo, & plus operatur iuncta cum dictione, etiam. Decius conſil. 486. num. 17. quia implicat caſum magis dubitabilem, & quomodo. Berous conſil. 57. numero quadrageſimo nono, & quinquageſimo, libro tertio, & implicat, & includit maiora, diuerſa ab expreſsis, & auget addendo & implicando. Pariſ. conſ. 46. num. 30. & 31. & conſ. 143. num. 15. & 16. libro quarto, & implicat ad iura non ceſſa. Corn. conſ. 14. num. 3. lib. 3. Alexand. conſil. 116. numero decimoquarto, libro ſecundo, & dicit quòd eius natura eſt implicare rem de qua fit maior, vel par dubitatio.

37 Eos, & per iſtud pronomen eos, intelligo omnes ſupradictos operantes ea quæ dicta ſunt ſupra numero 19. nam pronomen is, ea, id, omnes comprætendit. Archid. in c. ſi is ad quem de inſtitut. libro ſexto, & ſtantibus dictionibus quin etiam, forſan paciſcentes, promittentes, & alios comprætenſos in conſtitutione Bonifacij, & numeratos per Nauarrum hic numero decimo tertio intelliguntur; quia clauſula quin etiam eſt ampliatiua, vt dictum eſt ſupra numero 33.

38 Omni beneficio eccleſiaſtico, ideſt omni eccleſia collata clerico à Papa, vel Epiſcopo, cum eccleſia dicatur beneficium ſpirituale vel eccleſiaſticũ. c. Felicis. §. quòd ſi quis de pœnis in 6. Rebuff. in praxi beneficiali. c. 1. nu. 8. car. 4. vide Iul. Clar. in pract. crim. quæſt. 73.

Beneficia ſæcularia vel feudalia, quæ ſint dicitur in c. Obertus in fine, in tit. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. extra cõmod. & in l. in cõmodato §. ſicut. ff. commod. preterea benef. eſt donum. Io. à Lignano in tract. de amicitia in c. de retributione. nu. 2. & ſic omnis donatio cõprætenditur in hac conſtitutione.

F 2 Offi-

39 Officio eccleſiaſtico, & officia eccleſiaſtica ſunt adminiſtrationes rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, vt ſacriſtia c. 1. de conſuet. in 6. Io. de Silua in tractatu de beneficio in prima parte q. 2. Iaſ. in rubrica de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, num. 2. connumerat multa officia eccleſiaſtica. Io. Franc. Pauin. in tract. de offic. & poteſt. capituli ſede vac. præludio 2. num. 6. & ſeq. Rebuff. ſuper concordat. de collat. §. præfati in gloſſa officia eccleſiaſtica, car. 176. & pro officialibus eccleſiaſticis bene geſſiſſe eorum officia præſumitur. Menochius in tractatu de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 85. num. 5. & quando pro officialibus ſit præſumendum. Maſcard. concluſ. 1132. vol. 3. Iul. Clar. in practica Crim. q. 73.

40 Officium boni ſerui ſecundũ Paulũ in 2. ad Titum eſt eſſe ſubditum Domino. Secundo vt placeat illi in iuſtis honeſtis & licitis, & non contradicat. Tertio quòd eum non fraudet; ſed illi ex bona fide ſeruiat & ſit fidelis, humilis, nam ſeruum alticordis fuge, vt futurum inimicum; & ſimiliter ſeruũ adulantem fuge; ſed ſi eſt verecundus ama, vt filium. & ſeruus debet dominum ſuum amare tamquam patrem, & honore afficere, & debet eſſe ſeruus lętus obſequendo domino ſuo, & ſi ſunt inobedientes ſerui poſſunt ante tempus repelli, & perdunt ſalarium. vide Rebuff. ſuper conſtitut. regiis tomo ſecundo in tractat. de famulorum ſalariis gloſſa ſecunda carta 238.

41 Officia vero eccleſiaſtica cum iuriſdictione, & ſine, numerantur per Gratianum in 21. & 25. diſtinctio. & ſunt epiſcopus, ſacerdos, vel preſbyter, diaconus, ſubdiaconus, accolitus, exorciſta, oſtiarius, & cantor, & aliæ dignitates quæ ſunt in eccleſia, & forſan alij Romanæ curiæ iudices, qui ſunt officiales eccleſiaſtici, & totius orbis vicarij epiſcoporum. & officia eccleſiaſtica ſunt adminiſtratio vel iuriſdictio.

42 Et ſequitur, in textu, & officio ſęculari vel temporali aut perpetuo. ſæcularia officia in cancellaria apoſtolica & in vrbe ſunt multa, & variis nominibus nuncupantur; quorum nomina referre eſſet laborioſum. & officia ſunt perpetua, id eſt ad vitam obtinentis, aliqua ſunt temporalia, vt omnes magiſtratus laicorum vrbis & ſic omnes iudices ſæculares, & omnia officia aduocatorum, procuratorũ & notariorum omnium, tam Cameræ Apoſtolicæ & Rotæ, Auditoris Cameræ, Vicarij, Gubernatoris Curię, Capitolij Archiuij, & omnium iudicum, & tribunalium vrbis & hęc ſunt officia ſęcularia temporalia, & & perpetua vrbis. Iulius Clar. in practica Crim. quæſt. 75.

43 Et deinde dicit ipſo iure priuamus, & priuatos eſſe declaramus. & ſic ipſo iure priuantur ſupradicti committentes talia delicta, officiis, beneficiis, & aliis ſupra expreſſis. nam quando Canon, vel lex hoc ſtatuit, ob aliquod crimen, vel aliam iuſtam cauſam, tunc ipſo iure amittuntur ſupradicta omnia, ſine alia ſententia declaratoria, probato delicto. Felin. in capitulo Rodulphus num. 24. de reſcript. & ibi ponit omnia verba importantia ſententiam ipſo iure. Barbat. in cap. Si diligenti, numero 89. & ſequent. de foro compet. & Alexand. in l. 1. in additione ad Bartol. ff. de his qui not. infamia. & iſta clauſula ponitur in lege finali ff. locati. & dictiones mox, ipſo iure, ipſo facto, & quæ ſunt

ſunt latæ ſententiæ ponit Fel. in d. c. Rodulphus.num 34.de reſcrip.& late per Tiraq. in l.ſi vnquam. C.de reuo. don. in verbo reuertatur. num.21. vſque in fi. declarat quæ verba ſint latæ ſententiæ,& quæ ferendæ.ibi vide.

44 Verbum, careat viribus, importat ipſo iure.Felin.in c.Rodulfus. nu. 27. & Tiraq in d. verbo, reuertatur.num. 161.& clauſula, excommunico te,eſt latę ſententiæ.Felin.ibi nu.28.& clauſula nullam obtineat firmitatem,importat ipſo iure irritum eſſe.Felin.ibi num.30. & proſequere in aliis verbis vt per Felin.& Tiraq.vbi ſupra.

45 Sequitur, & pręterea infamiæ ſubiectos perpetuo, id eſt, vltra ſupradictas pœnas ſint infames perpetuo, & infames ſunt omnes,quos leges ſeculi infames appellat.cap.2.& 5.§.infames.6. q. 1.& ſecundum canones infames ſunt omnes quibus eſt irrogata infamia ipſo facto.gl.in d. c. 2.6.q. 1. in hac conſtitu. declarantur infames poſiti ſ. nu. 19. vel numerati per Nauarr.nu. 13.in 8.not.infames ſunt omnes contemnentes ſtatuta eccleſiaſtica,qui numerantur in c.2. & in c. 17. 6.q. 1. & omnes excommunicati ſunt infames.c. 3.6. q. 1. & qui accuſant, & non probant contenta in accuſatione,vel calumniantur contra aliquem ſunt infames.c. 17.6.q. 1. & melius eſt fama bona, quam diuitiæ multę.Alb. in l. ſi qui aduocatorum num. 1 C.de poſt.& paciſcens de quota litis eſt infamis.Paul.de Caſtro in dicta l.ſi qui aduocatorum.num.1.Alber.nu. 1.Roman.in princ.& qualiter infamia probetur Maſcard.concluſ.895.vol 2.

46 Infamia facti repellit promouendum ad ordines, niſi ſe purget: quia per purgationem demonſtratur infamiam præcedentem fuiſſe falſam, & quę neminem grauat poſtquam per purgationem eſt deleta.c. habet.2. q. 5.c.6.diſt.33.vbi Domin.& Pręp.nu. 6.Turrec.poſt Archi. nu.2. & ibi dixi num. 2. & doctores in c.infamibus.de re.iur.in 6. Infamia iuris repellit promouendum,vt dixi in d.c. 6.num.2.

47 Sequitur, Ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus, id eſt, cum effectu eos inhabiles ad illa officia, & alia ſimilia ipſo iure volumus. & ſic etiam ſuper inhabilitate ad officia, & alia eſt data ſententia à canone contra cō mittentes talia delicta & ſcelera.& ꝙ ſit inhabilis ad illa officia, & alia tam quo ad effectū,quàm etiam per viam exceptionis, Berous in cap.ad aures. num.3. de reſcrip.qui loquitur in verbo nolumus. & per volumus, vel nolumus fit conſtitutio.l. voluit de inter. act. l. nolumus.C. de teſtam. Abb. in cap. perſonas.de teſtib. Rebuff. ſuper concord. in tit.de collat. §. volumus. car.225.& de verbo,volo.vide eundē Rebuff. ibi §.1.de collat.in glo. ſubire voluerit. col.3.car.160.& ſeq.

48 A quibus etiam prout quęque res erit tales,pœnę exigantur,id eſt,ab ipſis delinquentibus pęnę exigantur.i. puniantur iuxta qualitatem delicti. nam pœnæ de iure ſunt imponendæ ſecundum grauitatem criminis,& ſecundum quod cauſa depoſcit, ſed bene cognito iudicio,prout quęque res poſtulat ſtatuendum.l. reſpiciendum in princ. & l.aut facta.in princ.& verſ. ſed hæc quatuor genera cōſideranda ſeptem modis ff.de pęnis,ex perſonarum conditione,ex rerum qualitate, pœnæ conſtituendæ ſunt. & ſic aut durius,aut remiſſius,prout cauſa poſtulat.l.4.§. pen.ff.de incend.ruin.& naufr. Sed ſecurius eſt omnia referre ad Principem, vt ipſe declaret, qua pęna delinquēs puniri debet, vel permutetur.l. moris. §.ſed enim.ff.de pœnis.

nis. Sed ſi crimini à iure certa pœna ſtatuta eſt, illa imponenda eſt à iudidice, vbi pœna certa à iūre non eſt impoſita, arbitrio iudicis imponi debet. c. de cauſis. §. illis etiam. de offi. deleg. & gloſſa & doctores. & c. fin. §. ſi quid tamen culpæ. 16. q. 6. ibi. pro qualitate perſonarum, vel regula præcedentium canonum in perſona habeatur, non in facultate delictum, & ſic vbi pœna certa impoſita eſt à iure, illa delinquenti imponatur; vbi incerta, iudici arbitraria eſt. in hac conſtitutione habemus certam pęnam in committentibus delicta in ea expreſſa: ſi vero committantur alia delicta, quã expreſſa, illa arbitraria ſunt, & non ſimpliciter, vt dicit Nauarrus hic numero 44. & de pœnis delictorum vide Iulium Clarum in pract. crimi. q. 67. 68. & multis ſeq. quæſt. & pœnæ quæ imponuntur arbitrio iudicis & extraordinariæ quæ ſint, vide eundẽ Iulium Clarum q. 83. ibi.

49 Quæ cæteris ſint exemplo, in cap. 3. §. deterius. 11. quæſt. 3. dicit textus quòd Prælati populis grauius delinquunt, & cæteris grauius puniuntur: quia exempla perditionis præbent ſubditis ſuis. vnde neceſſe eſt, vt tanto cautius à culpa cuſtodiant, quanto per praua quæ faciunt non ſoli moriuntur. & ibi Archidia. & Præpoſit. num. 4. Domin. col. fina. verſ. item nota. ideo quilibet debet ſe à malo abſtinere, ne pœna qua patitur propter delictum ſit aliorũ exemplum: nam pœnæ exequuntur ut alij formidine earum à malo deſiſtant, ideo dicitur hic, quæ cæteris ſint exemplo.

50 Illis tamẽ, qui rem adhuc incognitam, complicesque, ac fautores & ſocios retexerint, impunitas concedatur. i. impunitas illis conceditur, qui publicauerint curiæ & Papæ complices, fautores, & ſocios, & in ſimili dicitur in cap. 2. diſt. 79. §. propter occultas. quòd reuelans & qui ad notitiam eccleſiaſticam pertulit conſilia coniurantiũ contra Papã, & particeps qui retulerit non ſolum eſt purgatus ab omni culpa, ſed remunerationem habebit, & ibi Turrecrem. num. 7. 8. & 9 & particeps facientis libellum famoſum ſi fateatur feciſſe, vel ut teſtis alium accuſet, abſoluitur ab excommunicatione. c. 2. §. fin. 8. q. 1. & ibi vide Præpoſitum, Domin. & Archid. qui dicunt, quòd reuelantes euitant pœnam ordinariam, non autem extraordinariam.

51 Complices dicuntur domeſtici, propinqui, familiares, filij, nepotes, & conſiliarij. Bart. in l. 1. num. 2. C. ſi rector prouinc. & ibi additio. Fel. in rubrica de treugua & pace declarat qui dicantur adhærentes, & complices dicuntur ſocij ad malum, & non ad bonum. Felin. vbi ſupra nu. 11. verſ. complices. & per complices delicti poteſt probari delictũ. Ægid. Boſſus de pluribus violentiis num. 66. & vide ſupra par. 1. nu. 76.

52 Socius huius criminis poteſt ferre teſtimoniũ contra alium ſocium. de quibus ſociis criminũ vide Iul. Clar. in pract. cri. q. 21. verſ. dictũ ſocij. cũ plurib. ſeq. & ſocius poteſt de ſociis criminis interrogari, & eſſe teſtis. Alex. conſ. 69. nu. 7. lib. 2. Dec. cõſ. 224. Grãmaticus conſ. 21. & cõſ. 38. & cõſ. 76. & conſ. 79. hic ſocius habilitatur, vt poſſit teſtimonium cõtra ſociũ huius criminis ferre; & paciſcentes de quota litis vocantur ſocij futuri emolumenti. l. 1. §. & quidem. ff. de variis & extra. cogn. ſecus in crimine falſi, quia ſocius criminis contra ſociũ non admittitur. Petrus Surdus conſ. 132. nu. 27. & 67. lib. 1. & præſertim ſi eſt periurus

periurus. Surdus ibi nu. 31. 32. & 68.

53 Ac fautores, vnde impunitas conceditur etiam publicantibus fautores cõplices, & ſocios, & ſic qui publicãt Pontifici, eos qui præſtant fauores in gratia, vel iuſtitia alicui. & q. ſint fautores dictum eſt ſupra nu. 23. & ſeq.

54 Impunitas conceditur, id eſt q iudex liberet eos ſine aliqua pœna, qui retulerint hæc Papæ. l. qui ſeruũ. 96. ff. de verb. oblig. vbi Bald. additio ad Alber. in dictionario, in ver. impune. & faciunt, quæ dicit Turrecre. in c. 2. nu. 10. diſt. 79. quòd conceditur impunitas his, qui conſpirant in Papam, ſi reuelant conſpirationem, & ipſos conſpiratores, & propter præmium quis inuitatur ad accuſandum & reuelandum delictum in alium committendum.

55 Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1574. Nonis Nouemb. Pontif. noſtri anno tertio. De data conſtitutionum & illarum publicatione dixi in tract. de cenſib. par. 3. num. 48. & gloſs. in c. ſin. de reg. iur. lib. 6. Rebuff. ſuper concord. in tit. de forma mandati in gloſ. Datum. carta 344.

56 Pęnæ impoſitæ in iſta conſtitutione Gregorij contra facientes ſcelera de quibus in ea ſunt. Primo amiſſio beneficiorum eccleſiaſticorum & ſecularium. Secundo priuatio officiorum. Tertio, incurſio infamiæ. Quarto inhabilitas ad officia & beneficia. Quinto pęna extraordinaria, vt ſup. nu. 45. & vlterius omnibus pęnis contentis in conſtitutione Bonif. de quibus in prima par. num. 75. quæ ſunt tres, & ſic in totum ſunt octo pęnæ, quas etiã Nauarrus collegit ſuper conſtit. Gregor. nu. 44. & iſtæ pęnæ ſtatim committuntur facto pacto, vel promiſſione pro iuſtitia obtinenda apud ſedem Apoſtolicam, & committentes ſcelera tria, de quibus in hac conſtitutione Gregorij. Abbas in c. ad falſariorum. num. 3. de crimine falſi.

57 Dictum eſt ſup. par. 1. nu. 77. q in dubio nullus eſt condemnandus, ſed prius cum iuſtitia, & veritate inquirendum eſt delictũ, & nullus condemnandus antequam ſit probatum verũ & iuſtũ delictum. c. primo ſemper. 13. 2. q. 1. quia iudex ſecundum allegata, & probata debet iudicare, vt dicunt Arch. Dom. & Præp. in d. c. primo ſẽper. quia ſuſpicio non eſt ſufficiens ꝑbatio ad condemnationẽ faciendam. & iudex debet iudicare ſecũdum probata, & actitata, & non ſecundum ſuſpitionẽ & conſcientiam ſuã; licet ſuſpitio triplex ſit temeraria, probabilis, & violenta. gloſſa in d. c. 13. & ibi Dominic. & Præpoſ. latius declarant. Quinimmo de iure probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores. l. fi. C. de probat. immo ſi accuſator non probat, condemnari debet. c. 7. §. quia. 2. q. 1. & incurrit in iudicium concuſſionis. cap. concuſſionis 128. 1. q. 1.

58 Calũniator eſt ille, qui accuſat aliquẽ, & non probat cõtenta in accuſatione. Ang. in l. atletas. §. calũniator. ff. de his qui not. infa. & calumniator pœna talionis punitur. c. 3. 2. q. 8. & c. 2. 2. q. 3. & calumniator qñ in ſententia condẽnatus vel abſolutus dicatur c. 8. §. calumniatoribus. 2. q. 3. & faciẽtes calumnias Principes punire deberent. c. 6. 3. q. 1. & qua pęna ſit puniendus calũnians clericũ, vel eccleſiã. c. 8. 5. q. 6. & qñ accuſator nihil probat, accuſatus præſumitur innocẽs. l. quotiẽs §. qui dolo. ff. de prob. & cõtra accuſantem tunc inſurgit præſumptio calumniæ. Iulius Clarus in practica crim. q. 62. verſ. dixi. & Alfonſus in practica

crim.

crim.canon.in prima concluſ. col. 2. & puniendi ſunt pœnis canonicis priuatione ſacramentorum, & communione fidelium. c.4.& 5.5.q.6.

59 Et detractores, & calumniatores ſunt ſimiles inimicis.c.24. diſt. 1. de pœnit. immo detractores ſunt homicidæ:quia quantum in eis eſt, priuãt de anima & vita hominẽ: nã detrahere eſt negare bona a Deo alicui collata vel inuertere.gloſſa in d.c.24.Et iniquitas oppreſſionis,& iniuſtitia,iudicium ſanguinis eſt. & licet gladio non occidat, uoluntate tamẽ occidit. c.25.vbi etiam glo.diſt. 1. de pœnit. & appellatione homicidij omne iniquum modum ad nocendum fratri, & proximo continetur.cap.28.diſt.1. de pœnit.ergo detractores,& falſi accuſatores quærentes per uias iniuſtas opprimere accuſatum innocentem, homicidæ ſunt tam apud Deũ, quàm apud homines,& peccant mortaliter. Turrec.in c. 4.nu.4.diſt.46.& ibi dixi num.3.

60 Nihilominus per malum fit bonũ, cum bene accipitur afflictio,& ſubſtinetur; cum mala proſint bonis,& ſancta nocent malis ad iudicium,vt in Iuda.cap.66.diſt.2.de conſecrat.& ideo beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam c.92. in fi.diſt.2. de conſec. & Chriſtiani perſequentes Chriſtianum ſunt Chriſti inimici.c.52.23. q. 4. perſequentes,& amouere nitẽtes Chriſtianum aliquẽ, perpetua infamia notantur,& mortui ſunt actibus diuinis, licet non humanis.c.9.3.q.4.nam mali ſemper perſequuntur bonos, & in hoc mali ſunt miniſtri diaboli, & boni familiares Dei.c.3.3.q.1.& in perſequutione bonus clamare debet, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. c.48.§.eſt ergo.7.q.1.& Pſalm.Domine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ab omnib. perſequẽtibus me.

61 Et ſi feratur ſententia iniuſta notorie ex actis contra innocẽtem oppreſſum,ab omnibus in cunctis cauſis ſubueniri debet. c.11.3.q.6.& c.89. 11. q.3. quia ſentẽtia iniuſta à iudice inimico lata præſumitur.c.1.& 2.5.q.5. nec ſententia iniuſte lata ſecundum fidem catholicam alicui nocet. c.47. & 48.11.q.3.& iudicium & definitio regio metu, vel iuſſu iudicibus ordinata, non valet. c. 8. 25.q.1.& ratio eſt,quia ſana fides non eſt vbi non eſt iuſtitia; & iuſtus ex fide viuit, & vbi charitas & dilectio proximi non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia.cap.29. 24.q. 1 & qui iuſtum iniuſtum facit abhominabilis eſt apud Deum. c. 57. & ſeq. 11.q.3.& qui iuſtum damnat mortificat innocentem.c.88. 11. q. 3. & qui conſentit peccantibus apud Deũ maledicitur. c.100.11.q.3.

62 Veritatẽ occultat, qui iniuſtitiam facit, & iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum,& tam eſt reus qui occultat veritatem, quàm qui mendacium dicit, quia occultando prodeſſe non vult, & nocere deſiderat.cap.80.11.q.3.& ideo iniuſte & ſine delicto nullus perſequi, iudicari, vel puniri debet, ne Ieſus pſequatur,iudicet, & puniat pſequentem, vel talia facientem.c.82. 11. q. 3. ſicut qui veritatem vendit, Chriſtum vendit; ſicut Iudas, quia Deus veritas eſt.cap.83.11.q.3. nam Chriſtus eſt ſapientia,iuſtitia,ſanctitas,& fortitudo, & quotieſcunq. vincimur à vitiis contrariis virtutibus, Deum negamus,& quotiens bene agimus,Deum confitemur. c. 84. per totum.11.q.3. veritatem negans pecunia, vel falſum teſtimonium dicens, Deum negat, & vendit. cap. 82. §. hic

hic quoque.vndecima quæſt.tertia.
63 Lites tractantes quicunque ſint ſecundum facti veritatem & vias iuris iuſtum & verum quærere debent. l. ſi poſt diuiſionem . C. de iuris, & facti ignoran. Specul.in cap. 1.num. 41. de poſtul.lib. 6. non autem cauſas tracta rē cum arte,machinando multa falſa, &mendacia inueniendo. §.illud quoque. in auth.de exhiben.reis.Spec. in d.c. 1.num. 5.de poſt.lib. 6. vbi dicit, quòd homo malitia deditus, omnem malitiam adinuenit, quòd aduocati, procuratores, & iudicēs facerē non debent.
64 Nam peccato conſentiens & defendens peccatorē maledictus erit apud Deum & homines:nam qui peccatorem defendit, acrius puniri debet, q̃ qui peccat; & ſimiliter qui dedit conſilium, & conſenſit peccato, culpabilis iudicatur.c. 100.1 1.q.1.
65 Libellus et ſententia in hac conſtitutione qualiter formandi ſint. vide infra in tertia par.num. 114. et 115.

VERGINII DE BOCCATIIS A CINGVLO I·V·C· ROMANI

TRACTATVS DE PACTIS,

ET PROMISSIONIBVS FACTIS PER litigantes vel impetrantes pro obtinenda gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſt.

TERTIA PARS.

CONTINENS DECLARATIONEM CVIVSDAM inſtrumenti pactorum,& promiſſionum de re litigioſa in Romana Curia, quod fuit productum à quodam procuratore paciſcentium petente illius exequutionem coram iudice Eccleſiaſtico. Quare ſuper eo voluit omnes partes diſcutere, & pro clariori diſcuſſione diuiſit in treſdecim partes,ad hoc vt veritas magis eluceſcat. Tenor vero inſtrumenti eſt tenoris infraſcripti

---

SVMMARIVM.

1 *INſtrumenti pactorum tenor vſque ad num. 13.*

13 *Inſtrumēti pacti de quota litis productio p procuratorē in Rota*

14 *Inſtrumentum præfatū quare factum ſit per D.*

15 *Litigioſa res poteſt ex cauſa dotis alienari lite pendente in certis caſibus, & quibus.*

16 *Alienatio litigioſæ rei ex cauſa dotis, cum pactis & cōuentionibus infraſcriptis qualiter intelligenda.*

17 *Fraus præſumitur quando fit inſtrumētum dotis mulieri maritatæ,& quæ diu ſtetit cum marito.*

17 *Dolo quando quid actum cenſeatur.*

18 *Conditionem important illa verba,cū iſtis tamen pactis & conditionibus*

19 *Clauſula, in euentum victoriæ ſupradictæ litis in primis & ante omnia de corpore*

de corpore dictæ hæreditatis ſoluantur debita facta & facienda pro dicta lite, & ſi non vincant, nihil volunt habere, eſt pactũ de quota litis.

19 *Pactum de quota litis qualiter formetur.*

20 *Promittens facere ſumptus in lite de ſuo, vt recuperet in caſu victoriæ, & non aliàs in parte rei litigioſæ, prohibetur de iure.*

21 *Promittens aduocato vel procuratori mille pro ſalario in caſu victoriæ litis, dummodo faciat ſumptus de ſuo, non valet talis promiſſio.*

21 *Mandati actionem perdit qui promittit facere litem periculo ſuo.*

21 *Procurator, vel aduocatus non poteſt paciſci de mercede in caſu victoriæ litis in fine.*

22 *Iuramento erogãtis pecunias ſtare promittens in ſumma, an liceat*

23 *Pactũ de quota litis dicitur depredatio cõtra cliẽtulum litigantẽ facta.*

24 *Pactum de quota litis habet locum cũ procuratore vel aduocato litterato vel illitterato.*

24 *Salarium aduocato, vel procuratori ultra taxatũ à iure promitti non põt.*

25 *Pactũ de quota litis quare ꝓhibeatur.*

26 *Salarium taxatum a iure, vel à ſtatuto poteſt ab omnibus peti, non taxatum non poteſt peti.*

27 *Paciſci de certa re deducta in iudicio, procurator vel aduocatus non põt.*

27 *Pactum factum vt detur res non deducta in iudicium in caſu victoriæ litis eſt prohibitum.*

28 *Promiſſio omnis facta in caſu victoriæ litis eſt prohibita.*

29 *Pactum de quota litis vt detur vxori procuratoris, vel aduocati in caſu victoriæ eſt reprobatum. & nu. 44.*

30 *Pactum de quota litis non valet de iure ciuili non ſolum ratione finis, ſed formæ.*

31 *Paciſcens de quota litis dicitur redemptor litis.*

32 *Conſpiratores vocandi ſunt dantes et recipientes pro iuſtitia obtinenda.*

33 *Pactum de quota litis fieri non poteſt inter conſortes eiuſdem litis pro vna parte. & num. 34.*

34 *Conſors litis quis dicatur.*

35 *Conſors litis ex pacto huiuſmodi de iure nihil poteſt recipere.*

36 *Pactum uel promiſſio rei litigioſæ propter merita, vel propter expenſas factas an valeat.*

36 *Merita ſunt probanda æquiualentia rei donatæ.*

37 *Litigioſa res non debet ante finem litis in aliquem transferri, & quare.*

38 *Ceſſio de re litigioſa in fauorem cuiuſcunque eſt prohibita.*

39 *Paciſcentes de quota litis ſunt in dolo*

40 *Promiſſio 2000. ſcut. de re litigioſa in caſu victoriæ eſt prohibita.*

41 *Promiſſio ꝓ mercede vel ſalario facta de re litigioſa vltra 100. nõ valet.*

42 *Litigioſa res non poteſt dari etiam cõiunctis perſonis.*

43 *Promiſſio 2000. & 1500. vt ſoluãtur M. et B. de bonis litigioſis an valeat*

44 *Peccans pluries in eodem delicto ſeuerius punitur. num. 45.*

46 *Pœnæ quibus puniuntur paciſcẽtes de quota litis ſunt nouem, & numerantur. nu. 47.*

48 *Paciſcens de quota litis eſt fur.*

49 *Pactum factum de dando aliquid aduocato nomine Palmarij poſt finitam litem, valet.*

50 *Promiſſio rei litigioſæ facta pluribus per D. præſentibus & acceptantibus quid operetur.*

51 *Conſtituit D. dictos paciſcentes de quota litis procuratores irreuocabiles.*

52 *Dotes filiarum D. eſt reſiduũ ꝙ remanebit detractis ſupradictis promiſſionibus.*

G 2 Pro-

53 Promittens reſeruat ſibi tertiam partem fructuum in dotibus.

54 Paciſcētes in caſu victoria repromittunt D. nihil velle habere in caſu ſuccūbentiæ. & vlterius debita per ipſos facta de ſuo ſoluere. & nu. 55

56 Clauſula qua omnia refertur ad omnes nominatos in contractu.

57 Notarius rogatus de ſimili contractu, an poſſit puniri, & quare.

58 Iudex qui interpoſuit decretum in dicto contractu an poſſit puniri.

59 Vtēs & producens tali inſtrumento puniri debet.

60 Pactum de quota litis an valeat propter deciſionem Guid. Papæ.

61 Ciuitates & regna ſunt purganda prauis moribus & propter quid.

62 Fiſcus non poteſt paciſci de quota litis

63 Salariū à notario vel procuratore vltra taxam exactū ante vel poſt ſententiam quando liceat.

64 Conſtitutio Boniſ. an habeat locum in pacto de quota litis.

65 Conſtitutio Boniſ. in pacto de quota litis habet locum. & n. 66.

67 Dotis datio cum pactis & conditionibus non tollit conſtitut. Boniſ.

68 Promiſſio rei litigioſa non poteſt fieri pro laboribus.

69 Nauarrus ex aduerſo allegatus facit contra allegantem.

70 Pactū de quota litis facit q̄ habeat locū cōſtit. Boniſ. etiā q̄ nihil ſit datū curialib. pro fauoribus obtinendis, ex eo q̄a nihil dr̄ in ea de fauorib.

71 Danti pro conſequēda iuſtitia quā habet non obſt. conſt. Boniſ. an ſit verum. & 72.

73 Pactū de quota litis eſt nullum ipſo iure, propterea non poteſt exequi.

74 Iudicis officium quod ſit quando quis accuſatur falſis capitulis.

75 Iuſtitia venditur, & impeditur cum premij acceptione.

76 Iudex ordinarius pro iuſto iudicio nihil accipere debet.

77 Iudici ſi quid datur pro iuſtitia differēda, aut auferenda an incidat in pœnas conſtitutionis Bonifacij.

78 Promotori an aliquid poſſit dari negotio completo.

79 Iudex vel pars ſi nihil exprimit in datione, verbo, vel facto, ſed mente an teneatur.

80 Iudiciarium ordinem quatuor ſunt quæ peruertunt, & quæ.

81 Fauor malus quis ſit.

82 Timor peruertit iudicium, & q̄uo.

83 Præmiū remunerationis p̄uertit iudiciū

84 Stateram iudex portare debet.

85 Conſcientiam humanā iudex ſequi nō debet, ſed iudiciariam.

86 Ignorans ſemper errat, & quid ſit proprium erroris.

87 Negligēs nō debet eſſe iudex, et quare.

88 Pro iuſtitia acquirenda nihil eſt dandum, etiam q̄ dans habeat iuſtitiā.

89 Munera data mala intētione ſunt prohibita in iudicio.

90 Intentio Boniſ. & Greg. quæ fuit in iſtis conſtitutionibus.

91 Pœnæ impoſitæ in iſtis conſtit. quando & in quos habeant locum.

92 Dans iudici aliquid vt cōtra iuſtitiam puniat aliquem peccat.

93 Pactio facta in re ſpirituali de dando 100. pro vera iuſtitia obtinenda eſt ſimonia.

94 Pactione quando iudex inducatur ad vendendam iuſtitiam.

95 Dans pecuniā iudici, vt faciat aliquid arbitrio ſuo an liceat.

96 Pactio ad redimēdas vexationes quādo valeat.

97 Conſtitutiones Boniſ. & Greg. an habeant locum corā Gubernatoribus ſtatus Eccleſiaſtici. & 98.

99 Beneficia q̄n dicantur vacare apud ſedem Apoſt. i. penes ipſum Papam.

Papæ

100 *Papæ poteſtas in temporalibus per totum orbem quæ ſit & vice Dei gubernat patrimonium eccleſiæ in temporalibus mediantibus officialibus ab eo deputatis.*

100 Conſtitutiones *præfatæ an procedant in iudicibus deputatis à* Papa *in ſtatu temporali eccleſiæ.*

101 *Exculenta, & poculenta non dantur pro iuſtitia obtinenda ſed pro laboribus.*

102 *Exequutio ſententiæ latæ in fauorem paciſcentium de quota litis tamquam ſpoliatiua eſt reuocanda.*

103 *Bannitus ex falſa cauſa non eſt bannitus.*

104 *Banni cancellatio tollit effectum prouenient ex banno niſi cancellatio facta ſit pecunia.*

105 Sententia *in criminalibus ſi reus non eſt confeſſus nec conuictus eſt nulla.*

106 Sententia *lata pro aduocato prodeſt clientulo & quando.*

107 *Probatio delicti factà contra aduocatum non nocet principali.*

108 *Iudex nihil debet accipere, vt ferat ſententiam pro dante pecuniam.*

109 *Teſtis proferendo teſtimonio nihil debet recipere.*

110 *Sententia iniuſta dicitur pluribus modis & quibus.*

111 *Libellus in caſu huius tractatus qualiter formandus ſit.*

112 *Libellus ſecundum conſtitutionem Bonifacij qualiter formandus.*

113 *Libellus ſecundum conſtitutionem* Gregorij *qualitur formandus.*

114 *Sententia qualiter, in pacto de quota litis, in conſtitutione Bonifacij, & in conſtitutione Gregorij formandã.*

115 *Sententia notorie iniqua & iniuſta ex eiſdem actis non debet exequi.*

116 *Clauſula appellatione remota nihil operatur, quãdo ſententia eſt notorie iniqua.*

117 Sententia *referens ſe ad acta in quibus eſt error. eſt ac ſi in ſententia error exprimeretur.*

118 *Sententia vt reddatur nulla per relationem ad acta quid probandum.*

119 Sententia *per errorem lata eſt nulla etiam quòd non ſit expreſſus error in ſententia.*

120 *Sententia ex cauſa notorie falſa eſt nulla.*

121 *Sententia quæ habet cauſam expreſſam nullam, vel impoſſibilem eſt nulla.*

122 *Sententia notorie iniuſta ex actis ſemper eſt nulla.*

123 *Sententia nulla eſt data contra ſtatutum redactum in volumine ſtatutorum.*

124 *Nullitas reſultãs ex viſione actorum numquam cenſetur excluſa.*

125 *S.* Domus *Lauretana eſt vulgariter ſubſtituta* M. *hæredi Baldaſſaris, & num. 126*

126 *Portio nouercæ quãdo applicatur filiæ primi matrimonij, & portio dictæ filiæ nouercæ.*

126 *Nouerca relicta hærede excluſa filia primi matrimonij habetur pro non ſcripta.*

127 *Subſtitutioni factæ Lutio &* Margarita *ſi non ſint hæredes ad fauorẽ domus Lauretanæ eſt locus, data ſententia contra hæredes eo modo quo data eſt.*

128 *Lex hac edictalis* C. *de ſecund. nupt. applicans bona relicta nouercæ filiæ primi matrimonij, & bona relicta filiæ nouercæ hæredi, an nouerca ſit hæres teſtatoris, vt non ſit locus ſubſtitutioni Lauretanæ. & num. 129.*

130 *Inſtitutus in re certa quando ſit loco legatarij. & num. 131.*

132 *Portio nouercę applicatur filiæ, & por-*

portio filiæ nouercæ in pœnam.

133 *Filia primi matrimonij non ſuccedit in bonis relictis nouercæ ex voluntate patris ſed in pœnam.*

134 *Bona nouercæ relicta applicantur Dianæ,& bona relicta Dianæ, nouercæ & ſic in pœnam non ex voluntate teſtatoris.*

135 *Nouerca non fuit hæres Baldaſſaris & propterea intrat ſubſtitutio domus Lauretanæ.*

136 *Filius primi matrimonij quando poſſit ſupplementum legitimæ petere inſtituta nouerca.*

1 IN Dei nomine amen anno domini noſtri Ieſu Chriſti 1573. die vero 15.Decembris perſonaliter cōſtituta coram iudice Maceratenſis ciuitatis D. filia B.& vxor.q.F.& expoſuit Poteſtati,quòd annis retroactis fere viginti & vltra, ipſa. D. tranſiuit ad ſecunda vota, & cum præfato. F. matrimonio ſe coniunxit. & inſuper filiam ſuſceptam ex A.primo viro,in vxorem tradidit.M. filio dicti F. & hoc ideo dicta D. vt ipſa aſſerit, quia manifeſte præuidebat & cognoſcebat ꝙ M. tunc ipſius D. nouerca appetebat hæreditatem B. patris ipſius D. dolo occupare prout occupauit.& ipſa D.nemini alteri quàm præfato F. & ſucceſſiue ei dem M. defenſionem ſuorum iurium melius committere arbitrabatur. & cum dictus M.præter onera matrimonij ſubſtinuerit litem per 11. annos & vltra pro recuperanda dicta hæreditate cum maximo ipſius M. damno & intereſſe; & inſuper ipſa D. P. in vxorem deſtinauit E. alteram eius filiam. Qui quidem P.tam ante matrimonium, cum dicta E. contractum quàm poſt multos labores incommoda,damna,& intereſſe paſſus eſt, tam in vrbe quàm in prouincia pro defenſione pręfatæ litis vertentis ſuper dicta hæreditate ſine præfatorum M.& P. auxilio,ſollicitudine,& impendio, fore perituram attenta magna potentia aduerſariorum, qui vt ipſa D. dicta hæreditate omnino priuaretur, Eamdem vt ipſa dixit de ingratitudine erga præfatum ſuum patrem turpiter calumniauerint.Cumque præfati M. & P. vltra denarios proprios erogatos multa debita cum diuerſis perſonis eorum, & cuiuſque ipſorum propriis nominibus, & tam inſimul quàm viciſſim pro dicta lite contraxerint,prout ipſa D.medio iuramēto, tactis ſcripturis dixit, & aſſeruit, & præfata D. nihil aliud præfatis eius generis promiſerit, & dare & obligare potuerit in dotem ſuarum vxorum ac in eorum recognitionem, remunerationem, & ſatisfactionem, quam dictam hæreditatem, & iura & actiones eidem D. ſuper dicta hęreditate competentes & ſpectantes, & propterea ad pręfata matrimonia contrahenda, & litem ſubſtinendam proprios denarios erogare,ac debita facienda pręfati M.& P.inducti fuerunt. idcirco dicta D. volens recognoſcere bonam fidem pręfatorum, & pro eius parte adimplere promiſſa,& vitio ingratitudinis non ſe ſubiicere; ſponte & ex eius certa ſcientia per ſe ſuoſque hęredes,cum pręſentia A.P.& M. eius proximiorum conſanguineorū conſentientiū, dicta omnia & ſingula vera fuiſſe & eſſe affirmando,& iurando, renuntians, in primis & ante omnia pręfata D. beneficio Velleiani ſenatuſconſulti, legi Iulię, epiſtolę diui Adriani, authen. ſi qua

mulier

mulier, & oĩbus aliis legibus ſtatutis reformationibus conſtitutionibus & decretis in fauorem mulierum introductis. certiorata prius de importantia dictarũ legum, & iurium per pręfatum Poteſtatem, quibus omnibus expreſſe renunciauit, omni meliori modo dedit, tradidit, ceſſit, & cõceſſit pręfatis V. & E. ac M. & ſuis filiabus & generis præſentibus omnibus ſtipulantibus, acceptantibus, & recipientibus omni meliori modo pro ſe ipſis, in dote, & nomine dotium totam hæreditatem & bona dicti q. B. per dictam M. occupatam, & nunc per filium eiuſdem indebitè poſſeſſam; nec non omnia iura & actiones, ipſi D. ſuper dicta hæreditate & bonis competentia, & competitura, & competituras, &c.

2 Cum iſtis tamen pactis & conditionibus infraſcriptis, videlicet quòd in euentum victoriæ ſupradictæ litis, in primis, & ante omnia de corpore ſupradictę hæreditatis ſoluantur, & ſatisfiant omnia & ſingula debita pro dicta lite facta, & facienda per ſupradictos M. & P. eius generos vſq; ad finem litis, & reſtituantur denarij per ipſos erogati, de quibus debitis & denariis ipſa D. ſtare voluit, & vult iuramento præfatorum M. & P.

3 Item quòd recuperata tota hæreditate & finita lite tam ſuper præfata hæreditate, & illius fructibus quã expenſis damnis & intereſſe, præfatus M. habeat, & habere poſſit de corpore dictæ hęreditatis pro mercede, & remuneratione omnium damnorum & intereſſe per ipſum paſſorum, tam in lite, quam in alimentis pręſtitis dictę D. & E. ſcut. duo millia monetę.

4 Item P. habere & conſequi poſſit oẽ id & totum, & quicquid recuperabitur à L. & eius procuratore, & fideiuſſoribus ratione fructuum perceptorum ex dicta hęreditate & bonis; necnon ratione damnorum & intereſſe et expenſas propter dictam litem, & occupatam hęreditatem, ac impintam calumniam quomodolibet in iuditio, & extra paſſorum & patiendorum. & hoc pro remuneratione & ſatisfactione omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe, periculorum, & laborum per ipſum P. patiendorum.

5 Item quòd B. patruus D. pręfata hęreditate recuperata, & dicta lite vt ſupra finita habeat, & conſequi poſſit ſcut. 1500. tam pro reſtitutione denariorum per ipſum erogatorum in principio litis, quàm remuneratione laborum A. & L. filiorum; ac pro omni eo, quòd ipſe B. pretendere poſſit occaſione dictę litis, & hęreditatis, quomodocunque & qualitercunque. & ſi dicta ſcut. 1500. conſequi voluerit, renunciet in primis, quatenus non renuntiauerit, omni conuentioni aliàs inter ipſum B. & D. initę & omnibus iuribus & actionibus ſibi de, & ſuper dicta hęreditate quomodocumque & qualitercunque nunc compepetentia, & in futurum quouis modo cauſa & occaſione cognita, vel incognita, tacita, vel expreſſa vigore alicuius chirographi vel contractus, ſeu teſtamenti forſan in futurum competituris. aliàs pręſens promiſſio ſit nullius valoris efficacię vel momenti.

6 Quę ſcut. 2000. obligata pręfato M. | 1500. ſcut. obligata B. ſoluantur poſt finitam litem, vt ſupra in tot bonis ſtabilibus, vel in denariis arbitrio pręfatarum V. & E.

7 Pro quibus debitis ſatisfaciendis necnon pro ſcut. 2000. M. & pro conſequutione, reſtitutione, & refectione

ne

ne omnium fructuum expenſarum damnorum & intereſſe P.ac 1500.B. vt ſupra reſpectiue obligatis & promiſſis eiſdem M.& P. præſentibus ſtipulantibus, & acceptantibus pro ſe ipſis eorum hæredibus & ſucceſſoribus,& ſupradicto A. præſenti & nomine præfati B. ſui patris eiuſque hæredum ſtipulantibus, & acceptantibus,& mihi notario &c.cum ſupradictis omnibus & ſingulis pactis conditionibus & renunciationibus,reſpectiue dicta D. obligauit, & hypothecauit dictam hæreditatem dicti B. ſui patris, & omnia iura, nomina & actiones ipſi D.competentes & competituras.

8 Conſtituitque inſuper præfatos M. & P.& eorum quemlibet procuratores irreuocabiles,etiã in rem ſuam,& quibus omnibus & ſingulis ſupradictis obligationibus ſatisfactis.

9 Reſiduum dictę hæreditatis ſit, & eſſe intelligatur pro æquali portione pro dotibus & dotium nomine præſatarum V.& E. præſentium, ſtipulantium,& acceptantium, & recipientiũ pro ſeipſis,& hæredibus.

10 Reſeruata tamen ipſi D.tertia parte fructuum donec ipſa vixerit ſuper reſiduo dictæ hæreditatis in dotibus aſſignantis.

11 Et quoniam dubius eſt litis euentus in caſu ſuccumbentiæ præfatæ litis, &c. dicti M.& P.ſponte &c. pro ſe, &c. præſentibus ſtipulantibus, & acceptantibus promiſſerunt, & quiſque ipſorum promiſit bene tractare, & coniugali amore proſequi pręfatas V. & E. eorum vxores, illaſque alimentare veluti fuiſſent competenter dotatæ.

12 Ac debita per ipſos & eorum quemlibet contracta pro dicta lite de eorum, & cuiuſque ipſorum bonis propriis pro equali portione ſatisfacere, & vlterius ipſam D. alimentare, & veſtire donec vixerit.

13 Quæ omnia & ſupradicti omnes promiſerunt attendere, & obſeruare cum iuramento, cum clauſulis ampliſſimis cum decreto Poteſtatis, qui mandauit inſinuari,&c.

Ego Simeon notarius ſcripſi & ſubſcripſi.

Iſtud inſtrumentum fuit productum in Rota per procuratorem P. & petita illius exequutio, fuit oppoſitum de conſtitutione Bonifacij. nunc videndum an contractus ſit licitus, & ſupradictæ conſtitutioni locus.

14 Quæ dicuntur in prohemio iſtius contractus poſſent impugnari cum veritate facti, quæ eſt in alio modo quàm hic narratur; quia pater exhæredauit filiam propter ingratitudinẽ, inſtituit M.cui ſubſtituit domum Lauretanam. ſi non eſſet hæres M. nihilominus vt excluderet, M. & domum Lauretanam ſupradictum contractũ fecit.

15 Et licet res litigioſa ex cauſa dotis alienari lite pendente poſſit, vt in l. fin. C. de litigioſ.in fine, ibi qui vel dotis nomine vel ante nuptias donationis, vel tranſactionis, aut diuiſionis rerum hæreditariarum factæ, vel per legati, vel per fideicommiſsi cauſam tales res, vel actiones dederint vel acceperint, vbi gloſſa & doctores omnes. tamen iſta alienatio lite pendente eſt fraudulenter facta, vt infra patebit,num. 17.

16 Quoniam non fuit ſimpliciter facta ex cauſa dotis, ſed cum pactis & cõditionibus infraſcriptis. videlicet ꝙ in euentum victoriæ litis præfatæ, inprimis& ante oĩa ſoluantur debita, vt ſupra num. 2. & quando ſupradicta

cta ſtipulantur inter D. M. P. & A. præſentes,& acceptantes,dicitur cum omnibus ſupradictis pactis conditionibus, & renunciationibus reſpectiue,vt ſupra num.7. & in num. 9. dicitur quòd reſiduum dictæ hæreditatis ſit, & eſſe intelligatur pro æquali portione pro dotibus,& dotium nomine præfatarum filiarum ſtipulantium, & acceptantium ; & ſic dos non eſt in tota hæreditate litigioſa,ſed in reſiduo, quod ſolutis promiſsionibus ſupradictis remanebit de dicta re litigioſa. adeo quòd nomen dotis fuit poſitum pro colore,nõ pro veritate; quia detractis debitis & aliis præmiſsis ſummis nihil aut parum remanet pro dote; & res litigioſa non poteſt alienari.dicta l.fin.C.de litig.

17. Secundo E.& V.erant anteamaritatę,& diu permanſerant cum maritis; & fraus præſumitur, quando fit inſtrumentum dotis mulieri quæ diu habitauit cum marito poſt contractum matrimonium. Calcan. conſil. 36. num. 2. maxime quando fit alienatio, vel contractus mente doloſa, & abſcondita machinatione, vt dicit textus in dicta l.fin. C.de litig. verſ. iuſtum eſt enim. & ibi Bald.nu.3.nã dolus malus eſt quædã machinatio ad alterius decipiẽdi cauſa,cũ aliud agitur, & aliud ſimulatur,vt alter fallatur & decipiatur. l. 1. §. dolum. ff. de dolo malo, & ex qualitate facti dolus probatur.l.1.§. fin. ff. doli mali, & met. except.& ibi gloſſa.& l. dolus. C.de reſcind.vend.& ibi gloſſa, & l. Iulianus §.ſi venditor.ff.de act.ibi dolo fecit qui de artificio mentitus, aut de peculio,prout in præſenti caſu mentita eſt D.quia hæreditas litigioſa non fuit data filiabus ex cauſa dotis, ſed ſub falſa dotis aſſertione, cum pactis & promiſsionibus illicitis, & vſq; eſt nimia cautela.propterea eſt in dolo.Bald.in l.in teſtamento.num.3.C. de teſtam.& conſ. 75. num.2. lib. 2. quia inſolita cautela reddit actum ſuſpectum. Curt.Iun.conſ.178.num. 13.lib.2.Maſcard.de probat.cõcluſ. 531.nu.103. vol.1. & falſa aſſeueratio dicitur dolus, quando ſcienter facta eſt.l.1.& l.ſi quis affirmauerit. ff. de dolo.Aymo.conſ.282.num.8. lib. 2.& infra num.39.

18. Illa verba cum iſtis tamen pactis, & conditionibus infraſcriptis vt ſupra num. 2. important conditionem. Alex.conſ. 119.num.1. lib.1. in caſu præſenti conditionem importat huius contractus.Io.Petr. Surdus conſ. 143. num.1.lib. 1. maxime quia nu. 7.repetitur,cum ſupradictis omnibus & ſingulis pactis, et conditionibus reſpectiue dicta D.obligauit dictam hæreditatem B. litigioſam ſupradictis M. & aliis præſentibus & acceptantibus,& ſtipulantibus,promiſsiones,pactiones, & alia præmiſſa. Decius conſ.401.num.1.& ſic illa datio in dotem eſt facta ſub conditione, vt detractis prius promiſsionibus reſiduum ſit filiarum.quòd reſiduum dictæ mulieres acceptarunt, vt ſupra num.9.

19. Quod in euentum victoriæ ſupradictę litis in primis, & ante omnia de corpore ſupradictę hæreditatis ſoluantur debita facta & facienda, pro dicta lite,vt ſupra num 2.& ſic de corpore hęreditatis litigioſæ in primis ſoluenda ſunt debita facta in hac lite per ſupradictos, in caſu victoriæ litis præfatę pendentis in Rota. et ſi non vincunt nihil volunt habere, ſed debita per ipſos, et eorum quemlibet contracta, perdita lite de eorum, et cuiuſque eorum bonis propriis pro ęquali portione ſatisfacere, vt ſupra

H num.

num. 11. & 12. nam D. promittit ſoluere debita in caſu victoriæ litis ſupradictis, & illi promittunt q ſi non vincunt, volunt ſoluere de ſuo debita. quæ promiſſio eſt pactum de quota litis & reprobatum: quia qui ponunt labores & pecunias, vt vincant vtentur omni calumnia, & conabuntur per fas & nephas vincere. l. ſi qui aduocatorum. C. de poſtul. vbi Bart. Bald. Franc. Aret. numero primo. Paul. de Caſtr. & Romanus. num. 3. Iaſ. in l. ſumptus. in princip. ff. de pactis. & c. 2. §. arcentur. 3. q 7. Roland. à Valle. conſ. 36. num. 20. & 21. lib. 3. vbi cõcludit quòd pactum de quota litis tunc eſt, quandò fit reſpectu rei in iudicio deductæ infra num. 54.

20 Et quia M. & P. procuratores promiſerunt facere ſumptus in lite de ſuo, vt dictos ſumptus recuperent in caſu victoriæ & non aliàs in parte rei litigioſæ, quòd à iure prohibetur in l. ſumptus. ff. de pactis vbi quòd ſumptus facti in lite ſi promittantur ſolui de re litigioſa non licet. & ſic in caſu victoriæ non ſolum recuperabunt ſumptus factos in lite, ſed euitabunt damnum. Salic. in l. ſi remunerandi §. Marius col. 2. verſ. iuxta quęro. ff. mandati. Roman. in d. l. ſi qui aduocatorum. num. 8. vbi dicit quòd præſumitur contra facientes ſumptus, quia in caſu victoriæ non ſolum conſequuntur lucrum, ſed euitant damnum. & Salicet. in dicto §. Marius dicit quòd eſt paſſurus maiora damna in caſu ſuccumbentiæ. per quas rationes reprobatur gloſſa in dicto §. Marius tam à Salicetò ibi verſ. iuxta quòd, quam à Romano in dicta l. ſi qui aduocatorum. num. 7. verſ. ſed hæc communis, & bene, quia tale pactum non valet. Paulus de Caſtr. in l. ſumptus. num. 2. ff. de pactis.

21 Et ſi promittatur aduocato vel procuratori mille pro ſalario in caſu victoriæ litis, dummodo faciat ſumptus litis de ſuo, non valet talis promiſſio. nam in l. ſi remunerandi §. Marcellus. ff. mandati dicitur quòd ille qui promittit agere ſuo periculo, perdit actionem mandati; ſi nihil promiſit de periculo, & expoſuit de ſuo, repetere poteſt. vbi gloſſa Salicet. & alij, prout fecerunt ſupradicti, num. 2. & 11. & 12. propterea perdiderunt actionem mandati ad pecunias expenſas in lite. Bart. in d. l. ſi remunerandi §. Marius. nu. 1. & ibi Salicet. in poſitione caſus, & non ſolum circa expenſas factas in lite, ſed pro eo q condemnatus fuit vt fideiuſſor. & idem dicit Fulgoſ. & Alber. dicit q tale pactum eſt improbatum, & obligationem nõ parit. Paul. de Caſt. in l. ſumptus nu. 2. ff. de pactis. ait q procurator paciſcens perdit actionẽ mandati ad id quòd ſoluit pro clientulo. Aret. & Bald. in dicto §. Marius, & hæc videtur communis opinio.

Et non poteſt procurator vel aduocatus paciſci de mercede, vel ſalario in caſu victoriæ litis, & ſiue vicerit cauſam ſiue non, & de aliqua quantitate pecuniæ paruula vltra mercedem ſibi dandam ſi vicerit cauſam. Alfonſus in practica crimin. canonic. lib. 9. concluſ. 14. in tit. de aduocatis.

22 Et D. ſtare voluit circa pecunias erogatas iuramento M. & P. vt ſupra nu. 2. in fine, iuxta text. in l. admonendi §. fin. ff. de iure iur. vbi Bart. Iaſ. & & cęteri ſcribentes, & Maſcard. de probat. concluſ. 952. nu. 17. & ſeq. vol. 2. & ibi de materia huius iuramenti, & Plotus in l. ſi quando. num. 56. & ſeq. C. de in litem iur. & ex facultate data ſupradictis liquidandi eorũ expenſas proprio iuramento ipſorũ videtur

dētur.data facultas vt poſſint illa liquidare vſque ad quancumque ſummam,& ſic hoc iuramento abſorbere totam dictam hæreditatem ex cauſa dictarum expenſarum.

23 Et ideo pactū de quota litis dicitur deprędatio contra clientulū litigantē facta.Aret.in l.ſi qui aduocatorū.nu. 3.verſ.noto ſecundo. C. de poſtul.& paciſcētes dicuntur deprædatores, vt dicitur in textu dictæ.l.ſi qui aduocatorū vbi Bald.id notat. Alber. col.1. verſ.nota dicit prædam eſſe cū aduocatus paciſcitur de quota litis,& Roman.ibi nu. 1.notat ꝙ paciſcentes de quota litis dicuntur derobatores, & tales paciſcentes de quota litis poſſent puniri vti derobatores,& deprędatores. Tiraq. de nobilitate. c.29.n. 45.& Prępoſit.in c. 2.§.arceantur.3.q. 7.notat ꝙ ſi aduocatus paciſcitur de quota litis dicitur deprædare clientulum,& redemptor litium.Sicardus in l.1.nu.1.C.de procur.& Fulgoſ.in d. l.ſi qui aduocatorum,nu.1.verſ.nota. 2.& vide infra nu.31.

24 Et habet locum in aduocato litterato vel illiterato. Roman.in d. l. ſi qui aduocatorū nu. 1.verſ.& habet locum C.de poſtul.quia non licēt ei paciſci cum clientulo vltra ſalarium taxatum à iure, & quatenus paciſcatur vltra, Iudex nō debet iudicare iuxta ſtipulationē,ſed ſecundū ꝙ in conſtitutione vel lege cōtinetur: quia illud plus habetur ac ſi non fuiſſet promiſſum,tanquam factum contra legem.l. nō dubiū.C.de legib.l.ſi non ſortē.ff. de condit.indebiti,in ſecūdo reſpōſo, & l.contra ius ff.de pact.nec valet acceſſio fideiuſſoris. l. cum lex ff. de fideiuſſ.nec valet promiſſio pœnæ. Afflict.ſuper conſtit.reg.Siciliæ in conſtitutione hac edictali.n.9.propterea dubito de deciſ. Guid. Papæ 102. & 190.& de eius cōſ.205.n.25.quia eſt cōtra l.1.§.in honorariis.ff.de var. & extra.cog.&eſt cōtra com.opin.doct. licet ſit in caſu iurato in quo pōt peti abſolutio à iuramento,vide j.nu. 60.

25 Et prohibetur hoc pactū de quota litis primo quia eſt damnū clientuli;ſecūdo quia paciſcēs facit propriā alienā cauſam vt per omnē modū etiā calumnioſum victoriā,quærat.Roman. in d,l.ſi qui aduocatorū nu.5.verſ.& tenendo hanc opinionem, quia aduocatus fit nimiū ſollicitus, & lex præſumit contra eū ꝙ excogitat oīa mala mūdi.l.ab Anaſtaſio.C.mandati, vbi Bald. hoc tenet, maxime qñ promittitur res litigioſa;ideo Angel.in l.ſumptus ff. de pact. dicit ꝙ oīs qui paciſcitur de quota litis efficit litis redemptor.Alex.in l.litē nu.2. C. de pactis dicit quòd faciet per fas & nephas quicquid pōt vt veniat ad victoriam. Fulgoſ.in d.l.ſi qui aduocatorū nu. 3. dicit ꝙ paciſcētes ſunt qui perſeuerāt in pacto vſque ad finem litis, & tunc propriè eſt pactum de quota litis qñ habet reſpectū ad rē in iudicio deductā.Roland.conſ.36.nu.20 & 21.lib, 3.& aduocati paciſcentes de quota litis in vrbe apud degeneres numerabantur.c.2.§.apud vrbem.3.q.7.& ideo in multis caſibus aduocatus excedit officiū ſuum,quos numerat Pariſ. de puteo in tractu ſyndicatus in tit.de exceſſu aduocatorū per totum.

26 Præterea aduocatus procurator & tabellio petentes ſalaria quæ taxata ſunt à cōſtitutionibus, vel à iure non incurunt aliquas pœnas. l. ſalarium vbi gloſſa ff. mādati dicit ꝙ ſalarium procuratoris non excedit ſcut 100.l. 1.§.aduocatos,& §.l icita. ff. de variis & extr. cognit. & Salicet. in dicta l. ſalarium not.1.Specul in capit.1.nu. 24.de poſtul. lib. 6. Egid.Bellamera.

Deciſ.437.Tiraquel.de nobilit. c.29. num.25.& ſeq. Et ſi plus iuſto ſalario exigunt ſunt deprædatores, & poſſunt cogi, ſi exigunt plus debito illud plus exactum reſtituere. Tiraq. in dicto cap.29.num.52. de nobilitate. Io. Monachus in quarta gloſſa, in cap.1.de ſententia excom. in extrau. Nauarrus in conſtitutione Gregorij. num.34.

27 Et procurator & aduocatus non poſſunt conuenire & paciſci de certa re deducta in iud.vel non deducta, licet Bald.in l.ſi qui aduocatorum.nu. 1.C.de poſtul.dicat ꝙ poteſt paciſci ſuper re nõ deducta in lite per l. 1.C. de ſuffragiis,quę Salic.ibi col.2.verſ. extra igitur,ſequitur cũ per l.1.§.& ſi nomine ff. de variis & extraord. cognit.qui eſt verſ.§.& quidã,vbi in textu dicitur litis cauſa 1.malo more pecuniam petis,& ſocietatẽ futuri emolumẽti, ita ꝙ non excedat licitã quãtitatẽ ſalarij dari ſolitã pro ſingulis. Paul.de Caſt.in d.l.ſi qui aduocatorũ reprehendit Bald. & Salicet. in eo ꝙ dicunt valere pactum factum ſuper alia re non deducta iudicio, & ſuper qua non erat controuerſia,ratione tamen victoriæ obtinendæ rei deductæ in iudicium,quia eſt eadem ratio prohibitionis qua inducitur aduocatus ad calumniandum. nam vbicunque pactum confertur in euentũ victoriæ litis, vt puta ſi vincam volo habere tantum,ſi non vincam, nihil volo habere,ſed volo te iuuiſſe gratis;ſemper pactum eſt reprobatum: quoniam vt vincat, omni calumnia, & falſitate, quibus poterit, vtetur, etiam per fas & nephas. & hanc opinionem probat per dictam l.ſi remunerandi §. Maurus & l.ſalariũ ff.mandati. Aret.ibid. nũ.1.Alber.verſ.in gloſſa dicit quòd hæc eſt communis opinio.Roman.ibi nu.3.& 4.Alex.in l. litem. C. de procur. Fulgoſ.in §. Maurus num.2.

28 Et ſic omnis promiſſio facta aduocato & procuratori in caſu victoriæ litis,de certa quantitate bonorum in lite poſitorum ſemper eſt reprobata: quia vt vincat faciet quicquid poterit,per fas & nephas;ſecus ſi non dicit in caſu victorię.Rom.in dicta.l.ſi qui aduocatorum.nu.4.& 5.Alex.in l.licet.C de procur.nu.2.& ibi etiã Fulg. & in his terminis procedunt conſtitutiones Bonifacij,& Gregorij pro obtinenda iuſtitia apud ſedem Apoſtolicam.Rebuff.in l.litis nomen. 36. ff. de verb.ſign.Franciſ.Mar. Deciſ.19. parte 1.num.2.

29 Pactum de quota litis factum,vt non detur in caſu victorię procuratori,vel aduocato,ſed vxori ſuæ eſt reprobatum.gloſſa in l. ſi remunerandi. §.Maurus in verbo pactus ff.mandati, ibi datis dominæ meæ ꝙ perinde habetur,ac ſi daret procuratori marito, & ibi Salicet.col.2.verſ.quæro nũc.& Alber.verſ.ſub nomine alterius,& facit. l. ſi per impreſſionem. C. ꝙ met. cauſa,& hęc faciunt pro declaratione pacti appoſiti in d.inſtrum. num.5.vt diceretur infra nu.44.& hęc fiũt in fraudem legis.gloſſa in c.plerique 14.q.3. vbi Archidiaconus.

30 Et iſta pacta de quota litis non valent de iure ciuili, cum ſint improbatà non ſolum ratione finis, ſed formę Salicet.in d.l.6.§.Maurus.verſ.pacta autem ff.mand. Iacob. de Aren. in l. ſumptus. ff. de pact. dicit quòd non debet quęri an aliquis paciſcatur de quota litis, ſed ſolum an excedat ſalarium à lege taxatum;licet contrarium teneãt omnes doctores.ſed opinio Iacobi de Arenæ poteſt adaptari ad conſtitutionem Bonifacij; in qua prohibetur nihil paciſci, promitti

vel

vel dari pro obtinenda victoria apud ſedem Apoſtolicam. & quòd non valeat pactum de quota litis tenet Petrus de Vnzola in pract. notariatus, in cap.de diuiſionibus pactorum. nu. 7.& 8. nec etiam valent de iure canonico.cap.2.§.arceantur.3.q.7. vbi Archidiac. Domin. Præpoſit.& Ægid. & ratio propter quam non valet pactum huiuſmodi eſt, quia adducitur aduocatus ad delinquendum, vt uincat, & omnia faciet per fas & nefas. Bart.in l.ſi qui aduocatorum.verſ. cõtrarium. quem communiter ſequuntur doctores ibi.

31 Redemptor litis dicitur ille,qui paciſcitur de quota litis in caſu victoriæ.Ang in l.ſumptus.ff.de pact. ad finem, quia quocunque modo conueniat in tertia, quarta, vel alia parte litis in caſu victoriæ eſt litis redemptor. dicit Sicard.in l.litem.num.1.C. de proc. & dicit textus in d.§.Maurus ibi,& quaſi redemptor litis extitiſſe, quia mercede pacta acceſſerat ad talem redemptionem. & vide ſupra numero 23.

32 Et iſti dantes & recipientes pro iuſtitia obtinenda, conſpiratores proprie vocãdi ſunt, ex quo faciunt conſpirationes ad deſtructionem ſtatus vnius perſonæ.capit.coniurationum. vbi Archidiac. Domin.& Præpoſ.11. quæſt.1.& conſpirantes ſunt infames & puniuntur variis pœnis,vt in c.conſpirationum.22.& ſeq.11.q.1.& officium conſpiratoris eſt opponere falſa crimina, & facere falſas probationes, vt fiant falſa iudicia.l.1.§.1.& l. 6.§.fin.ff.ad ſenat.conſult.Turpill.& l.atletas.§.calumniator. ff. de his qui not.infamia.& l.noſtris.C. de calumniat.quia paciſcentes de quota litis, vt vincant per fas & nefas faciunt omne malum.

33 Quid ſi fiat pactum de quota litis inter collitigantes ex vna parte,inter quos vnus venit ad curiam,& vti procurator,vel aduocatus agit pro omnibus collitigantibus illius partis, cui omnes collitigantes date promiſerũt in caſu victoriæ litis præfatæ ſcut. 3000.de bonis litigioſis;an talis collitigans pro portionibus aliorũ & ſua comprehendantur in pœnis iuris, & conſtitutionis Boniſacij.& videbatur dicendum quòd nõ, ex quo habet intereſſe in cauſã, ratione ſuæ portionis,& ei pro laboribus aliquid promitti poteſt,maxime quia eſt conſanguineus,& conſors litis; ſed contra dicẽ-
34 dum eſt ex pluribus.Quia conſors litis gratis pro conſorte ex debito charitatis agere debet, & non pro dicta actione & procuratione recipere ſcut. 3000.ex bonis litigioſis, & accipiendo turpiter facit.l. fin.C. de condit. ob turp.cauſam.immo officio priuandus eſt.l.ſi qui aduocatorum.C.de poſtu.& cap.2.§. arceantur.& §.præterea. 3.q.7. & cui eſt promiſſa certa quantitas. ex euentu litis priuatur de iure officio aduocationis.l. ſi remunerandi.§. Maurus. ff. mand.& paciſci non poteſt quòd certa pars rei deductæ in iudicium detur procuratori vel aduocato.l.ſumptus.53.ff.de pact.& recipiẽs aliquid propter hoc digni ſunt reprehenſione.l.litem. C. de procur. vbi Iaſon num.2. dicit quòd officium procuratoris debet eſſe gratuitum, & Sicardus ibi num.1.& 5.& Fulgoſ. num.2.

Nota quòd conſors litis dicitur ille qui participat in dominio. Bald.in l. dudum in fine C.de contrahen. empt. Alex.conſi.154.num.8.lib.2.& in toto titulo C.de conſ.eiuſdem litis.

35 Non obſtat quòd habet intereſſe in cauſa,& propterea illi aliquid promitti

mitti poſſit de re litigioſa ꝓpter ſuos labores, præſertim quia eſt cōſanguineus; quia reſpondetur, ꝙ iſta promiſſio vltra ꝙ ſit de re litigioſa, eſt turpis: quia adducit conſortē ad faciendum calumniam. Bart. in d. l. ſi qui aduocatorum, & quia procuratio ſumpta à conſanguineo debet eſſe gratuita, & non illicita. l.licet. C. de procur. & in terminis eſt conſil. Anchar. 175. in primo dubio. & Boer. in aduocato, qui habet cauſam communem cum aliquo, an poſſit petere expenſas & quando in deciſ. 210. ergo talis conſors, ex vna parte ex pacto ſit conſors litis ſiue aduocatus nihil poteſt de iure accipere, ſiue ex promiſſione, ſiue ex pacto, vel quocunque modo, & ſubiacet pœnis iuris communis, de quibus infra: maxime quia qui eſt cōſors litis in omnibus partibus, quòd prohibetur. Bald. in dicta l. ſi qui aduocatorum. & Fran. Marci deciſ. 19. num. 1. parte 1. & Alexan. in l. litem. C. de proc. Fran. Becius cōſ. 49. col. 2.

36 Nec dicatur, quòd poſſunt recipere quotam partem rei litigioſæ pro laboribus & periculis paſſis in ſubſtētatione litis in perſona ſua, & pro impenſis in lite factis. Nam reſpondetur quòd labores pericula & impenſæ debent eſſe licita, & non ſufficit illa allegare, ſed oportet ea probare, nam merita, quæ afferunt in contractu, niſi probentur non ſunt remuneranda, quādo ſumus inter perſonas prohibitas prout in caſu paciſcentiū de quota litis. Sozzin. conſi. 66. num. 14. vol. 3. Hypolit. Riminald. conſi. 569. num. 18. lib. 5. Aymo. conſi. 851. nu. 8. lib. 5. immo merita & beneficia ſunt probanda, et illa concurrere debent cum pretio bonorum donatorum. Maſcar. concluſ. 560. num. 1. & 6. & 7. allegat Tiraquell. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. num 70. C. de reuoc. donat. & quòd in prohibitis non ſufficiat aſſertio ſingularis meritorum, eſt communis ſententia doctorum, vt dicit Ruin. conſil. 44. num. 9. lib. 5. Tiraquell. vbi ſupra nu. 89. quia vnicuique licet legem fraudare cum iuramento contra. l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1. Tiraquell. vbi ſupra num. 91. Paciſcentes de quota litis, ſunt perſonæ prohibitæ à iure, vt dictum eſt ſupra nu. 30. & ſeq. Maſcardus late concluſ. 560. per tot. vol. 1. dicit quòd merita debent eſſe æquiualentia rei donatæ.

37 Præterea res litigioſa ante finem litis non debet in aliquam perſonam transferri, quia debet permanere in eodem ſtatu vſque ad finem litis. l. fi. C. de litigioſ. & Bart. in l. 1. ad finem. ff. de litig. c. fin. 11. quæſt. 1. nec etiam actionem poteſt quis alteri cedere poſtquam eſt in iudicium deducta. l. 2. C. de litigioſ. & vide gloſſam in d. cap. fin. 11. q. 1. ponentem plures caſus fieri prohibiti poſt litem motam & ibi Archid. Domin. & Præpoſ. quia res & actio litigioſa debet vſque ad finem litis permanere. Natta conſil. 401. num. 1. Aymo. conſi. 481. num. 20. lib. 3. & Robert. Lancell. in tract. de attent. par. 2. c. 4. nu. 451. & quia alienatio lite pēdente facta præſumitur doloſe facta. Pariſ. conſ. 138. num. 28. lib. 4. Berous conſ. 120. nu. 33. lib. 1. Burſatt. conſ. 100. nu. 23. lib. 1. nec alienari poteſt lite pendente in fauorem piæ cauſæ. l. fin. ff. de litigioſ. nec etiam donari. l. ſi. C. de litigioſ. Boer. deciſ. 33. nu. 2. nec etiam pignorari. Alciat. conſ. 61. num. 3. lib. 8.

38 Quinimmo ceſſio facta procuratori, aduocato, aut cuicunque perſonæ de re litigioſa eſt prohibita, & procurator, vel aduocatus condemnatur in

pœnis

pœnis legum. Franciſ. Marci deciſ. 470.num.4. parte 2. quia aduocatus & procurator ſunt prohibiti contrahere cum clientulis.l.ſi qui aduocatorum.C.de poſtulan.l.litem.C. de pactis.l.ſumptus. ff.de pactis.&l.ſi quis remunerandi.§.Maurus. ff. mand. & in dictis locis doctores omnes & ceſſio iurium ſimulata præſumitur non præcedente iuſto pretio. l.per diuerſas.& l.ab Anaſtaſio.C.mand.& Plot. in l.ſi quando.num.538.C.vnde vi.

39 Et quia paciſcentes de quota litis ſunt in dolo, Salic.& Paul. de Caſtro num. 2.in l.per diuerſas. C. mand.& Plotus in l.ſi quando.nu.534.C.vnde vi. tenet,q́ contra hos paciſcentes tanquam doloſos poſſit in litem iurari propter damna,expēſas,& intereſſe. l.nummis. vbi gloſſ.fin. in fin.& l.in actionibus.ff.de in litem iurando,quia tales paciſcentes ſemper quærunt obtinere per fas & nefas,& ſemper vtuntur calumnia.l.litem.C.de procur.vbi Cyn.Iaſ.& alij,& dolus alienantis rē litigioſam ex ipſa alienatione rei litigioſæ probatur. Bart. in l. qui petitorio in fine.ff.de rei vend.Cephal.conſil. 64.num. 19. Burſart.conſil. 100. num.23. lib.1.Hypolit.Rimin.conſil. 100. num.21.lib.1.vide etiam ſup.nu. 17.In fine.

40 Et quia in dicto inſtrumēto ſupra num.3.& 4 promittitur M. & P. præſentibus, quod recuperata tota hæreditate,& finita lite ꝓ expenſis,dānis, & intereſſe M. habeat ſcut. 2000. de corpore ſupradictæ hæreditatis pro mercede, & remuneratione omnium damnorū,& intereſſe,hoc pactum,vel promiſſio de re litigioſa facta ex dictis cauſis de iure non valet:quia promiſſio eſt in caſu victoriæ litis. nam verba recuperata hæreditate,& finita lite pro expenſis,&c. habeat ſcut. 2000. nam iſta promiſſio ſic facta eſt pactum de quota litis. dicta l.ſi qui aduocatorum, et dictum eſt ſupra numer. 19.et 20 et ex effectu malo ſubſequuto arguitur. Bald.in l.1.ad finem C.ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Aymo. conſil.282. numero 8.verſ.tertio. lib. 2. et verſ. nono. dolus in eo arguitur, qui id facit, quod iure non licet.Barto. in l. propter veneni. ff.ad Sillanian. hic facta eſt dicta promiſſio 2000. ſcut. doloſe de re litigioſa, habita victoria litis, quæ promiſſio non valet, quia actio et res litigioſa non poteſt alienari, cedi, vel in alium transferri, Calcan conſil.36. numero 2.et qui facit rem prohibitam eſt in dolo. Alex. conſil.74.numero primo lib. 7. Corn. conſil.93.et 360.lib. 3.Maſcar. concl. 531.numero 10. 50.et 51. vol.1.et ille qui recipit pactum de quota litis. multa illicita facit.Alex.in l.litem.nu. 2.ff. de pact.

41 Et licet promiſſio dicatur pro mercede.i.ſalario, non valet iſta promiſſio in tanta ſumma, quia ſalarium nō excedit ſummā 100.ſcut. vt dictū eſt ſup.nu.26. et pro remuneratione omnium damnorū nā remuneratio dicitur illud q́ cōceditur occaſione beneficij antea facti.l.ſi remunerādi.ff.mā. vbi gl.1.dicit,q́ honor eſt ei cui datur remuneratio.Bar.in l.ſed ſi lege. §.fi. ff.de petit.hæred.et paciſcens de quota litis non poteſt pro remuneratione aliquid recipere de re litigioſa, vt dictum eſt ſupra nu.27.et 28. nec valet pro damnis,expenſis, et intereſſe pecuniarum expoſitarum:quia ſi non poteſt ſumptus in lite factos repetere, vt dictum eſt ſupra num.20.minus poteſt dāna, expenſas, et intereſſe,quia ſi non valet principalis actio minus acceſſoria valet. Romanus conſil.42. numero 3.et conſil.171.num.4. Ripa in l.

in l.1.§.ſi quis ita col.pen.ff. de verb. obligat. Tiraquel.de conſtituto par. 3.limit.7.nu.27. Maſcardus late con cluſ.14.num.12.lib.1:nec minus debentur pro periculis & laboribus paſſis ratione dictæ litis: nã ultra quòd iſta pericula & labores nõ probãtur, tamen non debentur paciſcenti de quota litis: quia vt vincat faciet omnia per fas & nefas, vt dictum eſt ſupra num. 19. & ſeq. præſertim quia res litigioſa ex quacunque cauſa donari, cedi, & transferri in alium non poteſt,vt ſup.nu.37.& 38.

42 Et ſi dicatur quòd promiſſio valet quia facta fuit generis & coniunctis perſonis D. reſpondetur,quòd res litigioſa per actorem dari,donari,promitti,aut transferri non poteſt in coniunctam perſonam, vel extraneam, etiam per viam venditionis,vel cuiuſlibet alterius contractus.l.2.C.de litig. vbi glo.Bald.Salic.& alij.& vendens punitur, quia priuatur eius pretio, & applicatur fiſco;& omnia contenta in inſtrumento ſunt nulla. l. 4. C. de litigioſ.& ibi gloſſ.quam ſequitur Salic.ibi.Puteus deciſ.362.lib 2.

43 Et mandat ut iſta 2000.ſcut.M.& 1500.B.ſoluantur poſt finitam litem in bonis ſtabilibus, vel in denariis,vt ſup. num. 6. & ſic ante finitam litem bona litigioſa dantur inſolutũ contra diſpoſitionẽ iuris,ut l.2.& 4.C.de litig.& faciunt quæ dicta ſunt ſup.nu. prox.& hæc non ſimpliciter, ſed ſemper in caſu victoriæ,poſt finitam litẽ, & de bonis ſtabilibus litigioſis.

44 Et in dicto contractu ſupra nu. 5. vult ꝙ B. eius patruus hæreditate recuperata & finita lite, vt ſupra, & ſic in caſu victoriæ, conſequi poſſit ſcut. 1500. primo, pro reſtitutione pecuniarũm expoſitarũ in principio litis, & pro remuneratione L. & A. filiorũ B. quia datur patri propter filiorum labores, qui fuerũt ꝓcuratores D.in iſta cauſa, cum non liceat dare patri propter labores filiorum, ſicut non licet dare vxori propter labores mariti, vt dictum eſt ſupra nu.29.

45 Ac pro omni eo quòd prætendere poſſet B. occaſione dictæ litis, & hæreditatis, & ſi dicta ſcut.1500.conſequi voluerit, renuntiet in primis omni cõnuentioni, aliàs inter ipſam D. & B. initæ. & ſic B. non ſolum fecit vnam conuentiohẽ cũ D.ſed aliam,in qua promittebatur eidem medietatẽ bonorum in caſu victoriæ,& ſic fecit duo inſtrã pactorũ de quota litis D. cum B. cui inſtrõ & apocis vel chirografis B. ſi vult conſequi ſcut. 1500. renũciare tenetur:& ideo non ſemel, ſed pluries in eodẽ delicto peccauit. & committẽs plura delicta in eodem genere pluribus pœnis puniendus eſt. l.2. ff.de priuat. delictis. Iulius Clarus in pract.crim.quæſtio.84. verſic. ſcias etiam.

46 Et paciſcentes de quota litis pluribus pœnis puniuntur. Primo, pœna falſi cõdemnari poſſunt lege Iulia de vi priuata.l. ex ſenatus conſulto, vbi gloſſa ff.ad leg.Iul. de vi priuata.& l. 1.§.1.ff.ad leg.Corn.de falſis.Rolan. conſi.36.num 21.lib.3.& gloſſ.in l.1. de calumniat. Marcus Antonius Peregrinus de iure fiſci lib.4.tit.7.num. 16.car.341.& gloſſa in l.1.§.fin.ff. de falſis.

47 Secundo priuatur aduocationis, & procurationis officio paciſcens de quota litis. l.ſi quis aduocatorum.C. de poſtul. & Paulus de Caſtro numero 1.Aret.num.3. dicit quòd ex ſolo pacto pœna priuationis irrogatur ipſo iure, & Roman.num.8.dicit quòd dicta pęna ipſo iure irrogatur ꝓpter verbum, penitus, quòd eſt verbum præciſum

præciſum poſitum in dicta l.ſi qui aduocatorum. Marci Antonij Peregrini de iure fiſci. lib. 4. tit. 7.num. 16. carta 341.

Tertio paciſcentes de quota litis vocantur depredatores, & rubatores & vti tales puniendi.Roman.in d.l.ſi qui aduocatorum.num. 1. & dictum eſt ſupra nu.23.

Quarto puniuntur in duplum, & quadruplum ſecundum Aret.in dicta l. ſi qui aduocatorum, nu. 3. & duabus libris auri.Fran. Marci deciſ. 19. num. 3.parte prima.& deciſ 479.nu. 3.par.2.

Quinto priuãtur patrocinio aduocationis & procurationis faciẽtes pacta de quota litis. Fran. Marci deciſ. 470.num.3.par.2. & procurator priuatur actione mandati.Bart.in l.ſi remunerandi. §. Marius. num.1.ff.mandati.& dictum eſt ſup.num.21.& priuantur officio aduocationis,& procurationis. l.ſi qui aduocatorum.in fin. C.de poſtul.

Sexto pacta de quota litis non valent, quia ſunt improbata ratione finis & formæ.Salic.in d.§.Marius.col. 2.verſ. pacta autem. ff. manda. vt dictum eſt ſupra numero 30. & inf. numero 60.

Septimo ſunt doloſi paciſcentes de quota litis,& contra eos poteſt iurari in litem.Plotus in l.ſi quando. C. vnde vi.numero 539.& dictum eſt ſup. numero 38.

Octauo ſunt de iure reprehenſibiles, & ab agendo ſunt remouendi, & repellendi,vt tollatur materia delinquendi, cum per fas & nefas quærant ad victoriam cauſæ peruenire.l.litem. vbi Alexand.numero 1.& 2.C.de procurator.

48 Nono pactum de quota litis, cum ſit illicitum dicitur derobatio bonorum alterius,& incidunt facientes talia pacta in crimen furti,ex quo illicitis pactionibus furari quærunt bona clientuli et aliorum per fas et nefas, vt dictum eſt ſupra par.2.nu. 18.

49 Pactum factum poſt finitam litem de aliquid dando aduocato nomine Palmarij valet; ſed poſt ceptam & ante finitam litem non valet. Paul. de Caſtro in dicta l. ſi qui aduocatorum C.de poſtul. & omnes doctores ibi, & præſertim Rom. num. 4. verſ. nec obſtat:& eſt ratio, quia tunc ceſſat ſuſpitio calumniæ, & prohibitionis. nam poſt finitam litem non præſumitur quis velle calumniari in lite iam terminata, & finita. Alex.in l.litem. verſ. ſed prædictis obſtat. C.de procur. & dicit hoc eſſe ex mente Fulgoſij, & Pauli de Caſtro. Pręterea iſtud Pactum de modico fieri poteſt, non de magna ſumma, quia tunc non valeret. l.ſalarium.ff. mandati. & dicetur infra num. 78. & quòd pactum poſt finitam litem valet in quantitatę honeſta tenet Nauarrus in conſtitutione Gregorij nu.19.21.& 31.verſ. ſed iis non obſtantibus.

50 Præterea D. præſentibus & acceptantibus M. P. & A. pro omnibus, & ſingulis ſupradictis pactis, promiſſionibus, conditionibus, & renunciationibus reſpectiue obligauit, & hypothecauit dictam hæreditatem B. ſui patris, & omnia iura,nomina, & actiones ipſi competentes, vt ſupra numero 7. hæc obligatio rei litigioſæ facta ſupradictis nominatis præſentibus, & acceptantibus, cum pactis, conditionibus, & promiſſionibus ſupradictis confirmat ſupradictum pactũ de quota litis factũ cum ſupradictis omnibus. Secundo obligat & alienat pro præmiſſis promiſſionib. & pactis bona litigioſa,ꝙ fieri

non poteſt. l. 2. C. de litig. Afflict. deciſ. 396. num. 10. Milis in verbo litigioſa res. Alexan. conſil. 45. num. 5. lib. 3. Pariſ. conſil. 108. num 4. lib. 1. Menoch. conſil. 2. num. 96. & num. 291. lib. 1. quia talis alienatio præſumitur dolo facta. Pariſ. conſilio 138. num. 28. lib. 4. Cephalus conſilio 64. num. 19. cum aliis allegatis ſupra numero 17. Tertio, quia iſta promiſſio & alienatio eſt facta præſentibus, & acceptantibus illis in quibus eſt facta alienatio, & ſic per ſtipulationem. §. ſi ſcriptum inſtitut. de inut. ſtipul. Bart. in l. 1. C. de vſur.

51 Conſtituitque ipſa D. inſuper præfatos M. & P. & eorum quemlibet inſolidum procuratores irreuocabiles, etiam in rem ſuam, & iſta conſtitutio procuratoris facit ꝙ ſupradicti nominari pro hæreditate B. nomine ꝓprio vtili actione, & directa, nomine conſtituentis agere poteſt. Bart. & doctores in l. qui ſtipendia. C. de procur. & conſtituere procuratorē ut in rem ſuam, nihil aliud eſt niſi quòd principalis ponat illum in locum ſuum. Barto. Alex. & Iaſon in l. 2. § fin. ff. de operis noui nunc. & eſt tex. in l. illum ſub. tilem. C. de donat. vt declarat glo. in c. 1. de procur. in 6. verſ. in rem ſuam vbi Ioan. And. & Franc. Felin. in cap. licet vndique. num. 3. de offic. deleg. & vlterius apud acta in iſta cauſa fuerunt procuratores conſtituti P. & L. qui fecerunt cauſas criminales & ciuiles, & tamquam paciſcentes de quota litis eſſent puniendi, vt ſup. nu. 46. & ſequen.

52 Sequitur in dicto contractu, & ſupradictis omnibus & ſingulis obligationibus ſatisfactis reſiduū dictæ hæreditatis ſit & eſſe intelligatur pro æquali portione pro dotibus, & dotiū nomine præfatorum V. & E. præſentium, ſtipulantium, & acceptantium, & recipientium, vt ſupra num. 9. & ſic ex iſta clauſula reſtringitur dos filiarum ad reſiduum eius quod remanebit ſatisfactis omnibus obligationibus pręfatis; & tunc parum aut nihil remanebit. & circa dotem iſta clauſula eſt attendenda, quæ eſt facta per D. præſentibus filiabus & acceptantibus, & demonſtrat quòd ea, quæ dixit in principio ibi, dedit, ceſſit in dotem, & dotis nomine, ſunt fraudulenter poſita pro colore huius contractus, vt dictum eſt ſupra numero 15. & 16.

53 Poſtea ſequitur in dicto inſtrumēto, reſeruata tertia parte fructuum ipſi D. donec vixerit ſuper reſiduo dictæ hæreditatis in dotibus aſſignatæ, vt ſupra num. 10. & ſic ſuper reſiduo dictæ hæreditatis reſeruarut vſusfructus D. non ſuper bonis aſſignatis ſupradictis M. P. & B. & ex his mala intentio D. contra B. demonſtratur: quia ipſa non curabat habere dicta bona, dummodo quouis modo auferantur a dictis hæredibus qui ſunt M. & L. & domus Lauretana, quia ex euentu malo ſubſequuto eius mala intentio cognoſcitur. Bald. in l. 1. circa finem. C. ſi quis omiſſa cauſa teſt. Aymon. conſ. 282. num. 8. verſi. tertio & nono dolus arguitur, quia id facit ꝙ iure non licet, & dictum eſt ſupra numero 17.

54 Sequitur in dicto contractu nu. 11. quoniam dubius eſt litis euentus, ſupradicti M. & P. promittunt nolle aliquid ex promiſſis habere in caſu ſuccumbentiæ, & hæc particula promiſſionibus, de quibus ſupra nu. 2. 3. 4. & 5. reſpondet, quia paciſcens de quota litis promittit paciſcentibus in caſu victoriæ, & in caſu ſuccūbentiæ ipſi nihil volunt habere, vt dictum eſt ſ. numero

mero 19.& ad hoc vt vincant,facient quæcunque poſſunt per fas & nefas. & tale pactum eſt prohibitum de iure, & priuat eum, qui expoſuit pecunias actione mandati.l. ſi remuneran di.§.Maurus. & §. Marcellus.ff.mand. vbi Salic. col.fi. verſ. iuxta quod quęro . & facit hæc clauſula ſolemne pactum de quota litis,vt ſup.num.19 in hac tertia parte.

55 Sequitur in dicto contractu,ac debita per ipſos M. & P. facta pro dicta lite de eorum proprijs pecuniis ſatisfacere, & dictam D.alimentare,& veſtire donec vixerit,vt ſupra nu.12.& non præſumitur quòd ſupradicti ſint in hoc caſu liberales; quia in neceſſitatibus nemo liberalis præſumitur . l. rem legatam in fine.ff.de admin.leg. Ioan.Petr.Surd.conſil.112.num.7.& Maſcard.concluſ.979.lib.2.num.1.& concl.554.num.1.& ſeq.

56 Quæ omnia ſupradicti omnes attendere & obſeruare promiſerunt cũ iuramento: & iſta clauſula in contractu excludit omnem exceptionem . Bald.in additione ad Specul.de emp. & vendit.verſ.quæ omnia,& refertur ad ſingula pacta & capitula. Atet. in l.Titia.§. aliquid il 2.ff. de verborum obligationib.

57 Ego S. notarius rogatus in forma poteſt incidenter quæri , an notarius rogatus de hoc inſtrumento,& de huiuſmodi pactis illicitis, & à iure prohibitis ſit puniendus de iure,& videtur quòd poſſit puniri : quia potuit contrahentes prohibere,& dicere eis nolo rogari de iſtis pactis illicitis factis contra iura ciuilia & canonica : tamen nihil dixit vnde puniri debet. Matth. de Afflicto ſuper conſtitutionibus Regni Siciliæ in conſtitutione incipiente , Baiulos quæſtione 7. in vndecimo not.& notarius faciens inſtrumentum de iure prohibitum punitur. Guido Papæ quæſt.433.nec excuſatur dicẽdo quòd ignorauit illud inſtrumentum eſſe prohibitum de iure. Caſſan. ſuper conſuet.Burg. Rub. 2.§.1.num.23.& ſeq.& notarij rogati de inſtrumentis vſurariis ſunt periuri,& eis fides non adhibetur. c. fin. diſtin 46. vbi Archid.Domin.& Prępoſit.& Turrecrema.& ibi etiam dixi numero 4. Romanus ſingul. 385. vide quæ dixi in tractatu de acquir.poſſeſſ.c.9.nu.44.et 45.

58 Et non ſolum notarius puniri debet , ſed iudex qui interpoſuit ſuper huiuſmodi contractu illicito et de iure prohibito decretum,cum debuiſſet prohibere partes ne contraherẽt ſub dictis pactis illicitis,et faciunt omnia iura allegata ſupra numero 57. proximo. et vlterius iudex non debet eſſe negligens,quia negligenti iudici au fertur iuriſdictio,vt infra nu. 87. non debet eſſe ignorãs,quia ignorans ſem per errat, et erroris proprium eſt approbare falſum pro vero. cap. 11. diſtin.38.et vide infra num. 87. ex quibus poteſt conſiderari, quòd iſta approbatio facta à iudice de hoc contractu eſt punibilis,cum approbet cõtractum à iure reprobatum , et punibile : immo iudex eſt excommunicatus tanquam præſtans conſilium , et auxilium , vt dictum eſt ſupra in ſecunda parte numero vigeſimotertio, et uigeſimoquarto.

59 Et non ſolum notarius puniri debet rogans tale inſtrumentũ,et iudex approbans,ſed vtens ſciẽter illo in iudicio,cũ cõtractus ſit prohibitus à iure,ſiue vtẽs ſit ꝓcurator vel heres.nã vtens falſo inſtr̃o vel teſtib.ſciẽter,punitur ſicur cõmittens.l. ſi falſos. C.de falſ.et ibi per oẽs ſcriben.Hypo. Marſ. conſ.70.n.19.et ſeq.Caſſan.ſuper cõſ

Burg. Rub. 2.§. 1. num. 23. in additione.& faciunt quæ dicta ſunt ſupra in conſtitutione Bonif.nu.69.& hoc quia proueniunt à lege, quæ punit vtentem,ſicut facientem. & lex eſt illa quæ monet ne vtantur, & tamen contra legis prohibitionem vult vti ſimili inſtrumento. & in ſimili dicitur de vtentibus litteris falſis ſiue laici, ſiue clerici ſint excõmunicati ipſo facto. Abbas in cap.ad falſariorum.nu.6.de crim.fal. vbi Anchar.num.6. & in dubio præſumitur ſcire falſitates vtens falſo inſtrumento,vel litteris. Ant.de But.in d. cap. ad falſariorum. col. 2. verſ. venio ad gloſſam. Et quid debeat facere vtens falſo inſtrumento prohibito docet Ioan. de Ana.in d.c. ad falſariorum.nu.2.& 12.de cri falſi.

60 Supra concluſum eſt pactu de quota litis non valere, tamẽ Guido Papa deciſ.102.& 190.& conſil.205.num. 25.tenet ꝙ cum iuramẽto etiam vltra ſummam petitã valet, & moderni Senenſes in tract.de priuileg.iur. priuilegio 170. ſequuntur Guidonem in dictis deciſ.& dicunt,ꝙ propter iuramẽtum ſubſtinetur pactum præfatum,& competit actio pro contentis in eo,tã de iure ciuili,quàm canonico;quia huiuſmodi pacta non ſunt ſecundum ipſos ad vtilitatem publicã,ſed ad vtilitatem priuatam, quorum dicta non ſunt approbãda aliquo pacto. Primo quia dicta pacta improbantur à iure ciuili.l.ſi qui aduocatorum.C. de poſtul.& dictum eſt ſup.nu.30.nec à iure canonico.c.2.§.arceantur.3. q. 7.& ipſo iure annullantur pacta de quota litis in l.ſi qui aduocatorum,ibi penitus arceantur, vbi gloſſa dicit, quòd ipſo iure, & allegat multas concordantes leges. & Roman. ibi in fine poſt Fulgoſ.& alios, & ſimilia pacta reprobantur in conſtitutione Bonifacij, vt dictum eſt ſupra in hoc tractatu parte prima,quę vltra pęnas annullantur ſimilia pacta ipſo iure; ideo non poſſunt dicta pacta firmari iuramẽto quod eſt ſuper re illicita interpoſitum. & iuramentum ſuper illicito interpoſitum non valet. cap.23.§. illicitum.22.quæſtio.4. & capit. 13. §. fin.1.quæſtio 4. Alciat in cap cum contingat, numero 31.de iure iuran. Tertio, quia prohibita ſunt dicta pacta fauore publico; quia quando lex annullat contractum factum in præiudicium tertij,dicitur talem legem cõtinere fauorem publicum, et non firmatur talis contractus iuramento, vt dicit Alciat.poſt alios in cap. cum contingat. num 31. de iure iurand et in omnem euẽtum poteſt peti ad cautelam abſolutio à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi contra dictum contractum, et illa obtenta, contractus nullam habebit exequutionem tamquam celebratus contra iura: et ex his tolluntur omnia ſupradicta, et quia pactum de quota eſt furtum, et falſitas, vt l. ex ſenatus conſulto, ad legem Iuliam de ui priuat. eſt depredatio et derobatio, vt ſupra numero 24. et dixi in tractatu de contract. minorum gloſſa 2. numero 13. et vide in c.23 22.q. 4. vbi gl.

61 Præterea ciuitates et regna tunc florida ſunt, cum illa prauis motibus purgantur, et purgari non poſſunt, niſi bonis legibus: nam leges factæ ſunt, vt humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, et in ipſos improbos formidato ſupplicio, refrenetur nocendi facultas. cap. primo diſt. 4. nam prohibendo malum tacite mandat quòd fiat bonum; et metu ſupplicij improbi non faciunt quæ à lege prohibentur; et quilibet debet

bonum.

bonum eligere cap.33.23.quæſt.5.& propter metum pœnę,quis deſiſtit fa cere malum.Turrecr.in c.1.num.1.2.& 3.diſt.4.& leges prohibentes ma lum ſunt neceſſariç, quia homines per pœnas retrahuntur à malis operibus,& fit habitus in virtutibus; ideo tam iuſti quàm iniuſti indigent lege. Turrecr.in dicto c.1.num.4.5.& 6. diſt.4.Nauarrus in conſtitut. Gregorij.num.3.

62 Et adeo prohibetur omnibus pactum de quota litis, quòd nec fiſcus poteſt de quota litis paciſci, videlicet vt detur illi de re litigioſa aliqua quantitas & accipiat defenſionem dātis qui habet litem contra alium.l.2. C.ne fiſc.vel reſpublica.nec reſpublica poteſt rem litigioſam cauſa donationis recipere, nec fiſcus debet aliquem litigantem iuuare.l.fin.C.ne fiſc.vel reſpublica,vbi gloſſa.& quando fiſcus aliquid de lite recipit pro obtinenda victoria in cauſa, ex promiſſione, datione, vel pacto, incidit in pœnas conſtitutionum Bonifacij, propter eius generalitatem. Marcus Antonius peregr.de iur.& priuil. fiſci libro quarto,titulo ſeptimo,num. 16.& 17.

63 Quid ſi notarius plus debito ſui ſalarij acceperit, & idem in procuratore & aduocato, ante ſententiam vel poſt, nunquid teneantur conſtitutione Bonifacij: & dicit Io. Monach. in quarta gloſſa, quòd non, ex eo quòd non recepit pro iuſtitia obtinenda, ſed pro ſalario eorum; quia aduocato iuſtum patrocinium vendere licet. cap.71.11.q.3. Nauarrus in conſtitutione Gregorij. num.34.dicit quod datur aduocato & notario, non datur pro obtinenda iuſtitia pro qua nihil dari vel promitti poteſt.c.fin.14. q.5.niſi detur plus iuſto ſalario, ex eo quia erat amicus iudicis, vel potens apud eum; & tunc Nauarrus dicit quòd dans illa intentione in foro conſcientiæ ligatur pœnis huius conſtitutionis; quia magis eſt attendendum quòd agitur, quàm quòd ſimulate concipitur ſub nomine ſalarij; quia finis dationis eſt attendendus, qui eſt vt iudicem trahat in ſuam voluntatem,& faciat ſibi fauorabilem iuſtitiam obtinere.& tunc ego credo quòd ſit locus conſtitutionibus in quibus dicitur per ſe, vel per alium, hic facit per alium,vel quia forſan eſt factum pactum de quota litis cum aduocato, procuratore, vel notario, vel quia conuentum eſt in maiori ſumma ſalarij, & finis malus facit ꝙ præcedentia ſint mala.l.ſi quis adulterium.C.de adulter.

64 Sed quia dictum eſt ſupra parte 2 nu.72.ꝙ conſtitutio Bonifacij compręhendat pacta de quota litis, nihilominus dicunt aliqui quòd ſolum habet locum contra illos tantum qui pro iuſtitia, vel gratia obtinenda, ab ipſomet Papa, vel ab officialibus,& delegatis eius in curia, vel vbi Papa reſidet, aliquid ſoluunt vel promittunt, vt obtineant promiſſa ſuffragationibus potentiorum. quæ res multum differt à caſu de quo in ſupradicto inſtrumento num.1.huius tertiæ partis, ex quo promiſſio facta eſt in prouincia Marchiæ,& pro dotibus filiarum,& pro labore,& expenſis factis per generos D. quo caſu non eſt locus conſtitutioni Bonifacij, vt per Nauarrum in conſtitutione Gregorij.num.26.verſ.decimo.hic nihil datum eſt,vel promiſſum curialibus, vel aliis exercentibus iuſtitiam, pro obtinendis fauoribus ab iis qui ab antiquis dicebantur fumos venditare,& ſic huiuſmodi corruptela hoc caſu non

non poteſt conſiderari.

65 Huic obiectioni facillime reſpondetur, quia conſtitutio Bonifacij Primo compræhendit pacta quæcumque facta inter quoſcumque homines vtriuſque ſexus, pro obtinenda victoria apud ſedem Apoſtolicam, vt dictum eſt ſupra parte prima, nu. 15. & 20. Secundo compræhendit familiares curiæ, & alij vndecumque, ideſt de quacumque parte mundi, vt dictum eſt ſupra, num. 16. & 17. parte prima. Tertio prohibetur quælibet promiſſio in parua vel magna quantitate; vt dictum eſt in dicta parte 1. num. 21. & ſeq. Quarto prohibetur pactio, & promiſſio occulta & manifeſta, vt ſupra num. 23. & ſeq. Quinto prohibetur datio, & receptio, vt ſupra parte prima. num. 28. & 29. Sexto magnum, vel paruum, datum, & receptum, vt ſupra num. 31. Septimo promiſſiones de quacumque re, aut vtilitate, propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint, vt num. 33. Octauo pro aliqua iuſtitia obtinenda, & ſic vniuerſaliter: quia dictio aliqua eſt vniuerſalis, vt ſupra parte prima num. 38. Nono pro ſe, aut pro alio, vt dictum eſt ſupra nu. 40. & 41. Decimo in cauſis, vel iudicijs, vt ſupra num. 42. Vndecimo, in promittentes, & acceptantes, vt ſupra parte prima nu. 47. Duodecimo, ſcientes, & non reuelantes intra triduum Papæ. vt nu. 48. Decimotertio, nihil dicitur in conſtitutione Bonifacij de inſtrumentis factis in curia, ſed generaliter loquitur de clericis, & laicis, vndecumque exiſtentibus, vt num. 16.

66 Iſta omnia in inſtrumento de quo ſupra nu. 1. in hac tertia parte concurrunt. Primo pactum, & conditio de dando in euentum victoriæ litis. M. P. B. vt in hac parte 3. nu. 2. 3. 4. & 5. Secundo in magna quantitate promittit de re litigioſa in caſu victoriæ in vrbe, vt nu. 3. & quia ſumptus facti in lite ſunt liquidandi iuramento. M. & P. Tertio in caſu victoriæ dantur M. ſcut. 2000. de bonis litigioſis, vt nu. 3. P. pluſquã 2000. vt nu. 4. B. ſcut. 1500. vt nu. 5. Quarto iſtę ſummæ ſunt ſoluendę poſt finitam litem in caſu victoriæ in tot bonis ſtabilibus litigioſis, vt ſupra nu. 6. Quinto, ſupradicta pacta & promiſſiones fiũt in pręſentia ſupradictorum M. P. B. per D. qui dictas promiſſiones vt ſupra factas acceptarunt. vt nu. 7. Sexto D. conſtituit P. & M. procuratores, vt in rẽ propriã, vt ſupra nu. 8. Septimo declarauit dotem eſſe reſiduum ꝙ remanebit ex dicta hęreditate detractis ſupradictis ꝓmiſſionibus, vt nu. 9. Octauo in euentum ſuccumbentiæ litis. M. & P. promiſerunt. D. pręſenti ſoluere de ſuo debita facta occaſione litis, vt nu. 11. & 12. & ſic omnes iſtæ promiſſiones factę per D. & ẽ cõtra ſunt factę ratione bonorum litigioſorum, & pro victoria dictæ litis pendentis in Rota. & promiſſiones, & pacta comprahenduntur in conſtitutione Bonifacij, quæ prohibet pacta & promiſſiones ſimplices, & correſpectiuas in parua, vel magna quantitate pro obtinenda iuſtitia apud ſedem Apoſtolicam.

67 Nec facit, ꝙ primo dicat ꝙ dat filiabus D. dicta bona ex cauſa dotis, quia non eſt datio ſimplex, ſed cum pactis & cõditionibus infraſcriptis, quæ pacta & conditiones reſtringunt dotẽ ad reſiduũ, vt ſ. nu. 9. & 52.

68 Nec facit, quòd promiſſiones de re litigioſa ſint factæ pro laboribus, & expenſis factis per generos in lite: quia huiuſmodi ꝓmiſſiones ſunt prohibitæ

hibitæ de iure fieri in re litigioſa, vt dictũ eſt ſupra nu.20.hac 3.parte, & 36.& 41.quia res litigioſa non poteſt alienari, nec in alium transferri lite pendente ex iſtis cauſis, vt nu.42. & per totam iſtam partem tertiam.

69 Nec facit ꝙ dicitur per Nauarrum ſuper conſtitut.Greg.nu.26.verſ.1. quia Nauarrus dicit quòd poteſt alteri dari quando non datur pro iuſtitia, vel gratia; ſecus quãdo datur pro iuſtitia, vel gratia obtinenda in præſenti caſu datur, pro iuſtitia obtinẽda M.P.& B.quia iſtæ promiſſiones ſunt factæ in caſu victoriæ litis pendentis ſuper hæreditate B. quæ hæreditas promittitur ſupradictis præſentibus, & acceptantibus per ipſam D. vt ſ. nu.7.& 50.& hoc in caſu victoriç tantum, vt ſupra nu.2.& 19. vnde dicentes contrarium nu.64.apparet ꝙ non viderunt, vel noluerunt videre dictũ inſtrumentum & conſtitut.Bonifacij.

70 Non obſtat ꝙ in dicto contractu nihil eſt datum; vel promiſſum curialibus, vel aliis iuſtitiam exercentibus pro obtinendis fauoribus ab iis qui dicebantur fumos venditare; & ſic huiuſmodi corruptela hodie non poteſt conſiderari. Sed parcant mihi iſti oppoſitores, quia hæc oppoſitio non adaptatur conſtitutioni Bonifacij in qua ſolum ſe fundant hçredes. Sed conſtitutioni Gregorij quæ facta eſt propter tres caſus nouos, & primus eſt, quod plerique cupiditate improbi quæſtus potentiorum ſuffragationibus adnixi, huiuſmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirantur. & hic non eſt caſus noſter, & non applicatur caſui noſtro, vt ſupra in 2. parte huius tractatus dictum eſt.nu. 6. Secundus caſus eſt alij, quos gratia præſtare arbitrantur, donis pollicitationibuſque ambiunt; nec minus iſte eſt caſus noſter. & dictum eſt ſupra in dicta ſecunda parte. num. 7. Tertius caſus eſt, quod quidam etiam ſe talium operam, atque induſtriam pretio, & muneribus quæſiſſe affingant, vt poſſint omnia obtinere, vt in dicta ſecunda parte. nu. 10. nec iſte eſt caſus noſter. Sed iſti tres caſus cõtingebant tempore Gregorij: & propter hos caſus innouat conſtit. Bonifacij, quia hęc ſunt peſſima curiæ, & & in eos qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati, ideo ſequitur, conſtitutionẽ Bonifacij innouamus, cum ſuis cenſuris & pœnis, eaſque pœnas extendimus ad qualemcunque eorum facinorum quę adſcripſimus, & ſic ad dictos tres caſus, & extendit conſtitutionem Bonifacij ad audentes quęcumque eorum facinorum, & ad dantes illis auxilium, conſilium, vel fauorem, & auget pœnas contra eos vltra pœnas conſtitutionis Bonifacij, in quibus caſibus non ſumus, ſed in caſu conſtitut. Bonifacij ſatis diuerſo ab iſtis, & in omnibus ſimilis contractui præfato, propterea oppoſitio non tollit quin procedat conſtitutio Bonifacij, vt dictũ eſt ſ.n.65.& illi qui hæc opponũt cõtra veritatẽ facti negãt Chriſtũ q eſt veritas, & iſti negãtes Chriſtũ nõ ſunt in eccleſia c.exiſtimant.84.11.q.3.

71 Opponebatur etiã ꝙ conſtitutio Bonifacij non habet locũ qñ aliquid dat pro cõſequẽda iuſtitia, ſi ille qui dedit vere fouebat iuſtitiã, & in iſto caſu ex litis exitu liquet.vt per Nauar. nu.16.verſ.pactio vero, vbi ſi aliquid datur ſuper iure iam quæſito vere nõ eſt contra ius naturale, nec cõtra præceptũ decalogi, & q a cõſeruatio iuris ſui eſt licita iure naturali.l.vt vim ff. de iuſt.& iure, & Abbas in c. cum ab oĩ n.8. de vita & honeſtate clericorũ,

72 Sed Nauarrus ibi verſ.per cuius Panormitani dicta, tenet contrarium, quando datum eſt animo & intentione obtinẽdæ victoriæ in lite tantum, quia tunc recipiens illicite accipit & fiſco applicatur. l. Lucius. ff. de iure fiſci, in caſu præſenti, datum eſt pro obtinenda victoria tantum in hac cauſa, vt ſupra num.2. ibi in euentum victoriæ dictæ litis, & ſic ſumus in caſu Nauarri. Præterea tpe facti pacti D. erat excluſa ab hæreditate patris, primo ꝑ teſtamentũ patris in quo exhæredatur, Secũdo propter ingratitudinẽ probatam per teſtes examinatos ſuper ſuis interrogatoriis, & erat in Rota reſolutum de menſe Februarij anni 1573. & propterea erat excluſa ab hæreditate paterna, & de iſta ingratitudine fit mentio in inſtrumẽto, de quo ſupra numero primo & numero quarto. & propter iſtam excluſionem ad vindictam D. fecit hoc inſtrumentum pactorum, & promiſſionum cum tribus quibus promiſit totam hæreditatem, & pro ſe & filiabus nihil reſeruauit, quòd fecerit ad vindictam dicta D. hoc dicitur in duobus locis in dicto inſtrumento, vt numero primo M. dixit D. fuiſſe ingratam patri, turpiter illam calumniando; & numero quarto quando donat P. propter litem, occupatam hæreditatem & impinitam calumniam, & ſupradicti M. P. & L. vti procuratores D. perſequuti ſunt cum falſis teſtibus, & falſis cauſis L. & eius procuratorem qui non potuerunt ſe defendere tunc temporis nec ciuiliter, nec criminaliter. ſed poſtea, tempore S. D. N. Siſti Quinti, procurator fecit reuocare quatuor ſententias, tanquã latas ex falſis, & erroneis cauſis & ſententiæ ciuiles ſunt fundatę in dictis falſis cauſis, & ſententia fundata in falſis cauſis eſt nulla, & iniuſta, ipſo iure. Io. Cephalus conſ.241.num.49. lib.2. Aymo. conſ.656. num.15. lib.3. Decianus conſ.43. num 43. lib.3. c. ſi duobus vbi Philip. Franc. col.4. verſ. ex prędictis de appel. Ideo iſtæ promiſſiones, & pactiones de quota litis principaliter factę ſunt per D. animo & intentione obtinendi victoriam litis, vt oſtenſum eſt ſupra nu. 16. 17. & 18. & euentus docuit, quia vt obtineret cauſas falſas propoſuit iudicibus, & cum cauſis falſis obtinuit ſententias ciuiles & criminales. vnde ſi diſcutiatur cauſa, demonſtrabitur ꝙ nullũ habet ius D. in cauſa ciuili, nec in cauſa criminali, vt iã eſt oſtenſum. & qui proponit falſitatem vt vincat, Chriſtum negat. c.82. 11. q.3.

73 Nec facit quod dicitur, quòd pactum de quota litis ex l. ſi qui aduocatorum C. de poſtul. non pertinet ad pręſentem inſpectionem, neque continet quę ſint impedimento exequutioni dicti inſtrumenti quę nunc petitur; quia reſpondetur primo ꝙ pactum de quota litis eſt nullum ipſo iure, vt dictum eſt ſupra, nu. 30. & num. 60. Secundo faciens pactum de quota litis punitur pœna falſi vt dictum eſt ſupra, nu.46. & multis aliis pœnis puniuntur, vt numero 47. & ſeq. & propterea non eſt exequẽdum, vt dictum eſt ſupra nu. 60. præterea res litigioſa non poteſt alienari, & alienans & recipiens punitur. l. fin. C. de litigioſ. & dictum eſt ſupra num. 37. & 38. vltimo huiuſmodi pactiones reiiciuntur à conſtitutione Bonifacij: quia paciſceutes ſunt excommunicati, & propterea non audiendi in iudicio, vt dictum eſt ſupra parte 1. in princip. ſecundo tenentur ad reſtitutionem rerum acceptarum, vt in dicta prima parte, num 58. & ſeq. & iuſti-

iuſtitia ſic obtenta eſt nullius roboris & momenti, vt in prima parte, numero *65*. & ſeq. & ſcienter vtentes ſententias ſic obtentas & pacta, ſunt excommunicati, vt in dicta prima parte, num. *69*. ideo quo pacto poſſit de iure exequi inſtrumentum pactorũ de quota litis penitus ignoramus.

Sed iudex exequens pactum de quota litis facit contra iuſtitiam; & Chriſtus eſt iuſtitia, ergo facit contra Chriſtum. cap. exiſtimant. 84. 11. quæſt. 3.

74 Et propterea iudicis officium eſt quando quis eſt falſis capitulis accuſatus, vel iniuſte condemnatus, Primo inquirere, ſi iudicium ſecundum ordinem iuris factum eſt. Secundo ſi alij fuerunt accuſatores, alij teſtes. Tertio, qualitas cauſæ examinanda eſt, ſi exilio vel depoſitione digna eſt, nam ſi feratur ſententia præmiſſis non diſcuſſis, condemnatus in ſuũ locum reponi debet, & iudex qui contra Dei timorem illum condemnauit puniatur. c. in primis §. quia ergo 2. q. 1. quia iniuſte condemnati dicuntur oppreſſi. c. ideo. §. cum ergo. 2. q. *6*. & ideo inſtruitur bonus iudex in eo ꝙ debet facere in iudicando in cap. 4. §. bonus iudex. & §. qui iudicat. & §. in iudicando. 3. q. 7.

75 Iuſtitia venditur, & impeditur cum præmij acceptione, & qui hoc faciunt dato pretio emunt peccatum. c. vendentes. 10. §. vendentes. 1. q. 3. nam qui iudicat prẹmio recedit à veritate: quia iudex ab omni munere manus ſuas excutere debet. c. qui recte. *66*. 11. q. 3. Iudicia enim & teſtimonia non ſunt vendenda, quia iuſtum iudicium non eſt venale, licet dans iudici poſſit iniuſte datum repetere. c. fin. §. cum autem iudicia. 14. q. 5. & datio pecuniarum vltra ſolitum in iudice eſt graue peccatum, & ſententia non valet. c. 4. §. venales. 2. q. *6*. & l. 1. C. de pœn. iud. qui male iudic. & gloſſa. in c. vendentes. 10. 1. quæſt. 3. declarat hoc procedere in iudice laico; ſed in iudice eccleſiaſtico ſuper re eccleſiaſtica committitur ſymonia, & ideo iniuſte condemnatus non eſt reus apud Deum. & iudex qui aliquid fecit per ſordes ſuſpenditur per annum ab officio, & in damnis condemnatur parti. c. cum æterni. de re iud. lib. *6*. Nauarr. in conſtitut. Gregorij. nu. 5. verſ. ad quartum reſpondeo, dicit quòd dare pro acquirenda iuſtitia eſt furtum. Vant. de nullitate, in titulo ex defectu proceſſus. num. 13*6*.

76 Iudex ordinarius pro iuſto iudiclo nihil accipere debet, iudex delegatus ſic propter labores & alias impenſas, dummodo non recipiant aliquid vltra ſtipendia taxata à principe: quia nullus militare debet propriis ſumptibus. §. ſit tibi, & §. illud. in authen. de mandat. princip. & in vrbe adſunt conſtitutiones Pij Quarti quẹ ſeruãtur. & iudex ordinarius moderata Encennia ſponte oblata percipere poteſt. Præpoſit. in cap. vendentes. nu. 5. & *6*. 1. quæſt. 3. Sed ſupradicta intelligenda ſunt, quòd recipere poſſint propinas poſt ſententiam; ſed ante nihil poſſunt recipere, & conſtitutiones Bonifacij prohibent aliquid dari, vel promitti ante ſententiam, id eſt pro obtinenda iuſtitia; ſed poſt ſententiam propinas conſuetas dari non prohibetur. & hoc tenet Prẹpoſit. in dicto capitulo vendentes, numero ſexto: quia ceſſante cauſa ceſſat effectum. Nauarrus in conſtitut. Greg. numero quinto, verſ. ſexto, & num. 32.

77 Quid ſi datur iudici aliquid pro iu

K ſtitia

ſtitia differenda, aut auferenda an dans incidat in pœnas harum conſtitutionum,& Io.Monach. in gloſſa 4. in conſtitutione Bonifacij vltra medium verſ.vnde dato quòd iudici daretur, vel alius det pecuniam pro iuſtitia auferenda, vel differenda hac conſtitutione Bonifacij non ligatur quæ in alio caſu loquitur,arg. l.commodiſſime ff.de lib.& poſt.& c.ſuſceptum de reſcript.in 6.& cum hęc conſtitutio ſit pœnalis non eſt extendenda.c.pœnæ.diſt.1.de pœnit. iſta opinio. Io. Monaci videtur mihi contra leges & canones; nam datio pecuniæ pro obtinenda iuſtitia non ſolum eſt ſi obtineatur ſententia fauorabilis, ſed ſi impediatur proceſſus vel cauſæ expeditio.nam qui impedit ne iuſtitia habeat finem ſuum in fauorem habentis illam, impedit ne iuſtitia fiat illi, & facit proceſſum cauſæ venalem quòd prohibetur ab vtroque iure.c.iubemus.126.1.q.1.& l.4. C. ad leg. Iul. repet. & recepta pecunia, vt calumniæ cauſa negotium fieret, vel non fieret, eſt vtroque iure punibile.c.in eum.127.1.q. 1. & l. in eum ff. de calumn. & concuſſionem committit qui accipit pecuniam vt aliquid fiat,vel non fiat in iudicio. cap. concuſſionis.128.1.q.1. & l. 3. ff. ad leg.Iul.repet.& qui accipit pecuniam vt dicat,vel non dicat ſententiam extra ordinem punitur vtroque iure. c. lege Iulia 129.& 130.1.q.1. & l.3.& 6.ff.ad leg.Iul.repet.Vnde videtur mihi,ꝙ accipiens pecuniam pro ſententiando, vel non ſententiando, cum qua impeditur iuſtitia,quòd idem ſit in effectu,licet differant in verbis. & præmiſſa ex extenſione, & ex identitate rationis quia eadem ratio eſt in vno caſu quæ in alio,vide Nauarrum in conſtitutione Greg.num.19.

78 Sed nunquid ſine parabola præcedente poteſt dari aliquid promotori negotio completo quęret Io.Monac. in dicta quarta gloſſa; arguit primo, quòd ſic allegat. l. Attilius Regulus. ff.de donat,& l.1. §. ſi vero. ff. de variis,& extr. cognit. & c. dilectus il 2. de ſymonia in fine, ibi illud tamen gratanter recipi poterit, quòd fuerit ſine taxatione gratis oblatum,& in c. 8.in fine,diſt.18.& c.4.1.q.2.allegat. Io.Monach.c.fin. 1. q. 1.& quæ dicta ſunt ſupra num. proximo 77. ſed ea non loquuntur in datione facta poſt finitum negotium, ſed in calumniando,& differendo negotium non finitum,& ſequitur Nauarr.Io.Monach. ſuper conſtitut. Gregorij, num. 31. vbi multa allegat contra: quibus reſpondet,& confirmat dicta per Ioan. Monachum verſ.ſed his non obſtantibus, dummodo quæ dantur ſint moderata, vt dictum eſt ſupra numero quadrageſimo nono.

79 Sed quid ſi nec iudex nec pars,nec verbo, nec facto exprimit, & tamen mente vterque gerit, ſeu alter ſe daturũ, an ligetur pœnis conſtitutionis Bonifacij,& Io.Monach.in dicta conſtitutione gloſſa 4.in fine dubitat.nunquid ſit excommunicatus, & tenet quòd non:ex quo hæc conſtitutio factum requirit.c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.& mihi placet hæc opinio quia propoſitum in mente retentum nihil operatur.l. ſi repetend. C. de condit. ob cauſam.

80 Vnde quattuor ſunt, quæ peruertunt ordinem iudiciarium,odium,fauor,timor & præmium. gloſſa in cap. 1.de re iud.lib.6.& hoc notant ibi Io. And.Dominic. & Philipp. Franc. qui addunt quintum, quòd eſt ignorantia,& ſextum, quòd eſt negligentia, vt dicit.Io. Andr. in additione dictæ

gloſſæ

gloſſæ. nam qui liuore odij, ſententiam dat, iuſtitiam Dei non imitatur, cum iudicet odio priuato contra certam perſonam, nam qui iudicat odio, vel gratia, non poteſt digne iudicare de ſubditis. c. 61. 11. q. 3. quia iudiciũ humanum odio corrumpitur. cap. 68. 79. & ſeq. 11. quæſt. 3. quia quando iudicium humanum odio conſanguinitate, aut amicitia ducitur ad iudicandum peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia & fructus illius vertit in amaritudinem dicto capitulo 79. 11. q. 3.

81 Fauor malus qui peruertit iudiciũ eſt ſi quis facit aliquid pro gratia humana, quærens ſolum laudem de huiuſmodi facto. c. ſunt nonnulli. 114. 1. q. 1. & qui ex fauore aliquid cõſequitur Deũ offendit. c. pueri. 120. 1. q. 1. quia quilibet meritis promoueri debet nõ gratia. c. ſicut §. admonemus. 2 q. 7. Archid. in c. 1. de re iud. lib. 6. n. 2. & Dominic. etiam nu. 2. & c. 8. 25. quæſt. 2.

82 Timor peruertit iudicium dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus c. quatuor. 78. 11. q. 3. & regio metu factum iniuſtum iudicium non valet. c. iniuſtum 89. 11. quæſt. 3. & timor peruertit intellectum iudicis. Archidiac. in dicto cap. 1. num. 1. de ſententia & re iud. lib. 6. & Io. Andr. num. 1. Anchar. num. 2. Dominic. num. 2. & qui incutit timorem in aliquem, incidit in graue peccatum. cap. 1. 1. q. 6. Timor domini noſtri eſt ipſa ſapientia, & recedere à malo eſt intelligẽtia. Iob. c. 28. in fine.

83 Præmium remunerationis expectans iudex, fraudem in Deum committit: quia iuſtitiam, quam gratis debuit impertiri acceptione pecuniæ vendit. & bonis male vtuntur, qui iuſte, pro tẽporali lucro iudicant. c. qui recte. 66. 11. q. 3. quia iuſtitia cito auro violatur, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. c. pauper. 72. 11. q. 3. in fine. Archid. in c. 1. nu. 2. de ſentẽtia & re. iud. in 6. vbi Io. And. Anchar. & Dominic. omnes nu. 2. & in Exodo admonemur quid agere debemus in c. 18.

84 Stateram iudex portare debet, ideſt æqualitatem iudicii, & examen. nam omnis qui iuſte iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat, nam per iuſtitiam reddit peccanti ſententiam, ſed per miſericordiam peccãtis temperat pœnam. c. 10. diſt. 46. & c. 21. 24. q. 1. vbi quòd non eſt ferenda ſtatera doloſa, & ibi declaratur quando eſt doloſa, ſed diuina ſtatera de ſcripturis ſanctis eſt ferenda. c. 10. in Prouerb. & Leuitico. c. 19. vbi dominus mãdat cuſtodiri omnia pręcepta ſua, & iudicia vniuerſa eiuſdem, & ea iudicia fieri, non aũt iniqua & doloſa.

85 Conſcientiam humanam iudex ſequi non debet, ſed iudicialem, in qua ex allegatis & probatis, & ſcriptis iuribus poteſt ſe informare. Archid. in cap. 1. col. 2. verſ. & contra iuſtitiam, & ibi Io. And. num. 10. Anch. num. 3. Dominic. nu. 4. lib. 6. & c. ſummopere. 70. 11. q. 3. & ibi gloſſa. Arch. Dominic. & Prępoſ. & quid ſit conſcientia, & quotuplex, & an conſcientia ſine ſcientia valeat, vide Probum in additione ad Io. Monach. in dicto c. 1. nu. 6. & ſeq. de re iud. lib. 6.

86 Ignorans ſemper errat, & erroris proprium eſt approbare falſum pro vero. c. 11. diſt. 38. & ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt, quia Chriſtus eſt Dei virtus & ſapiẽtia. c. 9. diſt. 38. & ignorans non eſt compos ſui, & videtur à ſe ſcientiã repuliſſe, qui puerũ tredecim annorũ ordinat

ad ſacros ordines. c. 14. de tempor. ordin. Ignorantia duplex alia facti, alia iuris. facti ignorantia duplex. Prima in eo quod opportuit eum ſcire & ignorat. Secunda in eo, quod nõ opportuit eum ſcire. c. 12. §. notandum. 1. q. 4. Ignorantia iuris duplex eſt, alia naturalis, alias ciuilis. ignorantia naturalis omnibus adultis dãnabilis eſt: ciuilis, aliis ignorari permittitur, aliis non. c. 12. §. item ignorantia. 1. q. 4. Ignorantia iuris, vel facti ſupina non excuſat ea, quæ ex voluntate proceſſerunt, quia grauiora ſunt. gloſſa in cap. 10. 32. quæſt. 7. Ideo Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in dicto cap. 1. de ſententia & re. iud. lib. 6. addiderunt ignorantiam peruerſioni iudicij.

87 Sexto addiderunt peruerſioni iudicij, quòd iudex non debet eſſe negligens, quia negligenti iudici poſt monitionem aufertur iuriſdictio. gl. in c. 21. §. aliud 9. q. 3. & negligentes ſunt corripiendi, quia deſidia prælatorum multa mala perpetrantur. c. 1. & 2. diſtin. 84. vbi dixi. & epiſcopus qui negligit corrigere peccantes, magis canis impudicus, quàm epiſcopus dicendus eſt. c. 2. diſt. 83. quia nullus paſtor placere lupis, & gregibus ouium poteſt. c. 6. diſt. 83. & culpę inferiorum ad deſides, & negligentes rectores ſunt deferendę. c. 1. diſt. 86. & nõ corrigere peruerſos nihil aliud eſt, quàm fouere. nec caret ſcrupulo conceſſionis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiari. cap. 3. diſt. 86. negligentia ſuperbiam, & ſuperbia offenſam parit. cap. 75. diſt. 1. de pœnit.

88 Pro iuſtitia acquirenda nihil eſt dandum iudici etiam quòd dans iuſtitiam habeat. nam quicquid acquiritur datione pecuniarum illicitum eſt, & omnis illicita vſurpatio rei alienę furtum eſt. nam non permiſit rapinam qui furtum prohibuit; & quicquid illicite acquiritur de re proximi furtum eſt, etiam ex lege veteris teſtaméti. c. pœnale eſt. 14. q. 5. & eſt prohibita acquiſitio iuſtitiæ per contractum non gratuitum ex l. 2 ff. de condit. ob turpem cauſam. Nauarr. ſuper conſtit. Greg. nu. 5. verſ. ad quartũ vide etiam infra nu. 108. & Bald. in l. in lege nu 3 C. de cõditione ob turpem cauſam, & 32. q. 4. c. meretrices. §. fin.

89 Non ſolum pecuniarum datio prohibita eſt pro iuſtitia acquirenda, ſed munera data mala intentione iudici, & ſimili intentione recepta. nam accipiens ordines ſacros munere in æternum peribit: quia auaritia fultus inanis glorię dignitatem accepit, non lucro animarũ. c. 115. 1. q. 1. & promoti fauore alicuius dicuntur munere promoti. cap. 114. vbi gloſſa. 1. q. 1. ideo qui cum munere & fauoribus acquirunt iuſtitiam, vel gratiam, contra diſpoſitionem harum cõſtitutionum Bonifacij, & Gregorij acquirũt. nam munus ab obſequio propter ſeruitutem, munus à manu, ideſt pecunia. munus à lingua, ideſt fauore dicto c. 114. 1. q. 1. & in cap. 115. & ſequentibus. Nauarrus in conſtit. Greg. nu. 5. verſ. ad quintum.

90 Intentio Bonifacij, & Gregorij in iſtis conſtitutionibus fuit prohibere dationem, receptionem, promiſſionẽ & pacta, in parua, vel magna quantitate impedientia adminiſtrationẽ iuſtitiæ, eo modo quo miniſtrari debet de iure, ſine partis offenſione: & ſimiliter, quòd gratia concedi ſolita concedatur, & non ea, quæ non ſolet concedi, niſi ex certa ſcientia Papę, vel ex cauſa; q̃ cauſæ ſunt multæ in iure. ſed. ſi concedatur pecunia, vel muneribus

contra

contra Papæ intẽtionem per ſuos miniſtros, tunc concedentes incidunt in pœnas harum conſtitutionum: quia nulli licet violare ſtatuta ſedis Apoſtolicæ. Nam malæ operationes taliũ tranſgreſſorũ Pontificem reſpiciunt, & Deus cominatur negligentiæ ſacerdotum. cap. 4. 25. q. 1. aliqua etiam dicit Nauarrus in conſtitutione Greg. numero 7.

91 Pœnæ impoſitæ in iſtis conſtitutionibus habent locum nõ ſolum in dante, promittente, & paciſcẽte pro iuſtitia, vel gratia obtinenda, id eſt ſi obtineatur, & vere expedita ſit: ſed habet locum etiã ſi non obtineatur iuſtitia vel gratia, ſed ſi aliquis attentet cum ſupradictis promiſſionibus, dationibus, & pactis, nam non ſolum faciens ſed conatus punitur. arg. l. ſi quis non dicam rapere C. de epiſcopis & cler. & ibi doct. & l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & probat Nauar. hic nu. 15. & ex textu conſtitutionis Bonifacij probatur hæc opinio, ibi pro iuſtitia vel gratia obtinenda; & non dicit textus pro obtenta. & ſic etiam non ſequuto effectu incurritur pœna harũ conſtitutionum, & quibus caſibus puniatur conatus ponit Maſcard. concl. 138. nu. 8. & 9. vol. 1.

92 Promittẽs aliquid iudici, vt faciat aliquem punire per viam iuſtitiæ, vel aliquo alio modo iniuſto peccat contra præceptum Decalogi, Non occides. nam ille facit contra dictum præceptum, qui ob vindictam vel aliquẽ alium reſpectum iniuſtũ, publicum, vel priuatum, aut procurat, aut operatur aliquod detrimentum perſonale, aut corporale notabile proximi ſiue faciat hoc vt nocens & malefactor iniuſte abſoluatur; aut iniuſte condẽnetur; & ſimiliter corrumpens aliquẽ vt contra alium falſum teſtimonium dicat. nam iudex abſoluendo quem condemnare debebat, debet à ſuo loco deponi, & ſeueriſſime caſtigari. c. 10. 11. quæſt. 3. nam quotiens iudex dat ſententiam cõtra iuſtitiam, priuatur officio, cum moueatur odio, fauore, vel aliàs. c. 88. 11. q. 3. nec illud ꝙ definitum eſt valet. cap. 89. dicta quæſtione 3. & nihilominus recipiens aliquid vt faciat iniuſtitiam, facit furtũ. & qui corrumpit iudicem, vt noceat proximo innocenti contra præceptũ decalogi facit homicidium. Nauar. in conſtitutione Gregorij notab. 9. numero 16.

93 Pactio vero facta cum aliquo de dando 100. ei pro uera iuſtitia obtinenda, ſuper rebus ſpiritualibus, eſt ſimonia: quia dãs pecunias prò decreto electionis obtinendę, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtat eſt ſimoniacus: quia per electionem venitur ad conſecrationem. Gratianus in ſumma, & c. 1. 1. q. 6. & per totam illam ſextam quæſtionem. & fur & latro eſt, qui per ſimoniam aliquid quærit. c. fin. de pact. & dare aliquid iudici pro iuſtitia in beneficialibus committit ſimoniam. Nauar. in conſtitutione Gregorij nu. 16. ver ſic. pactio vero facta ob cauſam. & vltra pœnas harum conſtitutionum tenentur dantes ex l. 2. §. ſed ſi dedi. ff. de condi. ob turp. cauſam. Bart. in l. ſi is qui pro emptore, numero 5. ff. de vſucap.

94 Pactio facta ad perſuadendum iudici vel alteri, vt adiudicet paciſcenti bona alterius, eſt contra ius diuinum, & humanum: quia ex pactione inducitur iudex ad vendendum iuſtitiam, quam gratis facere debet, & ad dandum ſententiam iniuſtam, quæ nullũ ligat apud Deum & eccleſiam, cũ nullus iniqua ſententia grauari poſſit. c.

64.11. quæſt. 3. quia iudex ſuaſionibus moueri non debet, ſed omnia facere cum ratione & cauſa, quia ſine cauſa vera lata ſententia eſt iniuſta.c. 65.§.cũ autem.11.q.3.& non ſolum ex cauſa eſt iniuſta ſententia, ſed ex animo, quando non amore iuſtitiæ profertur.d.c.65.§.ex animo.11.q.3. Nauarr.in conſtit.Greg.nu.16. verſ. pactio facta ex tertia cauſa, allegat alias rationes, & extendit pœnas harum conſtitutionum ad tertios, cum quibus eſt factum pactum de dando eis aliquid ſi operatur quòd iudex applicet bona alterius paciſcenti, & idẽ ſi dat aliquid alteri vt procuret certã gratiam obtinere à propoſitis ſignaturæ gratiæ,vel alio iudice eccleſiaſtico vrbis. c.57. 11.q.3. cum iniuſtitiam faciẽs ſit abhominabilis apud Deum, & excommunicatur. cap.6.§ hinc ſanctus.24.q.3.

95 Et ſimiliter ſi quis facit pactũ dare 100. iudici ad hoc, vt in cauſa vtatur arbitrio ſuo in dando dilationes paciſcenti,vt differat cauſę expeditionem ad longum tempus, vel in gratificando in eo quod poteſt paciſcenti,in pęnis harum conſtitutionum incurrit, dicit Nauarrus hic num. 17. quia iudex bonus nihil arbitrio ſuo facere debet, ſed ſecũdum leges & iura procedere debet.c.4.§.bonus iudex.3. q. 7.vbi glo.& ſequi conſcientiam quam habet ex actis,& non aliunde, vt in dicto c. 4. §. in iudicando, & non debet eſſe facilis ad credendum in præiudicium alterius: quia nimia facilitas ad credendum in iudice damnatur. gloſſ.in c.23. 22. q.4.& non debet vti arbitrio, ſed iuſtitia, & veritate.

96 Pactio ad redimẽdum vexationes, quas quis patitur facta cum iudice, vel alio ſuper iure iam vere quæſito valet.dicit Nauar.ſuper conſtit.Greg. nu.16.verſ.pactio vero, quæ non eſt cõtra præceptum Decalogi vel leges antiquas,vt in c.dilectus il 1.de ſimo. & ibi Abbas nu.4.& Io.de Ana.nu.8. Sed in caſu iſtarum conſtitutionum ſunt tales pactiones prohibitæ, & facientes incidunt in pœnas harum conſtitutionum.& eſt ratio, quia in iſtis conſtitutionibus prohibetur aliquid dari vel promitti, & licet iudex recte iudicet, tamen quia iudicat ſub præmio remunerationis committit fraudem in Deum, qui iuſtitiam quã gratis debuit facere, vendidit pacto vel acceptione pecuniæ ante datam ſententiam.c.66.11. q. 3. cum non liceat iudici iuſtum iudicium vendere.c.71. 11.q.3.& c.13.14.q.5.& facit etiam l.ſcienter.C.de excuſ. tut.

97 Et quia cum malis artibus coram iudicibus Apoſtolicis,vt puta legatis & vicelegatis, gubernatoribus, & aliis officialibus habentibus in prouinciis ſtatus Eccleſiaſtici vtramque poteſtatem & iuriſdictionẽ cognoſcendi cauſas ciuiles & criminales, profanas & eccleſiaſticas, an cõſtitutiones præfatæ extendantur ad dicta loca, caſu quo fiant pactiones, promiſſiones,& dationes pro conſequenda iuſtitia,vel gratia coram ſupradictis legatis, & gubernatoribus.Nauarr. tenet quòd non,ſuper conſt.Grego.not. 18.nu.29.& forſan bene, cum textus conſtitutionis Bonifac. dicat,apud ſedem Apoſtolicam,& ſic penes ſedem Papæ, maxime quia iſtæ conſtitutiones ſunt pœnales. tamen poſſet tentari, quòd etiam coram dictis legatis, & gubernatoribus haberent locum, & apud quoſcunque iudices ſedis Apoſtolicæ.

98 Quoniam iſtæ conſtitutiones licet ſint pœnales, tamen ſunt fauorabiles reſpectu iuſtitiæ adminiſtrandæ, &

gratiæ

gratiæ obtinendæ ſine labe & peccato. & propterea forſan extendendæ ad omnes iudices Papæ in ſtatu eccleſiaſtico deputatos, & forſan nuntios delegatos per orbem, & vrbē, ad hoc vt metu pœnę abſtineant tam ipſi, q̄ alij talia committere: quia lex prohibitiua peccati eſt extendenda & amplianda. cap. 1. diſt. 4. & ibi Archidia. Turrecrem. Domin. & Præpoſ. & ibi dixi nu. 2. nam lex mandat, vt fiat bonum, vt tuta ſit innocentia inter improbos & malos c. 33. 23. q. 5. & per iſtas rationes videtur reſponſum Nauarro, maxime quia non ſumus in caſu odioſo, ſed fauorabili; & illa verba apud ſedem Apoſtolicam poſſunt interpretari apud iudices, & officiales deputatos à ſede Apoſtolica vbique locorum.

99 Et verba cap. præſenti de præben. in 6. vbi declaratur quando beneficia apud ſedem Apoſtolicam vacare dicantur, id eſt; penes ipſum Papam, qui ſedet in ſede Petri Apoſtoli, vti Chriſti vicarius; & ideo quicquid fit penes ipſum Papam, vel eius officiales pro obtinenda gratia vel iuſtitia, ſiue in curia Romana, ſiue extra, quādo Papa equitat, cum ſemper Papa penes ſe officiales retineat adminiſtrātes gratiam vel iuſtitiam, tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, tam in vrbe, quàm toto ſtatu eccleſiaſtico & in omnibus partibus mundi caſualiter exercet iuriſdictionem temporalem. cap. per venerabilē, qui filij ſint legitimi, & in c. nouit. §. cum enim. de iudiciis dicitur non humanæ conſtitutioni, ſed diuinæ potius innitamur, quia poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo, quinimo ad officium noſtrum ſpectat de quocunque mortali peccato corripere Chriſtianos. & dixi in c. 5. nu. 2. diſt. 89.

100 Et poteſtas Papæ in temporalibus per totum orbem quæ ſit. & in c. duo ſunt diſt. 96. dicitur, ꝙ principaliter mundus regitur auctoritate ſacra Pōtificū, & regali poteſtate. & Pontificia poteſtas eſt maior regali poteſtate, & ibi Turrec. n. 3. ver. rn̄deo dicendū dicit ꝙ in imperium & omnia alia regna, tam in ſpiritualib. q̄ temporalib plenitudo poteſtatis cauſaliter eſt à Papa: ita ꝙ poteſt de plenitudine poteſtatis Imperatorē & aliū quēcunq. regem inſtituere, & deſtituere, & aliū ponere in ſui locum. & hoc ideo quia licet poteſtas ſecularis non depēdeat materialiter à poteſtate ſpirituali, ſed à Deo mediante naturali inclinatione hominum, nihilominus ſecundum ſuum eſſe perfectum dependet à ſpirituali, quia reges Deo ſeruiunt in quātum reges ſunt ſi in regno ſuo bona iubent, & mala prohibent, non ſolum in his, quæ pertinent ad humanam ſocietatem, ſed & in his, quę pertinent ad diuinam religionem. cap. ſi eccleſia. 42. 23. quæſtio 4. §. fina. nam ſine iuſtitia non poteſt regi reſpublica, & vera iuſtitia non eſt in republica cuius Chriſtus non eſt rector. Auguſtinus de ciuitate Dei. cap. 21. & ideo Imperator filius eſt Eccleſię non præſul, & conſtitutiones contra canones Papę non valent. cap. conſtitutiones. diſtin. 10. ideo Papa non eſt proprie Rex, vt dicit Nauarrus, ſed loco, & vice Dei gubernat patrimonium Eccleſię in rebus temporalibus. vnde Gubernator, Senator, iudices laici vrbis, deputati ab ipſo Papa tamquam adminiſtratores patrimonij eccleſiaſtici, cum ſint apud ſedem Apoſtolicam ſi corrumpātur pactionibus, promiſſionibus & dationibus cōprehenduntur in iſtis conſtitutionibus Bonifa. & Gregorij: quia iſti iudices

ſunt

ſunt deputati à ſede Apoſtolica pro adminiſtranda iuſtitia in temporalibus apud ipſum Papam, quidquid dicat Nauarrus.

101 Exculenta & poculenta, quæ dantur iudicibus in Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel in alia parte anni nō dantur pro iuſtitia obtinēda; ſed in recognitione laborū, quos ſubſtinent iudices per totum annum, videlicet in viſione regiſtrorum, ſi iudex eſt ponens cauſæ, in viſione informationum ſi eſt uotans, & propterea ponens nō poteſt pecunia corrumpi; quia non habet votum deciſiuum cauſę. votantes minus, quia ſi vnus corrūpatur, non corrumpuntur ceteri, vnde corruptio vnius nihil eſt. & quòd omnes corrumpantur in Rota eſt impoſſibile; ideo credo, quòd hæc conſtitutio reſpectu iudicum Rotæ non poſſit pro obtinenda iuſtitia, in cauſis in Rota pendentibus accommodari; maxime cum exculentis & poculentis, quæ dantur pro laboribus non pro iuſtitia obtinenda. circa alios iudices idem dicēdum eſſe arbitror: quia Auditor Cameræ habet iudices ciuiles, nobiles, & notos vrbi & orbi, iuſtitia, ſcientia, & integritate, & quibus præheminet ipſe Auditor, & his omnibus S.D.N. Papa. & idem dicēdum de Gubernatore & Vicario Papę, qui ſunt viri Illuſtriſſimi, & reuerendiſſimi, & idem de Senatore. quarę videtur vana cogitatio, ꝙ exculentis & poculentis iudices in curia corrumpantur. & idem dicit Naua. hic ſatis copioſe nu. 35. & 36.

102 Sed quid dicendū ſi exequatur ſententia lata in fauorem paciſcentiū de quota litis, vel ex pacto, promiſſione, datione, & receptione, vt in conſt. Bonif. quæ ſententia ſic lata eſt nulla ipſo iure, vt dictū eſt ſup. parte 1. nu. 65 & caret talis ſentētia omni effectu. i. exequutione, vt dictum eſt in d. 1. parte nu. 67. & iudex ad exequutionē ſententiæ nullæ ipſo iure, & nullius effectus procededo, ſpoliat poſſeſſorem, & ſpoliatus debet reſtitui. c. cōquerēte. de reſt. ſpol. vbi glo. & Bal. nu. 3. dicunt, ꝙ iniuſte factū à iudice debet reuocari, & in hoc caſu non præſumitur pro iudice. Abb. ibi nu. 6. & Bero. nu. 2. 4. et 5. Aym. cōſ. 104. col. 1. prout ſunt reſtituendi ſpoliati in vim falſarum litterarū. dicit Hoſt. in c. ad falſariorū. §. qui vero. in verſ. ſpolientur de crim. fal. maxime quia ſpoliatores ſunt inhabiles ad retinendum & recuperandum bona & poſſeſſionē ſic acquiſitam, & ſunt excommunicati, infames, inhabiles, & ſunt priuati ipſo iure omni commodo, officio, beneficio, & facti inhabiles ad illa, & alia, vnde iniuſte deiectus debet reſtitui ad poſſeſsionē de qua fuit deiectus in vim ſententiæ nullæ, & quæ carebat omni effectu. c. 7. §. ipſe autem. & c. 10. 2. q. 1. Vantius de nullitate. verſ. quotiens. & intra quod. nu. 40. & ſeq.

103 Et ſimili modo dici poteſt, ſi quis ſit bannitus ſine cauſa legitima ab vrbe, vel ex falſa cauſa, tūc ſentētia bāni nulla eſt. Aym. cōſ 941. nu. 24. et 25. et 28. lib. 5. dicit ꝙ vbi de iure ex inſpectione actorū apparet bannū eſſe delēdum, quia vitioſum, aut reſcindibile, pro abbolito haberi oportet. l. ſi non defendatur. ff. de pœn. quia vbi ſententia fertur ex falſa cauſa, nō præſumitur pro ea. c. ſicut. de re iud. Sozz. Iun. conſ. 37. nu. 28. lib. 2. et bannitus inualide non venit in diſpoſitione loquente de bānito. additio Siluestri ad Decium in c. ex tenore. nu. 21. de reſcrip. et ſimiliter quando quis in ſententia banni legitime citatus non eſt, ſententia eſt nulla. Iacob de Arena in tract. banni-

bannitorum.num.5.& 11. & non rite bannitus non poteſt impune offendi. *Viuius* in tract.com.opin.op.290. limit.4. Suares de com.op.littera B. nu.9.& 14.

104 Et cancellatio banni tollit effectũ infamiæ prouenientis ex banno, quia cancellatio tollit effectum eius quod cancellatur.Bart.in l.non ſolum.§. itẽ ait.nu.4.ff.de procur.& ibi Bald.nu. 4.& Bar.in l.fin.C.de ſent. paſſis. nu. 11.& 12.& ibi additiones. Alex.conſ. 112.lib.2. dicit aut cãcellatio fit propter pecuniã, & tunc pecunia eſt cauſa cancellationis banni, & remittitur infamia pp pecuniam: aut cancellatio bãni fit de mandato S.D. N. Siſti Papæ V.ex mera gratia,tũc per cãcellationẽ bãni fit cancellatio infamiæ. Alex.conſ.114.lib.2.Hypolit.de Marſil.in pract.crim.§.aggredior. nu.96.

105 Sententia in criminali cauſa ſine probationibus,ſeu ſine cõfeſſione delicti ipſius accuſati eſt nulla. Sozzin. Iun.conſi.39.num.73.lib.2. nam datur pro forma à lege.l. qui ſententiã. C.de pœn.vbi Imperator mandat, vt non detur ſententia capitalis in quẽlibet, niſi probato crimine confeſſione rei,vel teſtibus conuictus ſit; & ſic procedit Imperator per verba negatiua, quo caſu cenſetur data forma; & illa non ſeruata ſententia nulla eſt. Feli.in c.cum dilecta.col.10.verſ.geſſit contra formam.de reſcrip.& ſic in cauſa criminali probationes pro forma requirũtur ſubſtantiali,& illis ceſſantibus ſnĩa redditur nulla & notorie iniuſta. Sozzin. Iun. conſilio 39. num.74.lib.2.

106 Sed quid ſi vna ſententia duo ſint condemnati, quæ habet quinque cauſas falſas,& vnus ſit perſequutus cauſas nullitatis,& notorie iniuſtitiæ, nõ autẽ alter qui erat minor; an illa ſententia proſit minori etiam quod non venerit ad cauſam.& in l. 1.& 2. C. ſi vnus ex plurib.appell.& c.41.§. qñq. & §.ſi autem vnus.2.q.6.dicitur ꝙ defenſio cõmunis quæ competit vni, & competit etiam alteri, qui non uenit ad cauſam, ꝙ ſẽtẽtia reuocatoria lata pro uno proſit alteri,& tenenr etiã hoc ibi gloſſ. Barr. & Paulus de Caſt. & alij doctores omnes,qui declarant quando defenſio, quæ prodeſt vni, proſit alteri,vel non proſit. & Cynus & Bald. numero 11.dicunt, quòd exceptio nullitatis ſententiæ, quæ prodeſt vni, prodeſt alteri; ſed non in nullitate contractus. & quando pro aduocato accuſato ſententia lata eſt, quæ reuocat ſententiam latam contra ipſum aduocatum, dicta ſententia prodeſt clientulo ſecundum Cynum in l. prima ad finem. verſic. ſed quid econtra C. de aduoc. diuer.iud. quem ſequitur Alb.ibi col.prima.verſic. quid ſi aduocatus fuit abſolutus, & Bart. numero 2. verſ. vltimo tu dices prout in gloſſa in l. atletas. §.calumniator. ff. de his qui notantur infamia. & Romanus in dicta l. prima. numero 15. dicit, quòd ſi excipitur contra principalem de ſententia lata contra addocatum, tunc poteſt replicari de dolo. per l.cum à te. ff.de dolo.

107 Quid ſi eſt facta probatio præuaricationis contra aduocatũ, an illę probationes ſufficiant in cauſa cõtra principalem. & Bart.in l. 1. numero 3.C. de aduocat.diuerſ.iud tenet quòd nõ, & ibi Bald.num.9. idem etiam cõprobat Rom.ibi nu. 21. contra Iacobum de Aretio, & quatenus propter hoc ſit data ſententia contra principalem, in iſto caſu debet concedi reſtitutio in integrũ principali: quia probatio non eſt facta contra principalem,ſed

contra aduocatum. gloſſ. in d.l. 1. quę incipit apud eundem iudicem, quam ſequitur Bart. Bald. & Roma. num. 6. verſ. in gloſſa. & dicit, quòd hæc eſt communis opinio, quòd concedatur reſtitutio in integrum minoribus ex primo edicto, & maioribus ex clauſula generali; quia reſpectu probationis eſt res inter alios acta, quæ aliis præiudicare non ſolent.

108 Dictum eſt ſupra hac par. nu. 88. quòd nihil dandum eſt iudici pro obtinenda ſententia, nunc dicendũ, ꝙ iudex nihil debet accipere vt ferat iuſtã ſnĩam. nam in l. 2. ff. de condit. ob tur. cauſam, ibi, & ſi dedi vt ſecundum me in boua cauſa iudex pronunciaret, eſt quidem relatum conditioni locum eſſe, ſed hic quoq. crimen contrahit, iudicem enim corrumpere videtur, & eum litem perdere. vbi gloſſa declarar, dedi iudici vt ſecundum me pronunciaret, id eſt, pro me. & qui dat pecuniam propter hoc perdit litem conditione ob turpem cauſam, vel quia ſimoniace vincere voluit, dicit gloſſa ibi, & in hoc eſt turpitudo dantis & recipientis, vt declaratur in l. 3. d. tit. ff. de condi. ob turp. cauſam. & iſtam gloſſam communiter ſequuntur doctores, vt declarat Didacus in regula præceptum par. 2. §. 3. in prin. & Nauarr. hic in conſt. Greg. num. 4. & hæc concluſio facit optime pro declaratione conſtitutionum præfatarum Greg. & Bonifacij.

109 Teſtis pro ferendo teſtimonio nihil recipere poteſt, quia teſtimoniũ veritatis gratis recipi & dari debet. capit. 2. 4. quęſtio. 2. & 3. licet poſſit expenſas & mercedem recipere. cap. 3. §. venturis. d. q. 2. & 3. c. ſtatutum. §. pen. de reſcript. in 6. Didacus in regula peccatum. par. 2. §. 3. verſ. primo hinc deducitur lib. 6. Boſſius in titulo de oppoſ. contra teſtes nu. 132. & ſeq

110 Sententia iniuſta dicitur pluribus modis, primo ex ordine. i. quando nõ ſeruato ordine quis damnatur. c. 73. §. itẽ ſententia. 11. q. 3. ſecundo ex cauſa. i. cum certa cauſa ſubeſt, vel non ſubeſt. tertio ex animo. i. cum iudex malo vel bono zelo ſententiã profert. gloſſa in ſumma 11. q. 3. & cap. 65. §. ad hoc reſpondendum. 11. quæſtio. 3. Ex cauſa eſt etiam nulla ſententia, quã fertur in accuſatum, contra quem nullum delictum commiſiſſe probatur. dicto cap. 65. §. cum autem. ex animo eſt etiam iniuſta ſententia cũ aliquis ſeruata integritate ordinis iudiciarij in adulterum vel criminoſum nõ amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum iudex inductus ſententiam profert. & tunc ira iuſtitiã Dei non operatur nec imitatur. cap. 65. §. ex animo. 11. quæſt. 3. & iudex, qui odio, conſanguinitate, aut amicitia inducitur ad iudicandum peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia. cap. 79. 11. quæſtio. 3. & Pſalmo 18. dicitur, Lex Domini immaculata, Teſtimonium domini fidele. Iuſtitiæ domini rectæ, Timor Domini ſanctus. Iudicia Domini vera, Deſiderabilia ſuper aurum & lapidẽ pretioſum multum. Etenim ſeruus tuus cuſtodiat ea, & ei dabitur multa retributio: ideo iudex hæc ſeruet, iuriſconſultus non vendat iudicium iniuſtum, vt dicit gloſſa in cap. 71. 11. quæſt. 3. ſed omnia iuſta ſint apud Deum & homines, quia iniuſtum iudicium apud Deum, & homines non valet. cap. 89. 11. q. 3.

111 Libellus in caſu huius tractatus formari poteſt B. hæres L. & B. habens notitiam de quodam inſtrumento pactorum, promiſſionum, donationum, hereditatis B. litigioſe in

Rota

Rota, facto de anno 1573. die 15. Decembris rogato per S. notarium factum per D. filiam B. in fauorem M. P. ac B. multis ſummis pecuniarum excedentium ſummam ſeptem mill. ſcut. & ultra conſequendis in caſu victoriæ litis pendentis in Rota ex corpore dictæ hæreditatis litigioſæ, caſu quo vincant, & caſu quo non vincant, remittunt, D. pecunias expenſas in lite, ac labores & omnia. quæ pacta & promiſſiones reciprocę ſunt de quota litis prohibita à iure ciuili, & canonico, & inciderunt in pœnas iuris ciuilis, & canonici, quę expreſſę ſunt ſupra numero 46. & ſequentibus in hac tertia parte; videlicet falſi, priuationis officij aduocationis, & procurationis, & patrocinio eis debito de iure, & omni actione mandati, & annullatione contractus, & aliis pęnis iuris ad quæ inſtat eos condemnari, & pro verificatione repetit inſtrumentum, & omnia acta facta per ſupradictos nomine D. & proprio, tam in cauſa ciuili, quàm criminali, ſine præiudicio, petens ſuper illis ius, & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo.

112 Vel ſecundum conſtitutionem Bonifacij, de qua ſupra in prima parte, dixit D. feciſſe cum ſupradictis pacta conuentiones, promiſſiones, dationes, & receptiones, pro obtinenda victoria cauſę præfatę, apud ſedem Apoſtolicam, id eſt in ſacro tribunali Rotę, prohibita in dicta conſtitutione: & propterea inciderunt in pœnas excommunicationis, & anathematis ipſo iure, à die pactionis & citra. & ſententię per eos obtentę ſunt nullius roboris momenti, & effectus; & propterea petit illas declarari nullas, & ſupradictos incidiſſe in dictas pœnas, & teneri ad reſtitutionem acceptorum, & pro uerificatione repetit dictum inſtrumentum promiſſionum, & alia acta, & petiit ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo.

113 In conſtitutione Gregorij libellus alio modo formandus. primo ſupradicti cupiditate improbi quęſtus adnixi precibus & auxiliis potentiorum, quęſiuerunt facere pacta, & promiſſiones cum D. ad hoc, vt cum fauoribus uictoriam cauſę, vel iuſtitiā obtinerent. Vel & ſecundo quęſiuerunt ſupradicti donis & promiſſionibus fauores acquirere, ut iuſtitiam conſequantur. Vel & tertio, finxerunt dediſſe pecunias aliquibus potentibus, pro faciliori cauſę expeditione, & inciderunt propter hoc in octo pœnas, de quibus in ſecunda parte num. 53. & pro verificatione induxerunt tales teſtes, quos petit recipi, & admitti, & ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo.

114 Sententia in primo caſu formanda eſt prout in petitione ſupra nu. 111. in ſecundo, prout num. 112. in tertio caſu, prout num. 113. & in ſententia debet declarari eſſe commiſſum illud delictum quod intentatur, ſiue in primo vel ſecundo, aut tertio capite libelli, ad hoc vt fiſcus pœnas pręfatas exequi poſſit. Bar. & Angel. in authentica de inceſtis nuptiis col. 2. cum aliis per Marcum Antonium Peregrinum in tract. de priuilegio & iure fiſci lib. 5. titulo primo. num. 172. verſi. notandum.

De ſentētia notorie iniqua ex actis.

115 SEntētia notorie iniqua, & iniuſta ex eiſdem actis nō debet exequi, & opponens de notoria iniquitate audiatur etiam non refectis expēſis: quia

notoria & euidens iniuſtitia æquiparatur nullitati. cap. inter cæteras. de re iudicata. vbi glo. fi. ponit exemplũ in ſententia lata contra ius ſcriptum. c. 1. de re iud. vel ſi in ſententia contineтur error, vt puta ſi feratur ſentẽtia contra ius, videlicet ꝙ minor xiiij. annorum potuit facere teſtamentum. hæc ſententia contra ius nullam habet vim, nec tunc eſt neceſſe appellare. l. 2. C. quando prouocare nõ eſt neceſſe, & iſto caſu ſententia eſt ipſo iure nulla, & euidens, & notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, & impedit exequutionem etiã triũ conformium. Alex. in l. 4. §. condemnatum. nu. 7. ff. de re iud. vbi Ripa num. 16. & ſeq. & Iaſon num. 4. Caputaquen. lib. 2. deciſio. 85. in non impreſſis. Abb. in d. cap. inter cæteras. num. 8. Felin. num. 5. Oldrad. conſi. 106. Pariſ. conſ. 98. num. 23. in 3. & conſil. 107. num. 9. vol. 4. Afflict. deciſ. 28. num. 6. Marſ. ſingul. 473. & quando ſententia continet manifeſtam iniquitatem, non poteſt per partes ratificari. Bald. in l. ſi diuerſa. C. de tranſ. Pariſ. conſi. 24. num. 258. lib. 2. & nõ exequitur etiam ꝙ ſint tres conformes, non obſtante clem. vt calumniis. Oldrad. conſi. 106. Vitallin. in clem. vt calumniis. num. 109. de re iud. Alexan. conſi. 33. num. 8. lib. 1. & qualis debet eſſe notoria iniuſtitia ponit Franc. in cap. dilecto quæſt. 8. de appellat.

116 Et hoc procedit etiam ꝙ adſit clauſula quacũque appellatione remota, in commiſſione ſignata manu Papæ: quia dicta clauſula nihil operatur qñ ſententia eſt notorie iniuſta. c. inter cæteras. de re iud. in fine, & clauſula remouens appellationem nunquam tollit manifeſtam iniquitatem ſententiæ. gloſſa in cap. ex conquæſtione. verſ. poſt appellationẽ. de reſtit. ſpol. Alex. conſil. 91. vol. 6. Abb. in c. paſtoralis. nu. 14. de appella. Caputaquen. deciſ. 85. lib. 2. in non impreſſis.

117 Snĩa referens ſe ad acta, in quibus eſt error, perinde eſt, ac ſi in ſnĩa error exprimeretur. & eſt ratio: quia ex quo iudex mentitur in fundamentis probationum, ad quæ ſe refert, non eſt pro eo præſumendum. Bald. in c. 1. de lege Corrrad. Butrius in c. ab excommunicato. col. 7. verſ. quandoq. fertur ſententia de reſcript. Franc. in cap dilecto. q. 52. & 55. de appellat. Fel. in cap. inter cæteras. num. 2. de re iud. Alex. conſi. 123. vol. 7. Vant. de nullitate ex defectu proceſſus nu. 129.

118 Sed vt ſentẽtia reddatur nulla per relationem ad acta, oportet ꝙ probetur iudicem erraſſe in facto & in iure, & multa exempla ponit Felin. in c. inter cæteras. num. 3. de re iudic. poteſt poni etiam exemplum in iudice, qui declarauit teſtamentum factum à minore xiiij. annorum validum eſſe, l. 2. C. quando prouocare nõ eſt neceſſe. vel quãdo iudex declarat donationẽ inter viuos factam à minore xx. annorum ſine ſolemnitatibus validã eſſe; vel quãdo iudex declarat pactum de quota litis exequendum eſſe, quod eſt nullum ipſo iure, vt dictum eſt ſupra nu. 73. & Franc. in cap dilecto. quæſt. 55. verſ. ſecundo limitatur. aliud exẽplũ ponitur in deci. Verall. 120. par. 3. Vantius de nullita. in c. ex defectu. proceſſus. nu. 118. & 122.

119 Sed quid ſi cõſtat de errore ſententiæ, licet in ea nõ ſit expreſſus, nec ẽt per relationẽ ad acta, tñ dicta ſententia nulla eſt, q notorietas equipollet expreſſioni. Abb. in c. inter cæteras. de re iud. nam nullitas, quę conſtat ex actis dr̃ euidens. Ang. in l. ſi pars. ff. de inoff. teſtam. Franc. in cap. dilecto. q. 52. & q. 55. verſ. quarto limita. de app.

ad fi.

ad finem, Felin. & ibi additio in dicto c. inter cęteras de re iud. col. 5. verſic. Sexta declaratio de re iud. Vantius in tit. de nullitate ex defectu proceſſus. num. 123.

120 Præterea ſententia ex cauſa notorie falſa eſt nulla. Abbas, Butr. & Imola in c. inter cęteras de re iud. vbi Felin. num. 5. & ibi additio etiam φ notoria iniuſtitia in ſententia expreſſa non ſit. Felin. ibi nu. 10. & ampliatur hæc concluſio ſi iſta notoria iniuſtitia ſuperueniat poſt ſententiam, vt declarat idem Felin. ibi nu. 11. Franc. in dicto cap. dilecto. quæſt. 55. verſ. quarto limita. & in quæſt. 53. ibi & ſimiliter ſi lata eſt contra notorium iuris, eſt nulla ipſo iure. Vant. in tit. de nullitate ex defectu proceſſus, nu. 126. & ſeq. & 128.

121 Cauſa vero expreſſa in ſententia quæ eſſet turpis, vel impoſſibilis, tunc ſententia redditur nulla. c. per tuas. c. ſolet, & c. venerabilibus de ſententia excom. in 6. & Archid. in c. nemo. 11. q. 3. Franchus. in c. dilecto. quæſt. 55. verſ. tertio limita.

122 Et ſententia ſiue abſolutoria, ſiue condemnatoria ſi eſt notorie iniuſta ex actis, ſemper notoria iniuſtitia reddit ſententiam nullam, & iniuſtitia debet eſſe notoria non autem ſufficit quòd ſit manifeſta. Franc. in c. dilecto. quæſt. 55. verſ. ſecundo aduerte, & verſ. ex quibus omnibus de appellat. & nullitas notoria ex inſpectione actorum non tollitur per ſtatutum in quo prohibetur vt de nullitate ſententię poſt tantum tempus dici non poſſit. Franc. in dicto cap. dilecto. q. 52. verſ. quædam vero ſunt acta vſque in finem dictæ quæſt.

123 Nulla eſt ſententia lata contra ſtatutum redactum in volumine ſtatutorum. Alex. conſ. 81. nu. 1. lib. 2. Verallus. deciſ. 265. in 2. parte, & deciſ. 136. parte tertia.

124 Nullitas reſultans ex viſione actorum numquam cenſetur excluſa, quia dicitur euidens & notoria. Alex. cõſ. 59. num. 17. lib. 4. & c. veniens il 2. de teſtibus, & c. inter cęteras de re iudic. Corſett. ſingulari 90. in verbo exceptio verſ. ſi ſtatutum. Vantius de nullitate, in verbo quis poſſit dicere de nullitate. num. 52. etiam ſi nullitas à ſtatuto excludatur, cum talis nullitas notorie reſultans ex actis non indiget aliqua propoſitione, ſeu allegatione. Felin. in c. cum ordinem. col. 8. verſ. prima declaratio de reſcript. Gomeſ. in regula de Annali. quæſt. 4. in fine. Vant. vbi ſupra numero 52. & 53.

De Subſtitutione vulgari pro domo Lauretana.

125 HIc poteſt poni vnus caſus. B. in ſuo teſtamento reliquit D. eius filiæ iure inſtitutionis pro florenos 300. datos & ſolutos pro dote ab ipſo B. item dicto iure inſtitutionis reliquit dictæ D. florenos mille monetæ, & hoc pro eius parte legitima, falcidia, trebellianica, & pro omni eo, & toto quod petere poſſet in bonis, & hęreditate dicti teſtatoris, & in dictis denariorum ſummis ſuam hæredem inſtituit & fecit volens, & mandans φ plus de ſuis bonis petere non poſſit.

126 In omnibus autem aliis ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus tacitis & expreſſis præſentibus vel futuris, vbicunque ſint, & reperiri poſſint dictam M. eius vxorem, & L. eius priuignum ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, &

fecit, & eos adinuicem ſubſtituit, & ſi ſupradicti M. & L. hæredes non eſſent. Subſtituit eccleſiam Sanctæ Mariæ Lauretanæ, & hæc eſt ſua vltima voluntas quę ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum, vel donationis cauſa mortis, vel quouis alio iure vltimæ voluntatis. Caſſans. 2.

Obijt B. D. ſtatim mouit contra M. litem intentando remedium. l. hac edictali. C. de ſecund. quę diſponit ſi plus relinquatur nouercæ, & priuigno, quàm filiæ primi matrimonij cum prohibitione quòd nihil amplius petere poſsit de ſuis bonis, quia tunc ſupplementum legitime petere non poteſt ex voluntate teſtatoris, nec eo iure ſeu titulo quo ſibi aliquid relictum eſt, ex quo patet expreſsæ prohibuit. & tunc filius habet ſupplementum contra voluntatem teſtatoris. Franc. Curt. conſ. fin. col. penult. & iſto caſu nouerca non poteſt ſupplementum legitime habere; ſed tantum quantum taxatiue relictum eſt filio primi matrimonij. in pœnā Bertrand. in l. hac edictali ſuper verſ. ita tamen col. 9. verſ. primus eſt. & die 28. Ianuarij 1572. fuit tentum quòd portio nouercæ applicetur D. & portio D. nouercæ per cōſilium Aymonis 193. num. 12. & 13. lib. 1. & Bertrand. vbi ſupra, num. 15. verſ. Tertius caſus eſt, & iudex cauſæ huiuſmodi in ſententia dixit hęreditatem B. & omnia, & ſingula bona, iura, & actiones in dicta hæreditate. q. B. quomodolibet reperta, ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere ad præfatam. q. D. vnà cum fructibus perceptis à die motę litis demptis florenis mille D. in teſtamento legatis: quos florenos mille dumtaxat M. & L. applicamus. & ſic ex deciſione & ſententia præfata demonſtratur quòd M. & L. non ſunt hæredes in bonis eis relictis à B. in aliqua parte, etiam minima: quia omnia ſunt ei ablata & data D. & eis portio D. applicata. ideſt floreni mille, & in dictis mille florenis non ſunt inſtituti hæredes à B. nec ipſi dictos mille florenos acceptarunt, nec acceptant, & pro non ſcripto habetur relictum nouercæ & priuigno. l. hac edictali. §. ſi vero plus. C. de ſecund. nupt.

127 Poſt iſtam ſententiam domus Lauretana venit ad cauſam pro ſuo intereſſe, & petijt hęreditatem B. ex ſubſtitutione vulgari. videlicet quia M. & L. non fuerunt hęredes. ideſt non potuerunt eſſe hæredes B. & propterea ex ſubſtitutione iſta hæreditas ſpectat domui Lauretanæ, quę eſt ſubſtituta L. & M. ſi non erunt, vel non potuerunt eſſe hæredes B. in aliqua parte bonorum eiꝭ. relictorum; & propterea eſt locus de iure dictæ ſubſtitutioni vulgari. l. cum proponas. C. de hæred. inſtit. vbi Bald. & alij. Alexand. conſ. 202. numero 7. libro ſexto. vbi dicit quòd quando hæres eſt ipſo iure non capax, tunc inſtitutio habetur pro non ſcripta. l. 3. ff de his quæ pro non ſcript. hab. & iſta ſubſtitutio valet quia cuilibet non capaci poteſt capax directo ſubſtitui. l. 2. C. de hæred. inſtit. Bald. conſ. 401. lib. 2. & Aymo. conſ. 898. num. 25. lib. 5. & conſ. 440. nu. 8. lib. 3. Hypolit. Riminald. conſ. 567. nu. 28. lib. 5. dicit quòd ſubſtitutio vulgaris compræhendit generaliter omnes caſus qui poſſunt impotentiæ adaptari.

Deciſio

Deciſio coram R. P. D. Cantucio.

128 TAmen dubio dato domini tenuerunt 20. Decemb. 1581. & iterum 31. Ian. 1582. non eſſe locum ſubſtitutioni factæ de eccleſia Lauretana ex eo præcipue capite quòd conditio ſi nouerca & priuignus hæredes non erunt, ſub qua eccleſia Lauretana eſt ſubſtituta, non fuit purificata, quia fuerunt & ſunt hæredes, hæreditatéque adiuerũt: ideo ceſſat ſubſtitutio. nam l. hac ædictali. C. de ſecund nup. nõ mutat titulum inſtitutionis nouercæ, & priuigni, nec etiam mutat portionẽ, ſiue bona eis relicta. Quod non mutet titulũ inſtitutionis pater, quia in principio permittit relinqui nouercæ & priuigno iure hæreditatis, & ſic titulo inſtitutionis illud minus quòd eſſet relictum vni ex filiis primi matrimonij: deinde in §. ſin vero plus vbi diſponit in caſu contrauentionis, ſtatuit vt illud, quòd nouercæ & priuigno relictũ eſt habeatur pro nõ ſcripto, & pro non relicto, & deferatur filiis primi matrimonij, non immutat titulum, cum de eo nullum verbum, ſed ſolum illud plus aufert nouercæ, & applicat filiis primi matrimonij. quòd autem non mutet portionem ſiue bona relicta nouercæ, & priuigno, oſtenditur ex eo, quòd relictum filio primi matrimonij nõ applicat nouercæ & priuigno: & econuerſo relictum nouercę & priuigno, non applicat filio prioris matrimonij; ſed ſolum reuocat, tamquam non ſcriptum, illud plus, quod eſt relictum nouercæ & priuigno, quòd eſt vltra illud minus, quod filio prioris matrimonij relictũ eſt. & ſic nouerca, & priuignus retinent eandem portionem, ſiue eadem bona ſibi relicta vſque ad illud minus quod eſt relictum filio primi matrimonij, & non econtra. & in eo quòd eorum portio & bona excedunt, diminuuntur, & augentur portioni & bonis relicti filio primi matrimonij, prout ſunt clara verba d. l. hac edictali. §. ſin vero. ibi, ſin vero pluſquam ſtatutum eſt nouercæ, vel vitrico relictũ fuerit, id quod plus relictum fuerit tanquam non ſcriptum nec relictum ad perſonas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus. & in §. optime. in authent. de nup. ibi, quia quod plus eſt, in eo quod relictum eſt nouercæ, vel vitrico, ac ſi neq. ſcriptũ, neque relictum competit filiis. & in §. q̃a vero. ex dicta authen. ibi, & ſecundum eam id ꝙ plus eſt contemplãtes auferre quod tranſcendit oportet & filiis abdicare.

129 Idque vltra iura præfata expreſſe tenet Angelus in authen. de non elig. ſecundo nuben. in principio num. 13. vbi inquit, quòd ſi mulier ſecundo viro plus relinquat quã habeat vnus ex filiis primi viri, nõ fit irritum id totum quod mulier ſecundo viro reliquit, ſed illud ſolum quòd relinquit vltra illud quod habet vnus ex filiis qui minus habet. & hoc idem voluit idem Angelus in dicto §. optime, dicens quando parens reliquerit coniugi pluſquam reliquerit vni filiorum, quorum illud plus ſolummodo reuocatur, & non aliud. & latius hanc eandem opinionem firmat, eamque veram, & communem aſſerit Bertrandus in dicto §. ſin vero plus, numero 2. Vnde nouerca, & priuignus in caſu noſtro remanent hæredes vniuerſales, & retinent eum titulum inſtitutionis vniuerſalis, ac eandem portionem, & eadem bona vſque ad quantitatem 1000. florenorum D. filiæ prioris matrimonij, iure inſtitutionis relictorum, & illud plus appli-

catur

catur eidem D.

130 Non obſtat, quòd inſtitutus in re certa daro cohærede vniuerſali eſt loco legatarij. l. quotiens. C. de hæredi. inſtit. quia vltra quòd communis opinio eſt in contrarium, quòd inſtitutus in re certa ſimpliciter, & abſolute loquendo, non eſt hæres vniuerſalis, neque legatarius, ſed tertia ſpecies participans de natura vtriuſque. Barto. Bald. & Imola in l. ex facto la 2. ff. de hęred. inſtit. Barto. Ang. Salicet. Caſtren. Fulg. Aretin. Corn. & Iaſon in dicta l. quotiens, cũ aliis citatis per Tiraquellum in tract. Le mort ſaiſit le viff. parte ſecunda, declaratione 4. numero 3. & hanc eſſe communem teſtatur Iaſon in dicta l. quotiens, num. 6. in fine. Emmanuel Coſta in rep. cap. ſi pater. in verbo, in re certa. numero 12. in fine fol. 294. de teſtam. lib. 6. Accedit, quòd non applicatur caſui noſtro, in quo non fit mutatio tituli, neque portionis.

131 Non obſtat tradita per Baldum in l. hac edictali, nu. 22. quia in eo quod dicit ante numerum 22. quòd nouerca remanet hęres teſtamẽti, facit pro hac parre, reliqua non faciũt ad propoſitum. Non obſtat ſententia, quia poterit declarari.

Coram R. P. D Gropperio.

132 Videtur facere contra ſupradictam deciſionem alia deciſio facta die 28. Ianuarij 1572. in qua fuit tentum, quòd portio nouercę applicetur filię, & portio filię relicta applicetur nouercę, per ea, quę dicit Bertrand. in l. hac edictali. §. ita tamen. C. de ſecund. nupt. quem ſequitur Aymon. conſilio 193. num. 12. in principio. vbi allegat Bertrand. vbi ſupra, & dicit limitando quòd ſi teſtator relinquens minus legitima filio primi matrimonij, prohibendo plus eum petere de bonis teſtatoris, vel vſus ſit teſtator dictione taxatiua, quòd tunc tale ſupplementum legitime capitur contra voluntatem teſtatoris, & ex legis diſpoſirione. §. aliud quoque capitulum. verſ. cęterum. in authent. vt cum de appellat. cognoſc. & quotiens ſupplementum debetur contra voluntatem teſtatoris, non debetur eo iure quo relictum eſt, nec poteſt competere actio ex teſtamento, cum non debeatur ex teſtamento. Ioannes Nicol. Arelaten. reſponſo 2. num. 11. Anton. Gabriell. libro 3. de ſecundis nuptiis concluſ. 4. num. 32. Additio ad Alex. conſi. 158. in littera D. lib. 5.

133 Iſta deciſio vltima in caſu iſtius ſubſtitutionis domus & eccleſię Lauretanę declarat, quòd deciſio facta coram bo. memor. Cantucio non applicatur caſui. Primo quia D. habet bona relicta nouercę & priuigno non ex voluntate B. & ſic ex teſtamento, ſed contra voluntatem B. et ex iuris diſpoſitione, et ſic non eo iure, quo relictum eſt. & iſto caſu non poteſt competere aliqua actio ex teſtamento, cum nõ debeatur ex teſtamento. Ioan. Nic. Arelat. in dicto reſponſo 2. num. 11. et alij in dicta deciſ. allegati, ſed ex diſpoſitione iuris portio D. id eſt, floreni 1000. relictis D. eſt applicata Lutio et nouercæ in pœnam. Bertrandus in d. l. hac edictali. §. ita tamen. ſub num. 3. verſ. primus eſt quando pater inſtituit filium primi matrimonij in 1000. tantum, et nõ plus cum prohibitione prout in caſu noſtro, et iſto primo caſu filius non habet ſupplementum legitimę, et alia ex voluntate teſtatoris, nec titulo teſtamenti

ſtamenti. Franc. Curt. conſ. fin. in pen. col. & Io. de Anania conſ. 67. & veritas eſt quòd legitima habetur per filium contra expreſſam mentem teſtatoris, ex quo prohibuit plus petere, vt eſt textus in §. aliud quoque capitulum. verſ. cæterum in authent. vt cum de appell. cog. & tale ſupplementum non poteſt peti ex teſtamento, ſed ſolum conditione, ex lege omnimodo. C. de in offic. teſtamento. & nouerca non debet habere in caſu iſto, niſi quantum taxatiue relictum ſit filio primi matrimonij. & totum reſiduum pro non ſcripto reuocat; ſeu habet filius primi matrimonij. Corn. conſ. 51. in ſecundo dubio vol. 4. Bertrandus vbi ſupra.

134 Confirmatur hæc opinio, ex ſententia lata à R. P. D. Robuſterio contra nouercam & priuignum, dum declarat hæreditatem B. & omnia & ſingula iura, & actiones in dicta hęreditate q. B. quomodolibet reperta ſpectaſſe, & pertinuiſſe ſpectare, & pertinere ad præfatam q. D cum fructibus perceptis à die motę litis, demptis florenis mille D. in teſtamento legatis, quos mille florenos dumtaxat præfatis M. & L. & ſucceſſiue eius hæredibus applicamus, & adiudicamus; reliqua bona omnia pręfatæ D. & filiabus ſuis hæredibus adiudicanda fore & eſſe, prout adiudicamus. Et ſic abſtulit omnia bona & iura L. & M, & adiudicat ea hæredibus D. & floreni mille legati D. eiſdem M. & L. applicat ex legis diſpoſitione, non ex teſtamento prout applicauit Cantucius, & male.

135 Stantibus his in facto, & in iure, clare probatur quòd M. & L. non fuerunt, nec erant hęredes B. in hæreditate relicta eis in teſtamento; ſi non erant, vel non poterant eſſe hęredes illius. ergo ſubſtitutio vulgaris facta eccleſiæ Lauretanæ per B. habet locum, vt dictum eſt ſupra num. 126. in hac tertia parte, non obſtante deciſione de qua ſupra numero 128. quia non applicatur caſui noſtro in quo relictum factum D. cum prohibitione, vt nihil amplius petere poſſit de bonis ſuis operatur, quòd omnia auferantur à M. & L. ex iuris diſpoſitione, & nihil eis ex bonis relictis à B. reliquatur, & mille floreni relicti D. eis applicātur non iure inſtitutionis, & ex voluntate teſtatoris, ſed contra eius voluntatem. vnde quo iure ſint hæredes B. L. & M. etiā in dictis mille florenis applicatis contra voluntatem teſtatoris eiſdem penitus ignoramus.

136 Poſſet dicta deciſio ſaluari, quando teſtator reliquit filio primi matrimonij iure inſtitutionis mille, nihil aliter adiecto: & tunc filius petit ſupplementum vel æqualitatem relictam nouercæ, & tale ſupplementum dicitur habere tacite ab ipſo teſtatore. & in his terminis loquitur lex hac edictali. Io. de Anania dicto conſ. 67. Franc. de Curte conſ. fin. col. 2. in fine & Bertrand. in dicta. l. hac edictali §. ita tamen ſub num. 3. verſ. tertius caſus eſt. C. de ſecund. nupt. & iſte non eſt caſus noſter.

Quare videtur quòd ſit omnino ſequenda cauſa pro domo Lauretana, & poteſt pro annullanda ſententia iuuari conſtitutione Bonifacij; & aliis de quibus ſupra.

De clauſula appellatione remota.

Clauſula appellatione remota in aliquo reſcripto, vel facultate non compræhendit perſonas non nominatas in facultate vel reſcri-

pto

pto,ſed tantum nominatas in facultate : cap. ſuper eo de offic. delegati. vbi Felin. numero primo in fine. Decius numero tertio. Bart. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appella. non licet. Ant. de pretis in tractat. de iur.epiſc.cap. 1.num. 12. Hypolit.de Marſ.ſing. 295. num. 4. & 289. Rebuff. in compendio alien. rerum eccleſ. num. 48. & iſta clauſula appellatione remota directá Cardinali tollit omnem appellationem.Gomeſ.in compendio ſignaturę. numero quadrageſimo octauo.

De clauſula appellatione remota, & illius effectu, vide Late Francum in cap.paſtoralis de appellat. vbi ponit multos effectus,& multas quæſtiones ſuper iſta clauſula ad quem remitto lectorem. & ad Decium ibi. & Hypolit. ſing. 295.per totum. de iſta clauſula vide ſupra num. 116. & Celſum Vgonem in tractu clauſularum. num. 50.& ſeq.

Delegatus cũ clauſula appellatione remota cum dicta clauſula ſub delegare non poſſit alium iudicem.capit. ſuper quæſtionum.§. ſi vero. de offic. delegat. & ibi omnes ,& Felin. num. 16. vbi ponit regulam & fallentias, quare ex ſimplici delegatione facta per Reuerendiſs. Archipresbyterum Sancti Petri, in perſonam ſui R.P.D. Vicarij in cauſis cognoſcendis per dictum Vicarium, non cenſetur facta delegatio cum clauſula appellatione remota, ſed ſine dicta clauſula regulariter vt in dicto §. ſi vero.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Regeſtum.

De Cenſibus.

†ABCDEFGHIKLMNOPQRST.

De Societatibus officiorum.

A B C D E F G H I K.

De Pactis & promiſsionibus.

A B C D E F G H I K L.

Omnes ſunt Duerniones præter L *de Pactis quæ eſt Ternio.*



ROMÆ, IN ÆDIBVS POPVLI ROMANI.

APVD GEORGIVM FERRARIVM.

M. D. LXXXX.